Registrum reverendissimi in xpo patris et domini domini Wilhel[redacted] legum doctoris, primo dei gratia Episcopi London. Ac deinde divina gratia in Archiepiscopum Cant postulati: et per sanctissimum in xpo patrem et dominum dominum Julium divina providentia eiusdem nominis [redacted] secundum a vinculo quo ecclesie Cath London cui preerat tenebatur absolut. ad ecclesiam Metropolitanam xpi Cantuarien. Tertio kl Decembris Anno domini Millesimo quingentesimo tercio, Quarum quidem postulationis et translationis tenores inferius sunt conscript.

Julius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Guillermo Epo olim Londonien. in Archiepiscopum Cantuarien. Electo Salutem et apostolicam ben. Cum sit omnibus dispendiis quam plena periculis quanto quam discrimina secum trahat ecclesiarum diutina vacatio sedis cure consideracionis indagine consentientes libenter operarias manus apponimus et studium efficax impartimur: ut viduatis ecclesiis [illegible] per nostre providentie ministerium per simplicem provisionem offerimus nunc sibi per ministerium translationis accomode pastores accedant ydonei et ministri providi deputentur: quorum ecclesie ipse salubribus presidiis et favoribus communite spiritualibus et temporalibus prosperis auctore domino successibus valeat incrementis. Dudum siquidem bone memorie Henrico Archiepiscopo Cantuarien regimini Cantuarien ecclesie presidente felicis recordationis Alexander pp. vi. predecessor noster cupiens eidem ecclesie cum vacaret per apostolice sedis providentiam utilem et ydoneum presidere personam provisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni sue duxit ea vice specialiter reservandam decernens extunc irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero dicta ecclesia per obitum dicti Henrici qui extra Romanam Curiam debitum nature persolvit pastoris regimine destituta dicto predecessore nostro cum alias dicte ecclesie de pastore non provisum sicut domino placuit rebus humanis exempto. Nos divina favente clementia ad apicem summi apostolatus assumpti cum a nonnullis revocaretur in dubium an aliquem post dicti predecessoris obitum de personibus

[illegible]

ecclesiarum et monasteriorum per eundem predecessorem dispositioni et ordinationi sue reservatarum et tempore obitus ipsius predecessoris vacantium se intromittere potuisset sive posset, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium declaravimus omnium et singularum ecclesiarum cathedralium metropolitanarum monasteriorum provisiones quas prefatus predecessor dicte dispositioni et ordinationi sue interposito decreto reservaverat, et que tempore obitus dicti predecessoris vacabant remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et decretum affectas, nullumque de illis preter Romanum pontificem ea vice se intromittere potuisse sive posse quoquomodo, ac decrevimus irritum et inane si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cumque dicta ecclesia adhuc ut prefertur vacare noscatur, Nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad provisionem ipsius ecclesie celerem et felicem de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit sive potest reservatione decreto et declaratione obsistentibus supradictis, ne ecclesia ipsa longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam utilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad te episcopum tunc Londoniensem consideratis grandium virtutum meritis quibus personam tuam illarum largitor altissimus insignivit, et quod tu qui ecclesie Londoniensi hactenus laudabiliter profuisti dictam ecclesiam Cantuariensem scies et poteris auctore domino salubriter regere et feliciter gubernare direximus oculos nostre mentis. Intendentes igitur tam eidem ecclesie Cantuariensi quam eius gregi dominico salubriter providere te licet absentem a vinculo quo eidem ecclesie Londoniensi cui tunc preeras tenebaris de fratrum eorundem consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ad prefatam ecclesiam Cantuariensem apostolica auctoritate transferimus teque illi preficimus in archiepiscopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Cantuariensis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, liberam quoque tibi tribuendo licentiam ad eandem ecclesiam Cantuariensem transeundi, firma spe fiduciaque conceptis quod dextera domini tibi assistente propitia prefata ecclesia Cantuariensis sub tuo felici regimine prospere et salubriter dirigetur ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus ad prefatam ecclesiam Cantuariensem cum gratia nostre benedictionis accedens curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter quod ipsa ecclesia Cantuariensis gubernatori provido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, ac bone fame tue odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, tuque preter eterne retributionis premium nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam uberius consequi merearis. Volumus autem quod antequam regimini et administrationi dicte ecclesie Cantuariensis in aliquo te immisceas in manibus venerabilium fratrum nostrorum Wellensis et Lincolniensis episcoporum fidelitatis debite solitum prestes iuramentum, quibus et eorum cuilibet per alias nostras litteras committimus ut a te nostro et Romane ecclesie nomine recipiant seu alter eorum recipiat iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo tertio. Tertio kalendas decembris pontificatus nostri anno primo.

Bulla absolucionis

Julius episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Guillermo episcopo Londoniensi. Salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis consueta clementia ne dispositiones per eam de metropolitanis ecclesiis pro tempore facte valeant quomodolibet impugnari sed persone ad eas translate illis puro corde et sincera conscientia presidere valeant remedia que conveniunt adhibet oportuna. Cum itaque nos hodie te a vinculo quo Londoniensi ecclesie cui preesse dinosceris tenebaris de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolvere et ad ecclesiam Cantuariensem ad presens certo modo pastoris solatio destitutam transferre ac illi in archiepiscopum et pastorem preficere intendamus, Nos ne translatio et prefectio predicte si forsan aliquibus sententiis et censuris ecclesiasticis ligatus sis valeant invalide reputari providere volentes te a quibuscumque excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodatus existis ad hoc dumtaxat ut translatio et prefectio predicte ac singule desuper conficiende littere suum sortiantur effectum auctoritate apostolica tenore presentium absolvimus et absolutum fore pronunciamus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicte ecclesie Cantuariensis iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis et pronunciationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo tertio. Tertio kalendas decembris pontificatus nostri anno primo.

Bulla suffraganeis Cant.

Julius episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus universis suffraganeis ecclesie Cantuariensis salutem et apostolicam benedictionem. Hodie venerabilem fratrem nostrum Guillermum episcopum olim Londoniensem in archiepiscopum Cantuariensem electum licet absentem a vinculo quo ecclesie Londoniensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Cantuariensem tunc per obitum bone memorie Henrici archiepiscopi Cantuariensis extra Romanam curiam defuncti vacantem apostolica auctoritate transtulimus ipsumque eidem ecclesie prefecimus in archiepiscopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Cantuariensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus eidem Guillermo electo tanquam membra capiti obsequentes exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitas et devotas, Ita quod mutua inter vos et eum gratia gratos sortiatur effectus. Et nos propterea devotionem vestram possimus propter hoc condignis laudibus in domino commendare. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tertio Tertio Kl. Decembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Bulla clero Civitatis et dioc. Cant.

Julius Episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Clero Civitatis et diocesis Cantuariensis Salutem et apostolicam benedictionem. Hodie venerabilem fratrem nostrum Guillermum Episcopum olim Londoniensem in Archiepiscopum Cantuariensem electum licet absentem a vinculo quo ecclesie Londoniensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Cantuariensem per obitum bone memorie Henrici Archiepiscopi Cantuariensis extra Romanam curiam defuncti vacantem apostolica auctoritate transtulimus ipsumque eidem ecclesie Cant. prefecimus in Archiepiscopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Cantuariensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Guillermo electo tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes et exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam quam idem Guillermus electus rite tulerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tertio. Tertio Kl. Decembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Bulla vassallis ecclesie Cant.

Julius Episcopus servus servorum dei Dilectis filiis universis vassallis ecclesie Cantuariensis Salutem et apostolicam benedictionem. Hodie venerabilem fratrem nostrum Guillermum Episcopum olim Londoniensem in Archiepiscopum Cantuariensem electum licet absentem a vinculo quo ecclesie Londoniensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Cantuariensem tunc per obitum bone memorie Henrici Archiepiscopi Cantuariensis extra Romanam curiam defuncti vacantem apostolica auctoritate transtulimus ipsumque eidem ecclesie Cantuariensi prefecimus in Archiepiscopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Cantuariensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eundem Guillermum electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum devote suscipientes et debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam necnon consueta servitia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis. Alioquin sententiam sive penam quam idem Guillermus electus rite tulerit sive statuerit in rebelles ratam habebimus et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tertio. Tertio Kl. Decembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Bulla populo Civitatis et dioc. Cant.

Julius Episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Populo Civitatis et diocesis Cantuariensis Salutem et apostolicam benedictionem. Hodie venerabilem fratrem nostrum Guillermum Episcopum olim Londoniensem in Archiepiscopum Cantuariensem electum licet absentem a vinculo quo ecclesie Londoniensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Cantuariensem tunc per obitum bone memorie Henrici Archiepiscopi Cantuariensis extra Romanam Curiam defuncti vacantem apostolica auctoritate transtulimus ipsumque eidem ecclesie Cantuariensi prefecimus in Archiepiscopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Cant. sibi in spiritualibus et temporalibus committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca universitatem vestram Rogamus et hortamur attente per apostolica scripta vobis mandantes quatinus eundem Guillermum electum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore ac exhibentes sibi obedientiam et reverentiam debitas et devotas eius salubribus monitis et mandatis humiliter intendatis. Ita quod ipse in vobis devotos filios et vos in eo per consequens patrem invenisse benivolum gaudeatis. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tertio. Tertio Kl. Decembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Commissio ad recipiendum iuramentum epo Lincoln. fact.

Julius Episcopus servus servorum dei Venerabilibus fratribus Wellensi et Lincolniensi Episcopis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum nos nuper venerabilem fratrem nostrum Guillermum Episcopum tunc Londoniensem in Archiepiscopum Cantuariensem electum licet absentem a vinculo quo ecclesie Londoniensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Cantuariensem tunc vacantem duxerimus apostolica auctoritate transferendum preficiendo ipsum eidem Cantuariensi ecclesie in Archiepiscopum et pastorem prout in nostris litteris inde confectis litteris plenius continetur. Nos volentes eiusdem electi in illis partibus commorantis parcere laboribus et expensis ne propter hoc cogatur veniendo ad Romanam Curiam personaliter laborare fraternitati vestre presentium tenore committimus et mandamus quatinus vos vel alter vestrum ab eodem Guillermo electo nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiatis seu alter vestrum recipiat iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam. Formam autem iuramenti quod dictus Guillermus electus prestabit nobis de verbo ad verbum per eius patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantotius destinare curetis. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tertio Tertio Kl. Decembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Forma iuramenti

Forma Iuramenti.

Ego Guillermus Archiepiscopus Cantuarien ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque
apostolice Romane ecclesie ac domino nostro domino Julio pape secundo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut
consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur
vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut per nuncios seu literas
ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defen-
dendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo.
Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere
curabo. Nec ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel
preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscunque procurari novero vel
tractari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius
notitiam pervenire possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones
et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro
et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica
prepeditione. Apostolorum limina Romana Curia existente citra singulis annis ultra vero montes singulis bienniis visi-
tabo aut per me aut per meum nuncium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non
vendam nec donabo nec impignorabo nec de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli
ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Bulla de [illegible] pallii

Julius Episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Guillermo Episcopo olim Londonien in Archiepiscopum Cantuarien
Electo Salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuper te Episcopum tunc Londonien licet absentem a vinculo quo tenebaris ecclesie Londonien
cui tunc presidebas de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes te ad ecclesiam Cantuarien
tunc vacantem duxerimus transferendum preficiendo te illi in Archiepiscopum et pastorem curam et administrationem ipsius
Cantuarien ecclesie plenarie committendo liberamque tibi dando licentiam ad predictam Cantuarien ecclesiam transeundi prout
in nostris inde confectis literis plenius continetur. Ac postmodum pallium insigne videlicet plenitudinis pontificalis
officii ex parte tua fuisset a nobis per dilectum filium Edwardum Scott clericum Londonien diocesis nuncium tuum
cum ea qua decuit instantia postulatum. Nos tuis supplicationibus annuentes pallium ipsum de corpore beati Petri
sumptum per venerabiles fratres nostros Wellen et Lincolnien Episcopos assignandum tibi per prefatum Edwardum
duximus destinandum. Ut iidem Episcopi vel eorum alter illud tibi assignent sub forma quam eis sub bulla nostra
mittimus interclusam et a te nostro et ecclesie Romane nomine sub forma quam sub eadem bulla dirigimus fidelitatis
debite solitum recipiant seu recipiat iuramentum. Tu autem illo intra ecclesiam tuam illis diebus dumtaxat utaris
qui expressi in ipsius ecclesie privilegiis continentur. Ut igitur signum non discrepet a signato sed quod geris exterius
interius serves in mente, discretionem tuam monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandamus quatenus
humilitatem et iustitiam dante domino qui premia et munera largitur observare studeas que sunt servant et promovent
servatorem et Cantuarien ecclesiam sponsam tuam curet sollicite auctore domino spiritualiter et temporaliter augmentare.
Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tercio. Decimo Kl. Januarii
Pontificatus nostri Anno Primo.

Commissio Episcopis [illegible] ad tradendum pallium

Julius Episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus Wellen et Lincolnien Episcopis Salutem et
apostolicam benedictionem. Cum pallium insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii ex parte venerabilis fratris nostri
Guillermi Episcopi olim Londonien in Archiepiscopum Cantuarien Electi quem nuper licet absentem a vinculo quo tenebatur
ecclesie Londonien cui tunc presidebat de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum
ad ecclesiam Cantuarien tunc vacantem duximus transferendum preficiendo ipsum illi in Archiepiscopum et pastorem
curam et administrationem ipsius Cantuarien ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo liberamque sibi dando
licentiam ad predictam Cantuarien ecclesiam transeundi prout in nostris inde confectis literis plenius continetur per dilectum
filium Edwardum Scott clericum Londonien diocesis nuncium suum fuit a nobis cum ea qua decuit instantia postulatum.
Nos ipsius precibus annuentes pallium ipsum de corpore beati Petri sumptum per vos vel vestrum alterum assignandum eidem sub
formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam per prefatum Edwardum duxerimus destinandum. Quocirca
fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos vel alter vestrum pallium ipsum iuxta premissam formam sibi assignare
curetis et ab ipso nostro et ecclesie Romane nomine sub forma quam sub eadem bulla dirigimus fidelitatis debite solitum
recipiatis seu alter vestrum recipiat iuramentum. Formam autem Iuramenti quod dictus electus prestabit vobis de verbo ad
verbum per eius patentes literas sub sigillo signatas per proprium nuncium quantocius destinare curetis. Datum Rome apud
Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tercio Decimo Kl. Januarii Pontificatus nostri
Anno Primo.

Pallii datio

Forma dandi pallium

Ad honorem dei omnipotentis et beate Marie virginis et beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac domini nostri Julii pp. ij. et sancte Romane ecclesie necnon Cantuariensis ecclesie tibi commisse tradimus tibi Pallium de corpore beati Petri sumptum plenitudinem videlicet Pontificalis officii ut utaris eo infra ecclesiam tuam certis diebus qui exprimuntur in privilegiis ei ab apostolica sede concessis.

Forma Juramenti super recepcione pallii.

Juramentum super recepcione pallii.

Ego Guillelmus Archiepiscopus Cantuariensis ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque Romane ecclesie et domino meo domino Julio pp. ij. suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in Consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur mala captione. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut nuncios seu literas ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et Regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum salvo meo ordine contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Vocatus ad sinodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana Curia existente citra singulis annis, ultra vero montes singulis bienniis visitabo per me aut per nuncium meum nisi apostolica absolvar licencia. Possessiones vero ad mensam mei Archiepiscopatus pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Certificatorium super juramento prestito per electum Cant'

Sanctissimo in Christo patri et domino nostro Reverendissimo domino Julio divina providencia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici humillimus eiusdem sanctitatis filius Willelmus dei et apostolice sedis gracia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus omnimodam obedienciam et reverenciam cum devotissimis pedum osculis beatorum. Tenore presentium notum facimus sanctitati vestre Reverendum in Christo patrem et dominum dominum Willelmum dei gracia Lincolniensem Episcopum graciam et commissionem apostolice sedis habentem xxvj° die mensis Januarii Anno domini instanti secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo tercio. In quodam oratorio sive capella contigua libere Capelle Regie sancti Stephani Westmonasterii London' diocesis situat' sedentis et assistentibus sibi venerabilibus viris dominis Karolo Bothe ecclesie Cath' Lich' thesaurario legum ac Johanne Yonge et Thoma Wydyngton decretorum doctoribus ac Thoma Wellys sacre theologie professore et aliis honorabilibus viris in copia tunc publicis, virtute facultatis apostolice eidem Reverendo patri michi per sanctitatem vestram super hoc indulte a me tunc electo Cant' juramentum fidelitatis et canonice obedientie secundum formam inferius annotatam bulla vestre sanctitatis inclusam vestro et sancte Romane ecclesie nomine predictum recepisse. Cuius juramenti tenor talis est. Ego Willelmus Archiepiscopus Cant' ab hac hora inantea etc. ut supra. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Dat' quo ad sigilli mei apposicionem infra manerium meum de Lamehith xj die mensis Februarii Anno domini Millesimo quingentesimo tercio.

Certificatorium super tradicione Pallii

Sanctissimo in Christo patri et domino domino Julio divina providencia eiusdem nominis pape secundo sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici eiusdem sanctitatis filius humillimus Willelmus permissione divina Metropolitane ecclesie Christi Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus omnimodam obedienciam et reverenciam cum devotissimis pedum osculis beatorum. Tenore presentium vestre notum facio beatitudini venerabilem patrem dominum Willelmum dei et apostolice sedis gracia Lincolniensem Episcopum graciam et commissionem sancte sedis apostolice habentem secundo die mensis Februarii Anno domini instanti secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo tercio In magna capella infra manerium meum de Lamehith situat' sedentem et assistentibus sibi Reverendo patre domino Thoma dei gracia priore ecclesie mee Christi Cant' necnon venerabilibus viris dominis Hugone Peyntwyn legum doctore Archidiacono Cant' ac Johanne Yonge et Thoma Wydington decretorum doctoribus ac aliis honorabilibus viris in copia tunc publicis, virtute facultatis apostolice eidem Reverendo patri domino domino Willelmo Lincolniensi Episcopo ac michi in ea parte indulte postquam pallium sacrum de corpore beati Petri sumptum plenitudinem videlicet pontificalis officii in eisdem graciis devota reverencia et honore michi tradiderat juramentum fidelitatis et obedientie secundum formam inferius annotatam bulle vestre sanctitatis inclusam vestro et sancte Romane ecclesie nomine a me recepisse. Cuius quidem juramenti forma talis est. Ego Willelmus Archiepiscopus Cant' ab hac hora inantea etc. ut supra.

Bulla pro electo Assaphensi

Julius Episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepiscopo Cantuariensi Salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propitiationis intuitu oportuni favoris presidio prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Assaphensi tunc per obitum bone memorie David extra Romanam Curiam defuncti pastoris solacio destitute de persona dilecti filii David Electi Assaphensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi prefecimus in Episcopum et pastorem curam et administrationem eiusdem ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaque ut idem David Electus in commissa sibi predicte Assaphensis ecclesie cura facilius proficere valeat tuus favor et fore noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatinus eundem David Electum et prefatam Assaphensem ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse David Electus tuo fultus auxilio in commisso sibi prefate ecclesie regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam et nostram ac dicte sedis benedictionem et graciam valeas exinde uberius promereri. Dat' Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tercio Quintodecimo kl' Januarii Pontificatus nostri Anno Primo.

Iuramentum Electi Assaphen. fact. Romane Ecclesie

In dei nomine amen. Ego David Electus Assaven. ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie et domino meo domino Julio pape secundo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut nuncium seu literas ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et Regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini mei pape et successorum predictorum conservare et defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio vel facto seu in tractatu in quibus contra ipsum dominum meum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscunque tractari vel procurari novero impediam hoc pro posse et quanto citius potero commode significabo eidem domino meo vel alteri per quem ad ipsius noticiam possit pervenire. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro vel successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad sinodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana curia existente citra singulis annis ultra vero montes singulis bienniis visitabo aut per me aut per meum nuncium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Iuramentum eiusdem Domini Electi fact. Ecclesie Christi Cant.

In dei nomine amen. Ego David Owen ecclesie Assavensis electus et a vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo dei gratia Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes vobis et successoribus vestris Archiepiscopis Cantuariensibus in dicta sancta Cantuariensi ecclesia canonice instituendis et eidem sancte Cantuariensi ecclesie Metropolitice debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum vestrorumque Cant. Archiepiscoporum et successorum vestrorum et predicte sancte Cantuariensis ecclesie Iurium adiutor eis ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo.

Bulla absolucionis Episcopi Cestrien.

Julius Episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepiscopo Cantuarien. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas oportunis presidiis et favoribus gratiosis prosequaris. Hodie siquidem venerabilem fratrem nostrum Ricardum Episcopum Cestrien. tunc Roffen. licet absentem a vinculo quo ecclesie Roffen. cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Cestrien. tunc per obitum bone memorie Edwardi Episcopi Cestrien. extra Romanam curiam defuncti vacantem apostolica auctoritate transtulimus ipsumque eidem ecclesie Cestrien. prefecimus in Episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Cestrien. sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum itaque ut idem Ricardus Episcopus in commissa predicte ecclesie sibi cura facilius proficere valeat tuus favor sibi noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus predictum Ricardum Episcopum et commissam sibi ecclesiam tuam suffraganeam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Ricardus Episcopus tuo fultus auxilio in commisso sibi prefate ecclesie regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam et nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam valeas uberius exinde promereri. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tercio Tercio Kalendas Decembris Pontificatus nostri Anno Primo.

Iuramentum Episcopi Cestrien. fact. domino Archiepiscopo Cant.

In dei nomine amen. Ego Ricardus ab ecclesia Roffen. ad ecclesiam Cestrien. nuper vacantem per sanctissimum dominum nostrum dominum Julium eiusdem nominis papam secundum canonice translatus vobis Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo dei gratia Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato vestrisque successoribus Cantuarien. Archiepiscopis in sancta Cant. ecclesia canonice instituendis et eidem sancte Metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum profiteor et promitto / sedis decreta Romanorum pontificum vestraque Cant(uariensis) archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte sancte Cantuariensis ecclesie iura / adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo / Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia / Et hec omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo /

Procuratorium domini Archiepiscopi Cantuariensis ad agendum in Romana Curia

In dei nomine amen per presens publicum instrumentum cunctis evidenter appareat et sit notum quod anno domini millesimo quingentesimo quarto indictione septima pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii divina providentia pape secundi / anno primo / mensis vero Marcii die vicesima sexta In quadam camera superiori infra manerium reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi permissione divina Cant(uariensis) archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati apud Lamehith situat(o) In mei notarii publici et testium inferius nominatorum presentia constitutus personaliter idem reverendissimus pater dominus Willelmus Cant(uariensis) archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus / In omnibus et singulis causis et negotiis etiam appellationum et appellationis ipsum reverendissimum patrem / ac suis et ecclesie sue metropolitice Cant(uariensis) iura iurisdictiones dignitates preeminentia privilegia consuetudines et prerogativa concernentibus principaliter vel aut incidenter qualitercumque conditi vel tangentibus movendum coram fecit dominum Silvestrum dei gratia Wigornien(sem) episcopum honorandosque dominos Edwardum Scott Nicholaum de Parma / et Johannem Laurentii decretorum et legum doctores / ac Thomam Rawlyns in utroque iure baccalaurium / modo in Romana curia residentes ac curiam illam sequentes communiter et divisim ac eorum quemlibet per se et in solidum / Ita quod non sit melior conditio occupantis sed quod unus eorum inceperit id eorum quilibet libere prosequi valeat mediare pariter et finire suos veros legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque suorum gestores et nuntios speciales et generales / Ita tamen quod generalitas huiusmodi specialitati non deroget nec econtra / omnibus melioribus et efficacioribus modo via forma et iure quibus melius et efficacius potuit et debuit citra aliorum suorum procuratorum olim constitutorum revocationem nominavit fecit et constituit tenore presentium. Dedit quoque et concessit idem reverendissimus pater constituens prefatus suis predictis procuratoribus communiter vel presertim et eorum cuilibet per se divisim et in solidum potestatem generalem et mandatum speciale pro ipso domino constituente ac eius nomine et dicte ecclesie sue metropolitice Cant(uariensis) coram quibuscumque reverendis patribus dominis sacri palatii apostolici causarum auditoribus aliisque iudicibus seu commissariis datis seu dandis deputatis seu deputandis delegatis subdelegatis ordinariis seu extraordinariis ac aliis quibuscumque iudicibus quavis auctoritate et potestate fungentibus ac quamcumque iurisdictionem exercentibus seu notionem habentibus comparendi agendi quoque et dictum constituentem et predicte sue ecclesie Cant(uariensis) iurisdictiones privilegia consuetudines et prerogativas ac iura et interesse sua quecumque in omnibus et per omnia defendendi. Libellum seu libellos ac quascumque summarias petitiones etiam solempnes dandi et recipiendi datisque et receptis videndi Litem seu lites contestandi et contestari videndi De calumpnia vitanda ac de veritate dicenda / cum omnibus et singulis capitulis in et sub calumpnie iuramento contentis / Necnon quodcumque aliud genus liciti et honesti iuramenti / in animam ipsius reverendissimi patris constituentis prestandi et ex adverso prestari videndi ponendi et articulandi positionibus quoque et articulis partis adverse respondendi / Contra positiones et articulos partis adverse dicendi et excipiendi / Testes insuper litteras quoque necnon scripturas instrumenta quoque et munimenta ac alia quecumque probationum genera producendi et exhibendi producta quoque et exhibita ex parte adversa reprobandi et impugnandi Contra testes et eorum dicta ac contra quecumque ex adverso producta et declarata dicendi excipiendi replicandi duplicandi triplicandi et cum solemnitate iuris quadruplicandi Crimina et defectus opponendi obiciendi et probandi atque declarandi Concludendi insuper in causa et causis huiusmodi atque concludi petendi et obtinendi Sententiam seu sententias tam interlocutorias quam diffinitivas fieri petendi et audiendi ab eaque et eis et a quocumque gravamine illato et inferendo si et prout opus fuerit provocandi et appellandi ac cetera quecumque circa causas singulaque negotia huiusmodi necessaria faciendi exercendi gerendi et procurandi. Apostolos debita cum instantia semel et pluries petendi et recipiendi appellationem et appellationes notificandi intimandi et insinuandi easque et earum negotia prosequendi De locis iudicum et notariis conveniendi et concordandi eosque et ea suspectos et suspecta recusandi suspicionisque causam et causas allegandi et probandi / Necnon absolutionis beneficium simpliciter vel ad cautelam ac restitutionem in integrum principaliter vel incidenter dampna expensas et interesse quodlibet / ac alia quecumque iuris beneficia et remedia petendi impetrandi et obtinendi et impetratis ex adversa parte contradicendi Expensas taxari petendi ac super eis petendi et iurandi In summarium processum ac observationem terminorum semel et semel si eisdem procuratoribus aut eorum alicui visum fuerit expedire consentiendi iudicisque officium implorandi. Litteras insuper apostolicas et bullas atque commissiones ac alias litteras quascumque eidem reverendissimo patri ac parti sue necessarias et oportunas etiam gratiam favorem seu communem iustitiam in se continentes in Romana curia et alibi impetrandi ac quodcumque iuramentum licitum et honestum etiam fidelitatis et obedientie in impetrationibus huiusmodi fieri consuetum de iure ac iuris equitate requisitum in animam dicti constituentis predicti prestandi et iurandi ac licet super prestita fidelitate et obedientia ipsius reverendissimi patris ac super forma in bulla sedis apostolice datas super hoc demandata

ac eiusdem sedis et Romane curie nomine debite receptis factas ostendendi et exhibendi. Ac litteras ex adverso impetratas
quibuscumque apostolicas et alias licet quotiens et quando opus fuerit etiam in Audiencia publica litterarum contradictarum sanctissimi
domini nostri pape contradicendi. Ipsiusque reverendissimi patris Jura que et interesse sua et predicte insignis ecclesie sue Metropolitice Cantuariensis impetrandi
et impetrandas contradicendi et eas arrestandi impugnandi repellendi secludendi et redarguendi ac restitui que impugnari
faciendi et procurandi. Necnon limina apostolorum quotiens et quando fuerit oportunum vice et nomine ipsius reverendissimi patris visitandi
Unum insuper vel plures procuratorem seu procuratores loco suo substituendi ac substitutum et substitutos huiusmodi revocandi ac
procuratoris officium in se reassumendi quotiens et quando eis super hoc videbitur expedire. Et generaliter omnia alia et singula
faciendi gerendi exercendi procurandi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet requisita, etiam si
maiora sint superius expressatis ac mandatum de se exigant magis speciale. Promittens et promisit insuper prefatus reverendissimus pater
et dominus constituens se firmum sine predictis procuratoribus substitutisque et substituendis ab eisdem vel eorum aliquo michi notario publico
subscripto vice et nomine omnium et singulorum interesse comunium et diversorum habentium in hac parte publice et solempniter stipulanti
et recipienti se ratum gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid per dictos procuratores suos aut eorum aliquem substitutum ac seu
substituendos ab eisdem vel eorum aliquo actum gestum procuratum exercitum seu expeditum fuerit in premissis vel aliquo premissorum
sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum et cautione in ea parte exposuit publice tunc ibidem. Super quibus omnibus
et singulis idem reverendissimus pater et dominus constituens me notarium publicum subscriptum unum vel plura publicum seu publica instrumentum
sive instrumenta sibi conficere debite et instanter requisivit. Acta sunt premissa omnia et singula prout supra scribuntur et recitantur
sub anno domini indictione pontificatu mense die et loco predictis presentibus tunc ibidem providis viris magistro Johanne Yonge legum doctore
ipsius reverendissimi patris et ecclesie sue Metropolitice predicte prerogative commissario ac Thoma Wellys sacre theologie professore
Wintoniensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes Barett clericus London diocesis publicus auctoritate apostolica notarius ac prefati reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi ac eiusdem sue Metropolitice
ecclesie prerogative Registrarius et Registrorum Custos prefatorum procuratorum ordinacioni et constitucioni eorumque potestatis dacioni et ratihabicioni promissionique necnon cautionis premisse
ac ceteris premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur sub anno domini indictione pontificatu mense die et loco predictis agerentur et fierent una cum
prenominatis testibus presens interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo presens publicum instrumentum manu aliena de mandato meo
scriptum exinde confeci et publicavi atque in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi Ac hic me
subscripsi manu propria in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum etiam rogatus et requisitus.

Commissio Officialis Curie Cantuar.

Halwarden

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus dilecto
nobis in Christo Magistro Humfrido Hawardyn legum doctori Salutem graciam et benedictionem. Ad rescribendum in forma Juris
ad quascumque appellationes sive directe sive tuitorie ad Curiam nostram Cantuariensem interpositas et interponendas. Et ad querelas
querelis eiusdem Curie legitime et de consuetudine faciendas. Necnon ad cognoscendum et procedendum in huiusmodi appellationum et querelarum
negociis quibuscumque et in causis et negociis omnibus et singulis in ipsa Curia nostra qualitercumque motis et pendentibus seu
tractandis in eadem partibusque quibuscumque super hiis plenam Justiciam exhibendi. Ac etiam ad rescribendum in forma Juris
ad quascumque appellationes a decano nostro ecclesie beate Marie de Arcubus London ad nostram audientiam interpositas et interponendas. Et ad
audiendum causas appellationum huiusmodi causasque et ea omnia et singula decidendum et fine debito terminandum prout de Jure et consuetudine dicte
Curie nostre fuerit faciendum. Omniaque alia et singula exercendi et expediendi que ad huiusmodi officialitatis officium de Jure vel
consuetudine pertinere dinoscuntur. Et que necessaria vel oportuna fuerint in premissis et circa ea etiam si mandatum exigant
speciale. Tibi de cuius fidelitate et circumspectionis industria in hac parte confidimus vices nostras committimus
cum potestate quascumque censuras ecclesiasticas canonice fulminandi. Teque officialem Curie nostre Cantuariensis antedicte ordinamus
deputamus et preficimus per presentes ad nostrum beneplacitum tantummodo duraturum. In cuius rei testimonium sigillum
nostrum presentibus est appensum. Datum in Manerio nostro de Lamehith quinto die mensis ffebruarii Anno domini Millesimo quingentesimo
tercio Et nostre translationis anno primo.

Commissio decani de Arcubus London

Harwarden

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus dilecto
nobis in Christo venerabili viro magistro Humfrido Hawardyn legum doctori Salutem graciam et benedictionem. De tuis circumspectione
et industria plene confidentes te in decanum nostrum ecclesie parochialis beate Marie de Arcubus London nostre et ecclesie nostre Christi
Cantuariensis Jurisdictionis Immediate preficimus per presentes tibique ad visitandum ecclesias et Capellas omnes et singulas ac clerum
et populum decanatus predicti prout ibi ab antiquo extitit visitari et procurationes debitas recipiendum. Necnon ad inqui-
rendum super quorumcumque criminibus ac excessibus et delictis ibidem commissis seu que imposterum contingent committi quorum
cognicio correctio et punitio ad nos et forum ecclesie de Jure vel consuetudine poterunt pertinere, ipsosque et ea debite
corrigendum reformandum et canonice puniendum. Ac etiam ad cognoscendum et procedendum statuendum et diffiniendum in omnibus causis
et negociis in dicti decanatus Jurisdictione motis inchoatis et intentatis iam pendentibus indecisis seu imposterum
movendis aut intentandis sive ad instanciam partium sive ex officio mero vel promoto ac eas et earum singulas incidentibus
emergentibus dependentibus et connexis audiendum discuciendum et fine debito terminandum fructusque redditus et proventus
ac obventiones quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum ipsius decanatus pro tempore vacationis eorundem nostro nomine colligendum
recipiendum et conservandum. Necnon obventiones et alia bona quorumcumque in dicto decanatu in casibus a Jure concessis
seu permissis sequestrandum seu sequestrari faciendum. Testamenta etiam omnium et singulorum in dicto decanatu decedentium exceptis
testamentis magnatum et bona spiritualia vel temporalia aut debita in diversis diocesibus aut Jurisdictionibus nostre provincie habentium
dum vixerint et mortis eorum temporibus habentium insinuandum et approbandum ac administrationem bonorum quorumcumque huiusmodi
testatorum sive ab intestato decedentium aut bona ibidem habentium committendum. Ac etiam omnia et singula ad officium
decani huiusmodi et exercitium Jurisdictionis spiritualis dicti decanatus spectantia et que in premissis necessaria fuerint seu quomodolibet

oportuna faciendi et exercendi vices nostras committimus cum cuiuslibet cohercionis canonice exequendi que in hac parte decreveritis potestate donec eas ad nos duxerimus revocandas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in manerio nostro de Lamehith quinto die mensis Febr' Anno domini Millesimo quingentesimo tercio / Et nostre Trans' Anno primo.

Indulgencia circa capellam sancti Vincentii

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Universis et singulis Christi fidelibus presentes literas inspecturis visuris et audituris Salutem in eo qui veniam dat in terris et promerentibus vitam eternam in celis. Splendor paterne glorie qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium de ipsius clementissima maiestate sperantium tunc precipue benigno favore prosequitur cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuvatur. Nos ergo hoc affectantes deo reddere populum utique acceptabilem bonorum operum sectatorem ipsos universos et singulos fideles ad complacendum altissimo quasi quibusdam allectivis muneribus indulgentiis videlicet atque remissionibus invitamus propicia, ut exinde eo felicius eo quod promptius reddantur divine gratie aptiores. Cum itaque nos Willelmus Archiepiscopus Primas et legatus predictus qui cupimus in domino ut hec Capella que sub vocabulo sancti Vincentii Christi levite et martiris in cuius precibus et meritis pie confidimus constructa est edificata pariter et dedicata congruis honoribus ad dei laudem et sui nominis exaltationem frequentetur, ut quod christifideles ipsi eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ad eius fabricam manus promptius porrigant adiutrices quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius in domino conspexerint se refectos. Cumque probus vir Thomas Deane ipsius Capelle sancti Vincentii quondam heremita sive Custos bono zelo ac devotionis fervore intime accensus ac nonnullos defectus et deformitates cuiusdam vie Regie sive strate publice iuxta universitatem Oxon' Lincoln' dioc' notorie situate per quam ad dictam universitatem necnon ad alia loca diversa solebat et solet concursus peregrinorum et aliorum undique pertransire et itinerare, quantum potest et suppetunt vires sue de novo emendare et in toto reparare plurimum intendit. De omnipotentis igitur dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis huiusmodi christifidelibus universis et singulis vere penitentibus et confessis qui dictam Capellam in festivitatibus ipsius sancti Vincentii eius preclara certamina penas et merita intime commemorantes ex celebritate festivitatis huiusmodi devote visitaverint annuatim et ad reparationem eiusdem necnon auctionem calicum librorum luminarium et aliorum ornamentorum inibi pro divino cultu necessariorum, vel qui ad predicte vie Regie sive strate predicte emendationem manus porrexerint adiutrices pro qualibet huiusmodi festivitatis die ac quotienscumque aliquod premissorum intuitu caritatis fecerint Quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In cuius rei testimonium presentes literas nostras fieri ac nostri sigilli mandavimus et fecimus appensione communiri. Dat' in manerio nostro de Lamehith primo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo quarto / Et nostre Trans' Anno primo.

Commissio commissarii ville Calesie

Woodwarde et Reddeshef

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica in villa Calesie aliisque locis circumvicinis Morinen' dioc' sub obediencia Excellentissimi in Christo principis et domini domini Henrici dei gratia Regis Anglie et Francie ac domini Hibernie illustris constitutis dinoscitur notorie pertinere / Dilectis nobis in Christo Magistris Roberto Woodward et Ade Redeshefe decretorum doctoribus Salutem gratiam et benedictionem. De vestris fidelitate et circumspectionis industria plene confidentes vos commissarios nostros in villa Calesie predicta ac aliis locis circumvicinis Morinen' dioc' nostre ut prefertur Jurisdictionis coniunctim et divisim ordinamus deputamus et constituimus per presentes / Ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis causis et negotiis tam ex officio quam ad partium instantiam quarumcumque in villa et partibus predictis motis et movendis etiam matrimonialibus, ac eas et ea cum omnibus suis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis quibuscumque audiendum discutiendum et fine debito terminandum. Ac ad corrigendum puniendum et debite reformandum crimina et excessus quorumcumque subditorum nostrorum tam clericorum et presertim personarum regularium habitum religionis sue publice deferre non verentium ac apostatarum quorumcumque quam laicorum ville et partium predictarum ad forum ecclesiasticum spectantium et pro huiusmodi criminibus delictis et excessibus penas canonicas infligendum. Necnon ad approbandum testamenta et ultimas voluntates quorumcumque infra dictam villam et partes antedictas decedentium non habentium bona et debita in provincia nostra Cant' administrationem bonorum et debitorum ibidem defunctorum et aliorum ab intestato decedentium in dicta villa et partibus eisdem illis quibus de iure vel consuetudine fuerit committenda in debita Juris forma committendum. Ac de administratione huiusmodi compotum fideliter audiendum Et administratores huiusmodi completo compoto rite et realiter recepto acquietancias in ea parte faciendum et liberandum. Ac ad sequestrandum fructus et proventus ecclesiarum quarumcumque ac cetera bona subditorum predictorum pro locis et temporibus oportunis quotiens et quando de iure necessarium fuerit vel oportunum. Necnon ad visitandum ecclesias et capellas ville et partium predictarum ac Clerum et populum earundem. Et ad inquirendum et cognoscendum de et super criminibus excessibus et delictis quibuscumque per subditos dicte nostre Jurisdictionis qualitercumque commissis seu committendis premissorumque et eas cum suis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis quibuscumque corrigendum puniendum et canonice reformandum. Licentiam quoque dandum et concedendum cuicumque Episcopo catholico apostolice sedis gratiam et sui officii executionem obtinenti pueros in fronte crismandi ecclesias et Cimiteria consecrandi reconciliandi Necnon omnia alia et singula que sunt ordinis Episcopalis infra dictam nostram Jurisdictionem exercendum. Necnon ad audiendum confessiones quorumcumque subditorum huiusmodi sibi quod confessis penitentiam salutarem iniungendum ac ipsos et eorum quemlibet a peccatis suis etiam in casibus nobis de iure vel consuetudine reservatis debite absolvendum Ac de et super eisdem secum quantum ad forum spectat penitentiale dispensandum ac alios idoneos confessores assignandum et deputandum quibus nos sic ad audiendum penitentias iniungendum absolvendum et dispensandum tenore presentium committimus potestatem

Ac ad dispensandum cum contrahentibus dicte nostre jurisdictionis ut matrimonium solemnizari facere possint bannis matrimonii per duos dies solemnes inter se distantes primitus publice editis vel uno die solempni tantum ante solemnizacionem hujusmodi matrimonii duntaxat ipsumque matrimonium postea in die solempni celebretur. Ac nobis de omnibus et singulis proventibus et aliis emolumentis eorundem quibuscumque nobis et ecclesie nostre Christi Cant' pretextu exercitii hujusmodi jurisdictionis debitis fideliter respondendum. Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna cum cujuslibet cohercionis canonice exequendum que in hac parte decreveris potestate, assumpto vobis Scryano in scribam vestrum prestito primitus per eundem de fideliter exercendo officio actorum scribe tactis scripturis sacrosanctis juramento corporali vobis committimus et diximus plenarie tenore presencium committimus potestatem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in manerio nostro de Lamehith tercio die mensis Febr' Anno domini Millesimo quingentesimo tercio Et nostre translacionis anno primo.

Commissio Apparitoris ville Calesie &c.

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus ad quem omnis et omnimoda jurisdictio spiritualis et ecclesiastica in villa Calesie et aliis locis circumvicinis Morinensis diocesis sub obediencia excellentissimi in Christo principis et domini domini Henrici dei gratia Regis Anglie et Francie ac domini Hibernie dinoscitur notorie pertinere, Dilecto nobis in Christo Ricardo Challonar Salutem gratiam et benedictionem. Ad sequestrandum ac salvo et tuto custodiendum custodirique faciendum sequestro omnia et singula bona et debita quorumcumque per villam Calesie et jurisdictionem predictam decedencium condito testamento sive ab intestato et bona aut debita extra nostram jurisdictionem non habencium. Ac ad citandum quoscumque executores ipsorum defunctorum sive bonorum eorundem illicitos occupatores detentores sive administratores ut compareant coram Commissario nostro in villa jurisdictionis predicte per nos deputato certis diebus et locis competentibus per te eis prefigendis sive assignandis testamenta et ultimas voluntates hujusmodi decedencium exhibituri et probaturi, Ac administracionem bonorum eorundem tam ex testamento quam ab intestato decedencium ut prefertur in se suscepturi vel recusaturi, Ac compotum de et super administracione sua reddituri, Necnon ad citandum seu citari faciendum utriusque sexus personas cujuscumque ordinis gradus vel condicionis existant dicte nostre jurisdictionis ad comparendum coram eodem nostro commissario seu cuicumque in ea parte deputato diebus locis et horis per te eis in hac parte prefigendis In quibuscumque causis et negociis ex officio mero mixto aut promoto, aut ad alicujus partis instanciam motis vel movendis quorum cognitio aut diffinitio ad forum ecclesiasticum et nostram jurisdictionem pertinet quomodolibet de jure vel consuetudine, ulteriusque facturi et recepturi quod justum fuerit in ea parte, Insuper ad sequestrandum ac salvo et tuto custodiendum custodirive faciendum sequestro omnia et singula bona quorumcumque infra villam Calesie et jurisdictionem nostram predictam ex testamento vel ab intestato decedencium habencium mortis sue tempore bona mobilia vel immobilia aut debita, extra dictam nostram jurisdictionem in diversis dioc' nostre provincie Cant' Necnon eorum testamentorum executores et ab intestato decedencium bonorum occupatores citandum quod compareant coram nobis aut nostro et ecclesie nostre Christi Cant' prerogative commissario in ecclesia parochiali de Lamehith Wynton' dioc' diebus congruis et competentibus per te eis in ea parte prefigendis et assignandis Testamenta et ultimas voluntates hujusmodi decedencium exhibituri et probaturi ad administracionem bonorum et debitorum hujusmodi defunctorum tam ex testamento quam ab intestato decedencium eis committi petituri acceptaturi vel recusaturi Ac compotum calculum sive raciocinium de et super administracione sua in bonis et debitis hujusmodi facta reddituri ulteriusque facturi et recepturi quod justicia in ea parte suadebit, Ac insuper omnia et singula bona dictorum sic decedencium et bona tam infra quam extra jurisdictionem predictam ut prefertur existencia et in dicta villa Calesie et jurisdictione predicta existencia appreciandum seu appreciari faciendum. Et inventaria de et super bonis et debitis hujusmodi sic decedencium conficiendum et nobis aut commissario predicto exhibendum seu exhiberi faciendum Et de omnibus que feceris in premissis debite certificandum. Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis ad officium Apparitoris et Appreciatoris poterunt quomodolibet pertinere, Tibi de cujus fidelitate in hac parte confidimus plenarie tenore presencium committimus potestatem, Ac te Apparitorem nostrum per villam Calesie predictam et marchiam ejusdem nostre ut prefertur jurisdictionis ac Appreciatorem bonorum supradictorum decedencium ordinamus deputamus et constituimus per presentes quousque duxerimus eandem revocandam. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in manerio nostro de Lamehith tercio die mensis Febr' Anno domini Millesimo quingentesimo tercio Et nostre translacionis anno primo.

Commissio Commissarii Consistorii Cant'.

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Dilecto nobis in Christo magistro Roberto Wodeward decretorum doctori Salutem gratiam et benedictionem. De tuis fidelitate et circumspectionis industria plenam fiduciam obtinentes, te commissarium Consistorii nostri Cant' preficimus generalem. Tibique ad cognoscendum et procedendum in omnibus causis et negociis tam ex officio quam ad instantiam partis in nostris Civitate seu dioc' Cant' qualitercumque motis et movendis et ad nostram cognitionem de jure vel consuetudine spectantibus. Et ad rescribendum ad appellaciones et querelas quorumcumque ad Audienciam commissarii Consistorii nostri predicti appellantium, Ac causas negocia appellationis et querelas hujusmodi examinandum discuciendum fineque debito cum suis emergentibus dependentibus et connexis terminandum Et ad inquirendum de subditorum nostrorum excessibus hujusmodique excessus corrigendum et canonice puniendum Necnon clericos quoscumque coram quibuscumque Justiciariis seu Judicibus secularibus in causis sanguinis vel super felonia quacumque in dictis Civitate et dioc' nostris Cant' indictatos Impetitos sive convictos vendicandum exigendum petendum et recipiendum Ac hujusmodi clericis omnibus et singulis de et super felonia seu alijs criminibus conuictos purgaciones canonice subeundum, quas tales iudices prout casus et iuris racio exigit admittendum, ac purgatos huiusmodi iuxta immunitatem ecclesiasticam talibus clericis seu ordini clericali hactenus indultam et concessam ab ipsis criminibus immunes atque innocentes declarandum, sicque a carceribus prout moris est quociens opus fuerit relaxandum atque liberandum. Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que ad officium commissarij nostri generalis Consistorij nostri Cant predicti de consuetudine vel de iure notorie pertinere dinoscuntur. Et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna tibi vices nostras committimus cum cohercionis canonice exequendum quecumque in hac parte decreueris potestate presentibus donec eas ad nos duxerimus reuocandas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat in manerio nostro de Lamehith quinto die mensis ffebruarij Anno domini Millesimo quingentesimo tercio. Et nostre translacionis anno primo.

Commissio ad exigendum clericos indictatos etc.

Willelmus permissione diuina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus. Dilecto nobis in Christo Magistro Johanni Camberton sacre theologie professori Salutem graciam et benediccionem. De tuis fidelitate et circumspeccionis industria plurimum confidentes, Ad vendicandum exigendum petendum et recipiendum clericos quoscumque coram quibuscumque iusticiarijs seu iudicibus secularibus in causis sanguinis vel super felonia quacumque in Ciuitate et diocesi nostris Cant indictatos impetitos siue conuictos, Ac huiusmodi clericis omnibus et singulis de et super felonia seu alijs criminibus conuictis purgaciones canonicas indicendum, quas tales indicti prout casus et iuris racio exigit admittendum, ac purgatos huiusmodi iuxta immunitatem ecclesiasticam talibus clericis vel ordini clericali hactenus indultam et concessam ab ipsis criminibus immunes atque innocentes declarandum, sicque a carceribus prout moris est quociens opus fuerit relaxandum atque liberandum, Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in ea parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, tibi vices nostras committimus et plenam in domino tenore presentium concedimus facultatem. In cuius rei etc.

Monicio ad liberandum faciendum regalia et munimenta spiritualitatis Ciuitatis et diocesis Cicestren Episcopo Cicestren aut eius ministris.

Willelmus permissione diuina Electus confirmatus Cant Dilecto nobis nobis in Christo Magistro Johanni ffasett decretorum doctori Religiosorum virorum Prioris et Capituli ecclesie nostre Christi Cant ad quos omnis et omnimoda iurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cant sede plena pertinuit ipsa sede ibidem tunc vacante notorie dinoscebatur pertinere in Ciuitate et diocesi Cicestren sede Episcopali ibidem tunc vacante, vicario in spiritualibus generali et Custodi spiritualitatis per dictos priorem et Capitulum a tempore vacacionis sedis Episcopalis Cicestren predicte sufficienter deputato, Salutem graciam et benediccionem. Cum sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Julius diuina prouidencia eiusdem nominis papa secundus venerabilem confratrem nostrum Ricardum nuper Roffen Episcopum ab ipsa ecclesia Cath Roffen cui tunc preerat ad ecclesiam Cath Cicestren tunc vacantem transtulerit ibidemque eidem prefecerit in Episcopum et pastorem, tibi committimus et mandamus firmiter iniungentes quatinus omnia et singula regalia et munimenta spiritualitatem ipsarum Ciuitatis et diocesis Cicestren concernentia et ad ipsum Cicestren Episcopum spectantia et pertinentia in manibus tuis existentia eidem venerabili confratri nostro Ricardo nunc Cicestren Episcopo aut eius ministris seu deputatis plenarie liberes seu liberari facias. Saluis nobis Registris et actis coram te et per te durante vacacione predicta, que ad nos integraliter transmitti volumus et mandamus. Eundem quoque venerabilem fratrem nostrum ac eius officiarios et ministros in spiritualibus dictarum Ciuitatis et diocesis Cicestren libere administrare et de eisdem disponere permittas. Reseruata nobis et ministris nostris potestate corrigendi puniendi et reformandi crimina excessus et defectus quorumcumque subditorum dictarum Ciuitatis et diocesis nuper in visitacione dictorum prioris et Capituli ibidem legitime et actualiter exercita et comperta, Juribus consuetudinibus dignitate et prerogatiua nostris ac ecclesie nostre Cant predicte in omnibus semper saluis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat in manerio nostro de Lamehith vltimo die mensis Januarij Anno domini Millesimo quingentesimo tercio. Et nostre translacionis anno primo.

Certificatorium super vacacione sedis Episcopalis London

Reuerendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione diuina Cant Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis legato, Vestri humiles et deuoti obediencie filij Robertus Shirbon decanus et Capitulum ecclesie Cathedralis sancti Pauli London omnimodas reuerencias et obedienciam tanto patri debitas cum honore. Vacante iam sede Episcopali London per admissionem facte translacionis vestre ad ecclesiam Metropoliticam Cant iuxta formam Composicionis cuiusdam inter predecessores vestros Cant Archiepiscopos ex parte vna, ac nos ex altera dudum inite confirmacionem venerabilium et Religiosorum virorum dominorum prioris et Capituli ecclesie Christi Cant super hoc subsecute, vim formam et effectum acceptantes, ad exercendum omnimodam et plenariam Jurisdiccionem Episcopalem in Ciuitate et diocesi London toto tempore vacacionis antedicte, Nos prefatum Robertum Shirbon decanum antedictum ac dilectos fratres nostros Magistros Willelmum Lichefelde legum doctorem et Johannem Treguran in artibus magistrum dicte ecclesie London Canonicos, vestre paternitati Reuerendissime antedicte nominamus, vt vnum vestrum nominatorum predictorum eligatis faciatis et constituatis Officialem ad huiusmodi Jurisdiccionem dicta sede London vacante exercendum iuxta dictarum composicionum tenorem et effectum hactenus vsitatum et obseruatum. Et valeat vestra Reuerendissima paternitas ad ecclesie dei regimen per tempora longiora. Dat in domo nostra Capitulari sub sigillo nostro communi xxvij° die mensis Januarij Anno domini Millesimo quingentesimo tercio.

Commissio prerogative

Johannis Yonge

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Dilecto nobis in Christo venerabili viro magistro Johanni Yonge legum doctori salutem graciam et benediccionem. Cum approbacio et insinuacio omnium et singulorum testamentorum quorumcumque testatorum defunctorum habentium mortis sue tempore bona et debita in diversis diocesibus nostre Cantuariensis provincie Commissio quoque administracionis bonorum huiusmodi testamentorum concernentium compoti calculi sive raciocinii administratorum predictorum audicio absolucio et finalis liberacio ab eadem Necnon disposicio sive administracionis commissio quorumcumque ab intestato decedencium obtinencium bona seu debita huiusmodi ut prefertur ad nos solum et insolidum et non ad alium nobis inferiorem judicem de jure prerogativa seu consuetudine et ecclesie nostre Christi Cantuariensis hactenus quiete et pacifice ac inconcusse in hac parte usitata et observata legitime que prescripta dinoscuntur notorie pertinere/ Nos considerantes quod nonnulli bona seu debita huiusmodi ut prefertur obtinentes ab hac luce indies subtrahuntur. Ac volentes prout ex officio nostro astringimur jura et libertates ecclesie nostre Christi Cantuariensis observare illesa. Ad admittendum et recipiendum probaciones testamentorum personarum huiusmodi ubicumque infra provinciam Cantuariensem predictam decedentium testamenta quoque dictorum defunctorum insinuandum et approbandum Necnon administracionem omnium et singulorum bonorum et debitorum huiusmodi testancium seu aliorum bona ut premittitur obtinencium ab intestato decedentium in Civitate diocesi vel provincia Cantuariensi existentium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis seu aliis juxta juris exigentiam et predictam consuetudinem approbatam committendum Et bona et debita huiusmodi auctoritate nostra si oporteat in casibus a jure permissis sequestrandum aut sequestrari faciendum Calculum quoque sive compotum administratorum predictorum bonorum et debitorum audiendum. Et eos si opus fuerit de et super administracione sua in dictis bonis et debitis facta literas acquietanciales faciendum et concedendum. Inhibicionesque insuper quibuscumque judicibus nobis inferioribus etiam si episcopali fulgeant dignitate et aliis quibus de jure fuerit faciendum. ne quicquam in preiudicium juris prerogative et consuetudinis nostrorum et ecclesie nostre Christi Cantuariensis antedictorum attemptent aut faciant aliqualiter attemptari auctoritate nostra inhibendum seu inhiberi faciendum Ad querelas quoque et suggestiones quascumque in hac parte vel premissorum occasione in forma juris respondendum. Necnon in omnibus et singulis causis et negociis premissa qualitercumque concernentibus sive ex officio mero mixto vel promoto seu ad quarumcumque partium instanciam motis aut movendis cognoscendum et procedendum huiusmodi quoque causas et negocia cum suis incidentibus emergentibus et connexis quibuscumque fine canonico terminandum Cetera quoque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna Tibi de cuius fidelitate et circumspeccionis industria in hac parte confidimus vices nostras committimus cum cuiuslibet coercionis canonice Et ea que decreveris execucioni demandandi potestate Ad premissa omnia et singula ut premittitur faciendum et exercendum te nostrum prefecimus ordinamus et deputamus Commissarium generalem per presentes In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in manerio nostro de Lamhith xxxj° die mensis Januarii Anno domini Millesimo quingentesimo tercio Et nostre translacionis Anno Primo/.

Commissio Auditoris Audiencie Cant

Hugonis Peyntwyn

Willelmus permissione divina Electus confirmatus Dilecto nobis in Christo egregio viro magistro Hugoni Peyntwyn legum doctori Archidiacono Cantuariensi salutem graciam et benediccionem. Ad cognoscendum et procedendum in omnibus causis et negociis ecclesiasticis in Curia nostra Audiencie sive ex officio mero aut promoto vel ad quarumcumque partium instanciam motis seu movendis vel ad eandem legitime devolutis seu devolvendis/ Et de jure vel consuetudine ibidem tractandis/ Ipsasque et ea discuciendum decidendum et fine debito terminandum corrigendum et puniendum excessus crimina et delicta quorumcumque subditorum nostrorum aut aliorum in ipsa jurisdictione delinquentium seu racione delicti aut contractus forum ecclesiasticum quomodolibet sortientium ac salutares penitencias injungendum quibus de jure fuerit faciendum Illos quoque nobis subditos quos ab officiis et administracionibus suis ecclesiasticis de jure noveris movendum legitime amovendum Et sentenciam diffinitivam proferendum in eosdem/ Necnon omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna/ et que nosmetipsi in premissis vel premissorum aliquo possemus facere quomodo/ Tibi de cuius fidelitate et circumspeccionis industria in hac parte confidimus vices nostras committimus cum potestate censuras ecclesiasticas quascumque canonice fulminandi Teque Auditorem causarum et negociorum curie nostre prefate et Commissarium nostrum in hac parte ordinamus preficimus et deputamus per presentes In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum/ Datum in manerio nostro de Lamhith xxxj° die mensis Januarii Anno domini Millesimo quingentesimo tercio/ Et nostre translacionis Anno Primo/.

Commissio Auditoris Audiencie Cant.

Peyntwyn

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Dilecto nobis in Christo egregio viro magistro Hugoni Peyntwyn legum doctori Archidiacono Cantuariensi salutem graciam et benediccionem. Ad cognoscendum et procedendum in omnibus causis et negociis ecclesiasticis in Curia nostra Audiencie sive ex officio mero aut promoto vel ad quarumcumque partium instanciam motis seu movendis vel ad eandem legitime devolutis seu devolvendis/ et de jure vel consuetudine ibidem tractandis Ipsasque et ea discuciendum decidendum et fine debito terminandum corrigendum et puniendum excessus crimina et delicta quorumcumque subditorum nostrorum aut aliorum in ipsa jurisdictione delinquentium seu racione delicti aut contractus forum ecclesiasticum quomodolibet sortientium ac salutares penitencias injungendum quibus de jure fuerit faciendum Illos quoque nobis subditos quos ab officiis et administracionibus suis ecclesiasticis de jure noveris movendum licite amovendum et sentenciam diffinitivam proferendum in eosdem/ Necnon omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et que nosmetipsi in premissis vel premissorum aliquo possemus facere quomodo/ Tibi de cuius fidelitate et circumspeccionis industria in hac parte confidimus/ vices nostras committimus cum potestate censuras ecclesiasticas quascumque canonice fulminandi Teque Auditorem causarum et negociorum Curie nostre prefate et Commissarium nostrum in hac parte ordinamus preficimus et deputamus per

pntes. In Cuius rei testimonium sigillum nrm pntibz est appensum. Dat in Manerio nro de Lamehith
tercio die mensis ffebruarij Anno dni Millmo quingentesimo tercio. Et nre Transl Anno Primo.

Willmus permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie Primas et aplice sedis legatus
Dilectis nobis in xpo Magro Thome Wellys sacre theologie pfessori et Johanni Millett Saltm gram
et ben. Cum recolende memorie dnus Henricus nup dei gra Cant Archiepus iam nup ad viam intes-
tati decesserit, et eo et ex eo q executores in suo testo nominati onus execucionis testamenti eiusdem ex certis causis
licitis se in ea parte mouentibz in se assumere expresse recusarunt, Cuius pretextu om et singlor bonor
et debitor dicti defuncti et huiusmodi sui testamenti concernen plenar disposicio administracio eorundem commissio
necnon compoti calculi siue administracionis huiusmodi Audicio finalis qz liberacio siue dimissio ab eadem ad nos
notorie ptinere dinoscuntur. Nos affectantes vt bona et debita ipius defuncti vt bene et fidelit administrent[ur]
ac ad suor debitor solucionem sueqz vltime voluntatis pimpletionem, et in alios pios vsus ad anime sue sa-
lutem conuertant[ur] et disponant[ur]. Ad administrand bona supradicti defuncti ac debite et fidelit disponend de eisdem
Necnon debita quecunqz eiusdem defuncti petend colligend leuand et exigend que ad eundem mortis sue tempore
ptinuerunt, Ac ad soluend es alienum in quo dictus defunctus huiusmodi mortis sue tempore extitit obligatus, quatenus
bona et debita sua huiusmodi ad hoc se extendant, et iuxta ratam eorundem. Vobis de quor fidelitate in hac
parte confidimus de bene et fidelit administrand eadem Ac de pleno et fideli Inuentario conficiendo Et nob
citra festum Penthecoste prox futur exhibend deqz pleno et vero compoto calculo siue raciocinio in ea parte
reddend ad sancta dei euangelia Iurat plenam tenore presentium committimus ptatem, Ac vos administratores
bonor et debitor huiusmodi ordinamus deputamus et constituimus p pntes. In cuius rei etc.

Commissio admi[nistracionis] bonor dni Henr[ici] Deane nup Archiepi Cant

Willmus permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie Primas et aplice sedis legatus
Dilectis nobis in xpo Anthonio fford de pochia de   de Kyngeston sup Thamis Wynton dioc nostre
prouincie Cant generoso et Johanne Baskett relicte Johannis Baskett nup de pochia de Whitewalthm
Sar dioc, iam infra pochia om sanctor in Lumbardstrete Ciuitatis London dict prouinc nre Cant moran-
tibus Saltm gram et ben. Cum vos vt asseritis matrimonium adinuicem licite contraxistis Illud qz publice
in facie ecclie inter vos solemnisatum habere intenditis. Vt igitur matrimonium huiusmodi p quemcunqz capellanum
ydoneum int vos in aliqua eccliarum eccliarum pochialium de Kyngeston Whitewaltham aut om sanctor predict
licite solemnisari facere possetis bannis primitus vno die solemni ante diem solemnisationis huiusmodi matrimonij
vt moris est in eccliis pochialibz de Kyngeston Whitewaltham et om sanctor pfatis infra missar sollemnia edit. Dum-
tamen eccliie poch ipius Johanne nullum exinde pjudicium generet[ur]. Aliud qz canonicum in ea parte non obsistat impedi-
mentum vobiscum contrahentium qui rapi[?] huiusmodi matrimonium solemnisan. ac aliis dicte solemnisation interessen ex certis
causis licitis nos in ea parte mouentibz tenore pntium dispensamus et licenciam in dno impartimur specialem.
Constitutionibz prouincialibz in ea parte editis non obstan quibuscumqz. In Cuius rei testimonium sigillum
nrm pntibz est appensum. Dat in Manerio nro de Lamehith xxvj° die mensis Aprilis, Anno dni Millmo
quingentesimo quarto. Et nre Transl Anno Primo.

Licentia ad solemp-nizand matrimonium in facie ecclie bannis semel editis.

Willmus permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie Primas et aplice sedis legatus
Dilecto nobis in xpo Rectori ecclie pochialis sancti Dunstani in occidente London nre prouinc Cant seu eius
vices gerenti cuicumqz Salt gram et ben. Cum   ffolular Ciuitatis London dict prouinc nre Cant
          pochiana tua matrimonium vt asserunt adinuicem licite contraxerunt Illud qz publice in facie
ecclie int se solemnisat habere intendunt. Vt igitur matrimonium huiusmodi int eos solemnisare seu solemnisari
facere possis bannis matrimonialibz int se vno die solemni in ecclia tua pochiali publice vt moris
est vna vice editis Dumtamen ecclie tue pochiali nullum exinde pjudicium generet[ur]. Aliud qz canonicum
in ea parte non obsistat impedimentum, tam vobiscumqz huiusmodi matrimonium solemnisan qui cum dictis contra-
hentibz ac aliis pfate solemnisacioni interessentibz ex certis causis licitis nos in ea pte mouentibz
tenore pntium dispensamus et licenciam in dno impartimur specialem Constitutionibz prouincialibus
in ea parte editis non obstantibz quibuscumqz. In Cuius rei testimonium sigillum nrm pntibus
est appensum. Dat in Manerio nro de Lamehith   die mensis   Anno dni Millmo quingen-
quarto. Et nre Transl Anno Primo.

Alia licencia ex sup[er]hereris

Willmus permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie Primas et aplice
sedis legatus. Dilecto nobis in xpo Magro Roberto Ryden generoso de pochia beate Marie de
Woolwiche Roffen dioc nre prouinc Cant et Margarete Blakeham de pochia sancti Thome
Apli Ciuitatis London dict prouinc nre Cant Saltm gram et ben. Cum vos vt asseritis matrimonium

Alia lic[enci]a consil[imi]s

admonire bannis contraxistis. Illud quod publice in facie ecclesie inter vos solemnizatum habere intenditis vel ipsum matrimonium huiusmodi in quacumque ecclesia capella siue oratorio diuino cultui disposito ubicumque infra nostram prouinciam Cant' situat' per quemcumque capellanum idoneum inter vos licite solemnizari facere possitis, bannis matrimonii predictis unica vice ante solemnizationem huiusmodi matrimonii editis. Dummodo tamen ecclesie parochiali ipsius Margarete nullum exinde preiudicium generetur. Aliud quod canonicum in ea parte non obsistat impedimentum. Et cum vobiscum contrahentibus quod cum capellano huiusmodi matrimonium solemnizante et aliis dicte solemnizationi interessentibus ex certis causis subiectis nobis monstratis tenore presentium dispensamus et licentiam in hac concedimus specialem, constitutionibus quibuscumque in ea parte in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in manerio nostro de Lamehith die mensis Anno domini Millesimo quingentesimo quarto Et nostre translationis Anno Primo.

Corrodium Gerardi in Hospitali novi operis de Maidstone.

Willelmus permissione diuina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Dilecto nobis in Christo filio Gerardo Saltin grom' et boy ut tibi iam vigenti in senectam in vite nostre ob tua precedentia merita succurramus tibi statum et corrodium in hospitali nostro novi operis de Maidestone cum sufficienti mansione in eodem ad vitam tuam bonum concedimus per presentes. Volentes et priori ipsius hospitalis firmiter iniungendo mandantes quatenus tibi sicut aliis inibi confratribus in victu et vestitu ac aliis rebus necessariis iuxta fundationem et ordinationem eiusdem congrue ministret. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apposuimus. Dat' in manerio nostro de Lamehith xxiiij die mensis Januarii Anno domini Millesimo quingentesimo tercio Et nostre translationis Anno Primo.

Procuratorium ad presentandum et intimandum duo literas apostolicas super prouisione Episcopi Bathon' et Wellen' etc.

In nomine domini Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter et sit notum, quod Anno a Natiuitate eiusdem domini Millesimo quingentesimo quarto Indictione septima die vero duodecima mensis Augusti Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii diuina prouidentia pape secundi Anno primo, In mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presentia personaliter constitutus Reuerendissimus in Christo pater et dominus dominus Hadrianus miseratione diuina tituli Sancti Chrysogoni sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Bathonien' intitulatus dicte Bathonien' et Wellen' ecclesiarum inuicem unitarum Episcopus principalis principaliter pro se ipso citra tamen quorumcumque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem omnibus melioribus modo via iure causa et forma quibus melius et efficatius potuit et debuit fecit constituit creauit nominauit et solemniter ordinauit suos veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque suorum infrascriptorum gestores ac nuncios speciales et generales. Ita tamen quod specialitas generalitati non deroget nec econtra. Venerabiles et circumspectos viros dominos Polidorum Virgilium Succollectorem pape in dicto Regno, ac Johannem Hans familiares ipsius Reuerendissimi domini Cardinalis ac Aldobrandum Cavalcanti mercatorem Florentinum absentes tanquam presentes et eorum quemlibet insolidum. Ita tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit alter eorum id prosequi mediare terminare valeat et finire. Scilicet specialiter et expresse ad ipsius Reuerendissimi domini Cardinalis et Episcopi prefati nomine et pro eo quascumque literas apostolicas de et super promotione seu translatione huiusmodi eidem Reuerendissimo domino Cardinali facta et concessa ac prouisione per obitum bone memorie Oliuerii earundem ultimi Episcopi eiusdem ecclesiarum vacationem habitas et habendas Serenissimo ac potentissimo domino domino Henrico dei gratia Regi Anglie et Francie ac domino Hibernie ac Reuerendissimo domino Archiepiscopo Cant' Clero ac populis ecclesiarum predictarum Bathon' et Wellen' necnon uniuersis vasallis earundem et aliis ad quos dicte litere diriguntur presentandum intimandum insinuandum et notificandum ipsosque ut ad executionem earum seu eorum procedant seu alter eorum procedat rogandum monendum et requirendum seu rogari moneri et requiri faciendum. Ac processus desuper si opus fuerit fulminari petendum et obtinendum. Homagium seu fidelitatis et quecumque alia iuramenta per predecessores suos earundem ecclesiarum Bathon' et Wellen' Episcopos prestari solitum eidem Serenissimo domino Regi aut commissario vel commissariis in ea parte deputato seu deputatis. De obediencia ecclesie Christi Cant' et ipsius ecclesie prelato siue pastori sede plena vel forsan quod absit ipsa sede vacante priori et capitulo eiusdem. Et quecumque iuramenta clericorum et canonicorum prefate ecclesie Christi Cant' et eius prelato pro tempore existenti ac etiam in dictis suis ecclesiis Bathon' et Wellen' aut earum altera ac commissario vel commissariis ad hoc interesse habentibus quibus de iure statuto vel consuetudine prestari solet prestandum et iurandum et ab aliis commissariis quorumcumque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis fuerint quecumque iuramenta sibi ratione dictarum ecclesiarum debita et consueta recipiendum. Liberationemque tam temporalium quam spiritualium iuxta modum et consuetudinem Regni Anglie petendum et requirendum et pro eisdem siue eorum altero si opus fuerit pacisendum et componendum. Necnon corporalem realem et actualem possessionem predictarum ecclesiarum Bathon' et Wellen' iurium quoque et pertinentium earundem capiendum intrandum et adipiscendum. Et se aut dictos procuratores suos vel eorum aliquem eius nomine in huiusmodi possessionem poni et induci ac inductum defendi faciendum. Et postquam eam adepti fuerint eandem retinendum et continuandum. Ipsasque ecclesias in spiritualibus et temporalibus regendum et gubernandum seu regi et gubernari ac eis in diuinis laudabiliter deseruiri faciendum. Fructus quoque redditus prouentus iura obuentiones et emolumenta ex eisdem prouenientes et pertinentia siue spectantia et pertinentia petendum exigendum leuandum recipiendum et recuperandum Illosque et illa arrendandum locandum et dislocandum ac ad firmam seu annuam pensionem dandum et concedendum ac pecunias ratione arrendacionis vel causa [illegible] deformitatis reparacionum sive dilapidacionum huiusmodi ecclesiarum et grangiarum earundem earumque iurium debitas petendum levandum et recipiendum de receptis quoque habitis quitancias et recognitiones quietandum et quietancias seu quitancias cum pacto solemni et expresso de rem habitam et receptam ulterius non petendo faciendum dandum et sigillandum ac realiter et cum effectu tradendum et liberandum necnon pro deformitatibus ruinis dilapidacionibus et defectibus quibuscumque huiusmodi ecclesiarum Bathoniensis et Wellensis ac etiam ecclesie Herfordensis cum idem Reverendissimus dominus Cardinalis nuper prefuit in episcopum et pastorem si qui ibi fuerint aut eis indigerent in toto vel in parte componendum. Utensilia quoque et implementa restituendum et pro restitutis tam quitancias generales quam speciales nomine dicti Reverendissimi domini Cardinalis et Episcopi levandum exigendum recipiendum et recuperandum ac in quibuscumque convocacionibus nomine quo supra comparendum ac omnibus et singulis in dictis convocacionibus habitis gestis et factis consenciendum et consensum prestandum. Et si opus fuerit vel eisdem procuratoribus seu eorum alteri videbitur et placuerit dissenciendum et contradicendum. Item ad defendendum ipsum Reverendissimum dominum Cardinalem et Episcopum constituentem dictasque suas ecclesias et earum alteram bonaque et iura sua et ad omnes et singulas causas et lites tam beneficiales quam prophanas contra prefatum Reverendissimum dominum Cardinalem constituentem per quascumque personas in quacumque curia et coram quibuscumque iudicibus et officialibus motas et movendas ibidem comparendum et agendum quascumque peticiones summarias verbo vel in scriptis dandum et recipiendum darique et recipi videndum litem seu lites contestandum et contestari videndum de calumpnia vitanda et veritate dicenda cum omnibus et singulis capitulis et clausulis in et sub calumpnie iuramento contentis iurandum et cuiuslibet alterius generis licitum et honestum iuramentum in animam ipsius Reverendissimi domini constituentis prestandum et ex adverso prestari videndum ponendum et articulandum poni quoque et articulari videndum et audiendum posicionibus et articulis partis adverse respondendum et sibi responderi faciendum et contra eos dicendum [illegible] replicandum duplicandum triplicandum et quadruplicandum testes partis adverse iurare videndum et contra ipsos et eorum dicta dicendum et obiciendum crimina et defectus opponendum et probandum literas scripturas instrumenta privilegia iura et munimenta et quecumque alia probacionum genera producendum et exhibendum et ex adverso produci et exhiberi videndum de loco et iudice vel iudicibus concordandum et conveniendum ipsumque vel eos ut suspectos et suspecta recusandum et declarandum et suspicionis causas assignandum et allegandum et alios iudices et notarios eligendum petendum et nominandum literas quoque remissorias et compulsorias ac apostolicas quascumque gratiam seu iusticiam concernentes et rescripta tam audiencie literarum contradictarum quam alibi ubicumque impetrandum et obtinendum et impetratis ex adverso in quocumque foro sive iudicio et alibi ubi expediens fuerit contradicendum et impediendum absolucionis beneficium simpliciter vel ad cautelam ac restitucionem in integrum petendum et obtinendum iudicis officium implorandum impetrandum et obtinendum in causa seu causis renunciandum et concludendum renunciari et concludi petendum et obtinendum sententiam vel sententias tam interlocutorias quam diffinitivas ferri petendum et audiendum. Et ab ea seu eis et a quocumque alio gravamine illato vel inferendo provocandum et appellandum apostolosque semel vel pluries debita cum instancia petendum et obtinendum appellacionemque et appellaciones huiusmodi intimandum insinuandumque ac nullitates eas prosequendum et ad Romanam Curiam si opus fuerit devolvendum et devolvi faciendum expensas dampna et interesse taxari petendum et extorquendum Et super expensis si necesse fuerit iurandum. Unum quoque vel plures procuratorem et procuratores substituendum et loco suo ponendum et surrogandum semel et pluries et tociens quociens dictis procuratoribus et cuilibet vel alteri eorum videbitur et placebit Et dictos procuratores sic substitutos seu substituendos revocandum presenti principali mandato semper nichilominus in suo robore et firmitate remanente. Et generaliter ad omnia et singula faciendum gerendum procurandum et exercendum que in premissis et circa premissa et quolibet premissorum viderint necessaria utilia et quomodolibet oportuna et que iuris ordo et facti qualitas predicti postulant exigunt et requirunt Et que ipsemet Reverendissimus dominus constituens faceret et exercere posset si presens esset etiam si talia forent que mandatum exigerent magis speciale vel generale Dans et concedens ac committens dictis suis procuratoribus et cuilibet eorum insolidum et substituendis ab eis et quolibet eorum plenum liberum et generale ac speciale mandatum Cum plena libera generali ac speciali administracione omnia et singula faciendi super predictis et quolibet eorum et dependentibus et connexis ab eisdem Necnon promittens et iurans in animam suam manum ad pectus ponentis dictus Reverendissimus dominus constituens michi Raynerio notario infrascripto ut publice persone recipienti recipienti et stipulanti pro omnibus et singulis quorum interest intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum se perpetuo firmum ratum et gratum habiturum omne id et totum ac quicquid per dictos suos procuratores et quemlibet vel alterum eorum vel substitutos ab eis et quolibet eorum in premissis et circa premissa et quolibet premissorum actum factum gestum procuratumve fuerit et contra nullo modo facere vel venire per se vel per alium aliqua racione iure modo vel causa de iure vel de facto in iudicio vel extra sub ypotheca et obligacione sui suorumque bonorum omnium et singulorum mobilium et immobilium presencium et futurorum presencium et futurorum. Rogans me Raynerium notarium infrascriptum quatenus de predictis omnibus et singulis publicum conficerem instrumentum. Acta Rome in Regione Parionis in domo solite habitacionis prefati Reverendissimi domini Cardinalis constituentis presentibus ibidem Reverendis in Christo patribus domino Matheo Episcopo Tombratiensi et domino Petro Grypho apostolice Sedis prothonotario et domino Iuliano de Iulianis presbitero Buziensi testibus ad hec omnia suprascripta specialiter vocatis habitis et rogatis.

Ego Raynerius Lommius clericus pisanus publicus pontificia et imperiali auctoritatibus notarius iudex ordinarius

Prior ecclie Sancti [illegible] [illegible] Quia premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una
cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideo hoc presens publicum instrumentum
manu aliena me aliis occupato negociis fideliter scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam
formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem robur et testimonium omnium et singulorum
premissorum rogatus et requisitus.

Bulla translat Epi
Bathon et Wellen

Julius Epus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepo Cantuarien Salutem et aplicam ben. Ad cumulum
tue cedit salutis et fame si personas eccliasticas presertim pontificali dignitate preditas et Cardinalatus honore
fulgentes divine propitiationis intuitu oportuni presidii ac favoris gratia prosequaris. Hodie siquidem dilectum
filium nrum Hadrianum tt. sancti Chrisogoni presbiterum Cardinalem a vinculo quo eccle Herforden cui tunc ex
concessione et dispensatione aplica preerat tenebatur de fratrum nrorum consilio et aplice potestatis plenitudine absolventes
ipsum ad Bathon et Wellen ecclias invicem unitas tunc per obitum bone memorie Oliverii olim Bathon et
Wellen Epi extra Romanam Curiam defuncti vacantes aplica auctoritate transtulimus ipsumque eisdem unitis
eccliis preficimus in Epm et pastorem curam et administrationem ipsarum unitarum eccliarum sibi in spiritualibus et
temporalibus plenarie committendo prout in nris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem
Hadrianus Cardinalis in commissa sibi dictarum unitarum eccliarum cura facilius proficere valeat tuus favor sibi
noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per aplica scripta
tibi mandantes quatinus eundem Hadrianum Cardinalem et prefatas unitas ecclias sibi commissas suffraganeas
tuas habens pro nra et aplice sedis reverentia propensius commendatas in ampliandis et conservandis earundem
unitarum eccliarum iuribus sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Hadrianus Cardinalis per tue auxilium
gratie se possit in commisso sibi earundem unitarum eccliarum regimine utilius exercere, tu quoque divinam misericordiam
et nram ac eiusdem sedis benedictionem et gratiam valeas exinde promereri. Dat Rome apud sanctum Petrum
Anno Incarnationis dnice Millimo quingentesimo quarto, Quarto Non Augusti pont nri Anno Primo.

. Bathon .

Juramentu obedientie
dni Epi Ba. et Wellen
Reverendissimo dno
Archiepo Cant prestitu

In dei nomine Amen Ego Polidorus Vergilius Rdi in xpo pris et dni Hadriani tt. Sancti
Chrisogoni pbri Cardinalis ad ecclias Cathedrales Bathon et Wellen invicem unitas per Sanctissimum dnm nrum
Julium eiusdem nominis papam secundum canonice translati procurator ad infrascripta sufficienter et legitime deputatus et
mandatum sufficiens ad iurandum et iuramentum canonice obedientie in animam dicti Reverendi pris et pro eo modo
et forma infrascriptis prestandum quod vim realis et veri effectus exhibeo inter cetera habens, Vobis Reverendissimo
in xpo pri et dno dno Willmo dei gra Cant Archiepo totius Anglie primati et aplice sedis legato vestrisque
successoribus Cant Archiepis in dicta sancta Cantuarien eccla canonice intrantibus et eidem sce Metropolitane eccle
debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem dnm meum per omnia exhibiturum nomine ipsius dni mei et
in animam eius iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum vestrique Cant Archiepi et successorum
vestrorum et predicte Sancte Cant eccle iurium adiutor dnus meus erit ad defendendum retinendum et conservandum Salvo
ordine dicti dni mei. Sic eundem dnm meum deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et hec omnia nomine
procuratorio quo supra confirmando manu mea propria subscribo.

Bulla pro Epo
London

Julius Epus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepo Cantuarien Salt et aplicam ben. Ad cumulum
tue cedit salutis et fame si personas eccliasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propitiationis intuitu
oportuni presidii ac favoris gratia prosequaris. Hodie siquidem eccle London tunc ex eo quod nos te tunc Epm London
a vinculo quo eccle predicte cui tunc preeras tenebaris de fratrum nrorum consilio et aplice potestatis plenitudine absolventes
te ad eccliam Cant tunc certo modo vacantem duximus aplica auctoritate transferendum preficiendo te eccle eidem Cant
in Archiepm et pastorem apud sedem aplicam pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Willmi Electi London
nobis et fratribus nris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum consilio auctoritate predicta providimus, ipsumque Willmum prefate
eccle London in Epm preficimus et pastorem curam et administrationem ipsius eccle London sibi in spiritualibus et temporalibus
plenarie committendo prout in nris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Willmus Electus
in commissa sibi predicte London eccle cura facilius proficere valeat tuus favor sibi fore noscatur plurimum oportunus
fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per aplica scripta tibi mandantes quatinus eundem Willmum
Electum et prefatam London eccliam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nra et dicte sedis reverentia propensius
commendatos in ampliandis et conservandis eiusdem eccle London iuribus sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse
Willmus Electus per auxilium tue gratie se possit in commisso sibi eiusdem London eccle regimine utilius exercere,
tu quoque divina misericordia ac nram et eiusdem sedis benivolentiam et gratiam valeas exinde uberius promereri.
Dat Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dnice Millimo quingentesimo quarto, Quarto Non Augusti
Pontificatus nri Anno Primo.

nº 9

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Salutem in omnium salvatore. Sciatis nos de fidelitate circumspectione et industria dilecti nobis in Christo Hugonis Marcham plene confidentes dedisse et concessisse ac per presentes damus et concedimus eidem Hugoni officium Ballivatus nostri de Southmallyng cum pertinentiis in Com. Sussex. Ac vadia feoda proficua commoditates et regardia eidem officio debita et consueta. Habendum occupandum et exercendum officium illud cum pertinentiis eidem Hugoni cum vadiis feodis proficuis commoditatibus et regardis eidem officio debitis et consuetis ad terminum vite ipsius Hugonis per se vel deputatum suum pro quo respondere voluerit. Percipiendum de nobis et successoribus nostris pro predicto officio exercendo annuatim feoda proficua commoditates et regarda eidem officio debita et consueta. Ac xl s. in Manerio nostro de Southmallyng cum pertinentiis in Com. predicto ad festa sancti Michaelis Archangeli et pasche per equales porciones per manus receptorum ballivorum firmariorum seu aliquorum aliorum occupatorum Manerii predicti pro tempore existentium. Dedisse insuper ac per presentes damus et concedimus omnibus officiariis ministris et tenentibus nostris Ballivatus predicti firmiter in mandatis quod eidem Hugoni tanquam Ballivo nostro ibidem sint intendentes consulentes obedientes auxiliatores et faventes in omnibus prout decet. In cuius rei testimonium sigillum Archiepiscopatus nostri presentibus est appensum. Dat. in Manerio nostro de Lamehith secundo die mensis ffebruarii Anno domini Millesimo quingentesimo tercio Et nostre Translationis Anno Primo.

Lre patent Hugonis Marcham de officio Ballivatus in Southmallyng

Et nos Thomas permissione divina Prior ecclesie Christi Cant. et eiusdem loci Capitulum omnia et singula suprascripta et contenta quantum ad nos pertinet ac ecclesie Capituli nostri ratificamus approbamus et ad terminum vite predicti Hugonis tenore presentium confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum Commune presentibus apponi fecimus. Dat. in domo nostra Capitulari vicesimo quinto die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo quarto.

In dei nomine Amen. Ego Willelmus Electus ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie ac domino nostro domino Julio pape secundo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut per nuncios seu literas ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscunque procurari novero vel tractari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam pervenire possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sive dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus prefatis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad sinodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina existente citra singulis annis ultra vero montes singulis bienniis visitabo aut per me aut per meum nuncium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo nec aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Juramentum Electi London prestitum Romane ecclesie

In dei nomine. Ego Willelmus ecclesie Cath. London. Electus et a vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes vobis et successoribus vestris Archiepiscopis Cantuariensibus in dicta sancta Cant. ecclesia canonice instituendis et eidem sancte Metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum. Vobis quoque Cant. Archiepiscopis et successoribus vestris et predicte sancte Cantuar. ecclesie iurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo.

Juramentum Electi Londoniensis prestitum domino Archiepiscopo Cant.

Julius Episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepiscopo Cant. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personis ecclesiasticis presertim pontificali dignitate preditis divine propitiationis intuitu oportuni presidii ac favoris gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Herforden. tunc ex eo quod nos ipsum dilectum filium nostrum Hadrianum tituli sancti Chrisogoni presbiterum Cardinalem a vinculo quo eidem ecclesie cui tunc ex concessione et dispensatione apostolica preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine

Bulla pro Episcopo Herforden.

absolventes ipsum ad Bathonien. et Wellen. ecclesias unitas tunc certo modo vacantes duximus apostolica auctoritate transferendum preficiendo eum ipsis unitis ecclesiis in Episcopum et pastorem apud sedem apostolicam pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Ricardi Electi Herforden. nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum consilio auctoritate prefata providimus ipsumque illi in Episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Herforden. sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Ricardus Electus in commissa sibi predicte Herforden. ecclesie cura facilius proficere valeat tuus favor sibi fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatinus eundem Ricardum Electum et prefatam Herforden. ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis eiusdem ecclesie Herforden. iuribus sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Ricardus electus per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eiusdem Herforden. ecclesie regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam et nostram ac eiusdem sedis benivolentiam valeas exinde uberius promereri. Dat. Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quarto. Quinto Id. Augusti Pontificatus nostri Anno primo.

Iuramentum Electi Herforden. prestitum Romano Pontifici

In dei nomine amen. Ego Ricardus Electus Herforden. ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sanctoque apostolice Romane ecclesie et domino nostro domino Julio pape ii. suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut nuncios seu litteras ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et Regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio facto seu tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque tractari novero vel procurari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam possit pervenire. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo, et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro vel successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana curia existente citra singulis annis, ultra vero montes singulis bienniis visitabo aut per me aut per meum nuntium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Iuramentum Electi Herforden. domino Archiepiscopo Cant. prestitum

In dei nomine amen. Ego Ricardus Ecclesie Cath. Herforden. Electus et a vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes vobis et successoribus vestris Archiepiscopis Cantuarien. in dicta sancta Cant. ecclesia canonice instituendis et eidem sancte Metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum. Vobisque sancte Archiepiscopo et successorum vestrorum et predicte sancte Cant. ecclesie iurium adiutor ero ad defendendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo.

Bulla pro Episcopo Roffen.

Julius Episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepiscopo Cant. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas pontificali dignitate preditas oportuni presidii gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Roffen. ex eo apud sedem apostolicam pastoris solatio destitute quod nos in ipso venerabilem fratrem nostrum Ricardum Episcopum Cicestren. tunc Roffen. licet absentem a vinculo quo eidem ecclesie Roffen. cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Cicestren. tunc vacantem duximus auctoritate apostolica transferendum preficiendo eum ipsi ecclesie Cicestren. in Episcopum et pastorem de persona dilecti filii Johannis Fissher Electi Roffen. nobis et eisdem fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum consilio dicta auctoritate providimus ipsumque illi prefecimus in Episcopum et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie Roffen. sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Electus in commissa predicte ecclesie sibi cura facilius proficere valeat tuus favor ei fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam hortamur attente per apostolica tibi scripta mandamus quatinus predictum Electum et Co:

missam sibi ecclesiam tuam suffraganeam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse electus tuo fultus presidio in commisso sibi prefate ecclesie regimine se possit utilius exercere, tu quoque divinam misericordiam et nostram ac dicte sedis benedictionem et gratiam valeas exinde uberius promereri. Dat' Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo quarto, pridie Id' Octobris, pontificatus nostri anno primo.

In Dei nomine Amen. Ego Johannes Fissher electus ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque Romane ecclesie et domino nostro domino Julio pape secundo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut nuntium seu literas ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Jura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio vel facto seu tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur, et si talia a quibuscumque tractari novero vel procurari impediam hoc pro posse et quanto citius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam possit pervenire. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana curia existente citra singulis annis, ultra vero montes singulis bienniis visitabo aut per me aut per meum nuntium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam nec donabo nec impignorabo nec de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

Juramentum prestitum
per electum Roffen
Romane ecclesie

In Dei nomine Amen. Ego Johannes ecclesie Cath' Roffen electus et a vobis reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cant' archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes vobis et successoribus vestris archiepiscopis Cantuariensibus in dicta sancta Cant' ecclesia canonice instituendis et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum, vestrique Cant' archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte sancte Cant' ecclesie iurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo.

Juramentum obedientie ~~Epi~~
archiepiscopo Cant'

Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus dilectis in Christo filiis universis et singulis iuratis hominibus subditis et tenentibus nostris quibuscumque ville nostre de Romeney nostre Cant' dioc' salutem gratiam et benedictionem. Sciatis quod nos de fidelitate et circumspectionis industria dilecti in Christo filii Roberti Marcham generosi pro bono et fideli servitio suo nobis et ecclesie nostre Cant' impenso et imposterum impendendo, certis ex nostro motu et certa scientia nostra dedimus concessimus et per presentes confirmamus eidem Roberto totam et integram balliviam nostram ville nostre de Romeney predicte cum omnibus pertinentiis commoditatibus et iuribus eiusdem ballivo nostro quomodolibet spectantibus. Habendum tenendum exercendum et occupandum predictam balliviam cum omnimodis iurisdictionibus et correctionibus tempore ballivatus ballivi predicti ac cum omnibus vadiis redditibus extractis forisfacturis stallagiis bidellis emolumentis consuetudinibus et feodis necnon cum omnimodis curiarum suarum perquisitis earundem finibus amerciamentis redemptionibus pertinentiis commoditatibus et iuribus quibuscumque tam hominum et tenentium nostrorum et aliorum residentium seu aliarum personarum quarumcumque in eadem villa existentium quam aliarum rerum quarumcumque nobis seu successoribus nostris ratione ballivie predicte qualitercumque spectantium pertinentibus contingentibus seu contingendis prefato Roberto et assignatis suis per totum terminum vite sue adeo libere et integre sicut aliquis ballivus dicte ville nostre predictam balliviam unquam habuit exercuit et occupavit absque aliquo compoto inde nobis seu successoribus nostris imposterum reddendo et absque impedimento seu reclamatione aliquali nostri seu successorum nostrorum per presentes. Et ideo vobis mandamus quatinus prefato Roberto Marcham generoso tanquam ballivo nostro pro nobis per terminum vite sue iuxta literarum presentium effectum in hiis que ad officium suum pertinent sitis intendentes obedientes et auxiliantes debite prout decet. In cuius rei testimonium sigillum archiepiscopatus nostri presentibus apposuimus. Dat' in manerio nostro de Lamehith septimo die mensis Novembris anno domini millesimo quingentesimo quinto et nostre translationis anno secundo.

Litera patens Roberti
Marcham de ballivia
ville de Romeney.

Et nos Thomas permissione divina prior ecclesie Christi Cant' et eiusdem loci capitulum omnia et singula superius scripta et contenta quantum ad nos pertinet animo capitulari ratificamus approbamus et ad terminum vite predicti Roberti Marcham generosi tenore presentium confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' in domo nostra capitulari vicesimo die Decembris anno domini supradicto.

Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus universis

Inventarium ad rele
bamen dicta in registro
de Emell hith [illegible]

sancte matris ecclesie filiis ad quorum notitiam presentes littere pervenerint Salutem gratiam et benedictionem. Ex pia relatione parochianorum
totiensque sepius commorantium et inhabitantium oppidum de Smalhith situm et situatum intra terminos et limites parochie de Tentirden
Cant. dioc. intime accepimus quod ipsi inhabitantes et ibidem commorantes ob nimiam sue ecclesie parochialis distantiam necnon periculosa
itinera et viarum discrimina, magnas aquarum inundationes et aeream intempestatis violentiam ac quorundam ipsorum corporum debili
valitudine et impotentia impediti quominus sine eorum maximo periculo accessum ad ecclesiam parochialem de Tentirden predictam quovismodo
habere valeant, ut iure deberent et tenentur. Cuius pretextu et occasione ea que sincere devotionis augmentum respiciunt penitus
derelinquere coacti sunt. Et quod magis dolendum est plurimorum eorum plerumque egroti ibidem commorantes absque sacramentis et sacramentalibus
in animarum suarum grave periculum decedunt. Qua ob rem ipsi ibidem inhabitantes sive commorantes cupientes suis corporibus sanitati providere et ut
vota corporalia animeque sue saluti innata lectione evangelica studiose et diligenter consulere caritatis intuitu bonique medii nos pie pulsarunt
et magnis precibus humiliter supplicaverunt, quatenus facultatem potestatem et licentiam alicui capellano idoneo ipsorum ac ceterorum Christifidelium
manibus suis adiutricibus ad exhibitionem huiusmodi capellani porrigentium sumptibus stipendiis et expensis suis divina celebrare in
capella ad honorem Sancti Johannis Baptiste ibidem fundata constructa et edificata, etiam eorum et ceterorum Christifidelium predictorum sumptibus
et expensis manutenenda sustentanda et reparanda concedere gratiose dignaremur. Nos vero huiusmodi piis supplicationibus eo tanquam
iustis inclinati, cupientes predictam capellam in honore divi Johannis Baptiste fundatam digne honorari et in suis structuris
et edificiis debite reparari conservari et manuteneri libris quoque calicibus luminaribus et aliis ornamentis ceterisque pro divino cultu necessariis
eorundem parochianorum aliorumque quorumcunque Christianorum impensis ut premittitur decenter muniri, pro capellano idoneo ante ordinarii vel eius
deputati assumendo eorumque ac ceterorum Christifidelium predictorum sumptibus et expensis totaliter exhibendo et sustentando in dicta capella de
Smalhith sic ut prefertur manutenenda sustentanda et reparanda divina licite celebrari faciendi, necnon eisdem ibidem inhabitantibus sive
commorantibus sacramenta et sacramentalia quocumque tempore saltem necessitatis ministrari valeat, dum tamen per hoc ecclesie parochiali
ibidem rectoribus quoque et vicario aut successoribus suis nullum generetur preiudicium, nec aliud canonicum obsistat impedimentum, tenore
presentium potestatem concedimus et licentiam impertimur specialem. Et ut inhabitantes predicti oppidi de Smalhith aliique
Christifideles ad dicte capelle reparationem sustentationem manutentionem ac ad prefati capellani exhibitionem libentius excitentur
quo se dono celestis gratie uberius conspexerint refectos, Nos Willelmus Archiepiscopus antedictus de omnipotentis dei misericordia ac
beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis vere penitentibus et confessis qui ad edificationem reparationem
manutentionem exhibitionem seu sustentationem dictorum capelle et capellani pro tempore existentis manus porrexerint
adiutrices totiens quotiens hoc fecerint quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer
in domino relaxamus per presentes perpetuis futuris temporibus in suo robore duraturis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum
presentibus est appensum. Datum in manerio nostro de Lamehith decimo die mensis Februarii anno domini millesimo quingentesimo quinto
et nostre translationis anno tertio.

Procuratorium Cardinalis Adriani ad prestandum Juramentum obedientie

Bathon.

In dei nomine Amen. Noverint universi presentes publicum instrumentum seriem inspecturi quod anno
a Nativitate domini millesimo quingentesimo quinto, Indictione octava, die vero decimaseptima mensis Martii, ponti-
ficatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii divina providentia pape secundi anno secundo. In mei notarii publici
testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum presentia personaliter constitutus reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Hadrianus miseratione
divina tituli sancti Chrisogoni sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Bathon. et Wellen. episcopus principalis principaliter
pro se ipso circa tamen quorumcunque priorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum revocationem omnibus melioribus
via iure modo et forma quibus melius et efficacius potuit et debuit fecit constituit creavit nominavit et solemniter
ordinavit suos veros certos legitimos et indubitatos procuratores actores factores negotiorumque suorum ad infrascripta
gestores ac nuncios speciales et generales ita quod generalitas specialitati non deroget nec econtra, videlicet venerabiles et
circumspectos viros dominos Polidorum Virgilium Subcollectorem pape in Regno Anglie, et Johannem Hans familiares
ipsius Cardinalis et Aldobrandinum Canagh mercatorem Florentinum absentes tanquam presentes et eorum quemlibet insolidum ita
tamen quod non sit melior conditio primitus occupantis nec deterior subsequentis, sed quod unus eorum inceperit
id ipsorum quilibet prosequi terminareque valeat et finire, scilicet specialiter et expresse ad ipsius reverendissimi domini Cardinalis et episcopi
prefati nomine et pro eo coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cant. Archiepiscopo aut alio suo
successore quocumque sede plena aut ipsa sede forsan quod absit vacante, Coram venerabilibus et religiosis
viris priore et capitulo ecclesie Christi Cant. ad quos omnis et omnimoda Jurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Archiepiscopum Cant.
sede plena pertinuit ipsa sede quandocumque vacante notorie dinoscitur pertinere eorumve in spiritualibus vicario generali sive com-
missario legitime in hac parte deputato comparendum et eidem reverendissimo patri Cant. Archiepiscopo et successori suo successoribus
sive in prefata ecclesia metropolitica Christi Cant. canonice intrantibus ac prefato priori et capitulo sede ibidem forsan ut prefertur vacante
sive eorum commissario vel commissariis nomine prefate ecclesie Christi Cant. metropolitice ipsiusque ecclesie debitam et canonicam
obedientiam reverentiam et subiectionem iuxta et secundum decreta Romanorum pontificum dicteque ecclesie Christi Cant. metropolitice con-
suetudinem et prerogativam ipsius constituentis persona exhibituri profitendum et promittendum. Necnon quod ipse
constituens ad defendendum retinendum et conservandum Jura et libertates ipsius ecclesie Christi Cant. ordinis sui
salvo promptus erit et paratus in animam sua ad sancta dei evangelia iurandum et fidem faciendum iuxta tenorem
huiusmodi sequentem videlicet: **In dei nomine amen** Ego Polidorus Virgilius reverendissimi in Christo patris et domini Hadriani
tituli Sancti Chrisogoni presbiteri Cardinalis ad ecclesias Cathedrales Bathon. et Wellen. invicem unitas per sanctissimum dominum
nostrum dominum Julium eiusdem nominis papam secundum canonice translati procurator ad infrascripta sufficienter et legitime deputatus
habens ad infrascripta speciale et sufficiens mandatum ad iurandum et iuramentum canonice obedientie in animam dicti reverendissimi patris
et pro eo modo et forma infrascriptis prestandum, quod iure realiter et in effectu exhibebo vobis reverendissimo in Christo patri et domino
domino Willelmo permissione divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato vestrisque successoribus
Cant. Archiepiscopis in dicta sancta Cant. ecclesia canonice intrantibus et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam
obedientiam reverentiam et subiectionem dicti mei domini in persona exhibiturum nomine ipsius domini mei et in animam eius Juro profiteor
et promitto secundum decreta Romanorum pontificum vobisque Cant. Archiepiscopo et successoribus vestris et predicte sancte Cant. ecclesie

Jura Hadriani Episcopi Bathoniensis et Wellen.

Jurium etiam adiutor dicti domini mei ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine dicti domini mei. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et hec omnia nomine proprio pro supra confirmando manu mea propria subscribo. Et postquam prefati promittentes sive sive eorum aliquis huiusmodi obedientiam, reverentiam, subiectionem et iuramentum nomine suo prestiterint sive prestiterit eorum aliquis quod huiusmodi obedientiam reverentiam iuramentum prestabit et recte premissa ex toto mente et voluntate sua absque compulsione dolo arte vel fraude promiserint si necesse fuerit prestandum dicendum et allegandum et huiusmodi iuramenta professionem contestationem et promissum pro facto ipsius reverendissimi patris constituentis subscribendum et signandum ac si opus fuerit sigillandum. Et illud idem iuramentum nomine ipsius reverendissimi patris constituentis domino reverendissimo patri archiepiscopo aut aliis quibus in ea parte interest tradendum et liberandum. Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que circa premissa fuerint necessaria seu quomodolibet oportuna. Et insuper ut huiusmodi instrumentum et contenta in eodem maiorem ubique locorum fidem faciant et testimonium idem reverendissimus pater constituens in presentia mei notarii publici infrascripti ac testium infrascriptorum nominatorum presentis sigillum suum huic presenti publico instrumento apponi fecit, et manu propria se subscripsit et suo nomine illud idem consignavit. Acta Rome in domo habitationis prefati reverendissimi domini cardinalis constituentis. Presentibus ibidem spectabilibus viris dominis Leonardo de Vitellensibus et Johanne Cristoforo Balbiano Cometan et Mediolanen civibus testibus ad premissa vocatis habitis et rogatis. Ego Leonardus Vitellus de Cometto hiis omnibus presens fui et ideo hic mea propria manu subscripsi. Ego Johannes Cristoforus de Balbiano hiis omnibus presens fui ideo hic me propria manu subscripsi. Ita est. Ego Hadrianus Cardinalis Sancti Chrisogoni Episcopus Bathon manu propria. **Et ego** Johannes de Dammanis clericus Asten publicus imperiali auctoritate notarius quia premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur per prefatum reverendissimum dominum cardinalem fierent et agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi ac in notam sumpsi. Ideo hoc presens publicum instrumentum manu aliena aliis me occupato negotiis scriptum exinde subscripsi et publicavi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium premissorum vocatus et requisitus.

Subscriptio Cardinalis Bathon episcopi manu propria /

Julius episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepiscopo Cant. salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propitiationis intuitu oportuni favoris presidio prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Exon. tunc per obitum bone memorie Johannis episcopi Exonien. extra Romanam curiam defuncti pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Hugonis electi Exon. nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi prefecimus in episcopum et pastorem curam et administrationem eiusdem ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur idem Hugo electus in commissa sibi predicte Exon. ecclesie cura facilius proficere valeat si tuus favor et fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam hortamur attente per hec apostolica scripta tibi mandantes quatenus eundem Hugonem electum et prefatam Exonien. ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse electus tuo fultus auxilio in commisso sibi prefate ecclesie regimine se possit utilius exercere, tuque divinam misericordiam et nostram ac dicte sedis benedictionem et gratiam valeas exinde uberius promereri. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo quarto, Quinto kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno Secundo.

Bulla pro Domino Exon Episcopo /

In dei nomine amen. Ego Hugo electus Exonien. ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie et domino meo domino Julio pape secundo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet iniiciantur vel iniurie aliquae inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut nuntios seu litteras ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores et privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare et defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio vel facto seu tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel ipsam Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque tractari novero vel procurari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam possit pervenire. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro vel successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana curia existente citra singulis annis, ultra vero montes singulis bienniis visitabo aut per me aut per meum nuntium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Juramentum prestitum ecclesie Romane per Electum Exon.

Thomas permissione divina prior ecclesie Cant. et eiusdem loci capitulum universis et singulis catholicis antistitibus salutem in omnium salvatore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas qui pro iure et libertate Cant. ecclesie gloriose meruit coronari martirio, et postea beatissimus Edmundus confessor olim eiusdem ecclesie episcopi Cant. archiepiscopi favore benivolo indulserint pariterque statuerint consecrationes quorumlibet suffraganeorum ecclesie memorate in eadem sancta Cant. ecclesia et non alibi celebrari debere, nisi de communi consensu totius capituli

Licentia prioris et Capituli Cant. facta Electo Exonien. pro eius consecratione extra ecclesiam metropoliticam Cant. sub reservatione iuris

Cant' ecclesie fuit obtent' quod aliquis alibi quam in sancta ecclesia predicta valeat consecrari sit quod eidem ecclesie predicte per sedem apostolicam privilegiat' indult' necnon de antiqua et approbata consuetudine hactenus et obtent', vt tamen reverendus in Christo pater Hugo Oldam Exon' ecclesie electus et confirmatus extra ecclesiam Cant' predictam valeat consecrari quantum in nobis est nostrum ad hoc damus consensum pariter et assensum recepto primitus ab eodem electo sufficienti caucione quod huiusmodi gracia seu licencia nostra specialis in hac parte sibi fact' seu faciend' nobis vel dict' Cant' ecclesie in nullum cedat preiudicium in futurum reservata nobis capa decenti qualem quilibet suffraganeus ecclesie predicte racione professionis sue eidem ecclesie de iure et antiqua consuetudine solvere debet ratum habitur' et grat' quicquid per vos actum concessum seu expeditum fuit in premissis. Iuribus ceteris privilegiis libertatibus et consuetudinibus ecclesie Christi Cant' predicte in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' in domo nostra Capitulari Cant' .. die mensis Decembris anno domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo quarto.

Iuramentum Hugonis Electi Exonien'

In dei nomine Amen. Ego Hugo Oldam ecclesie Exoniensis electus et a vobis reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo dei gracia Cant' Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes, vobis et successoribus vestris Archiepiscopis Cantuariensibus in vestra sancta Cant' ecclesia canonice instituendis et eidem sancte Cant' ecclesie metropolitice debitam et canonicam obedienciam reverenciam et subieccionem me per omnia exhibiturum profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum. Vnde quod Cant' Archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte sancte Cant' ecclesie iurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manum meam propria subscribo. + Hugo Exon'.

Iuramentum electi Meneven'

In dei nomine Amen. Ego Robertus electus Menevensis ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie et domino meo domino Iulio pape secundo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio consensu vel facto vt vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet iniiciantur vel iniurie aliquae inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se vel nuncium seu litteras ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Non ero in consilio facto seu tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iurium honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscunque tractari novero vel procurari, impediam hoc pro posse et quantocius commode potero significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad sui noticiam pervenire possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinaciones sentencias dispositiones reservaciones provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro vel suis predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad sinodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepedicione. Apostolorum limina Romana Curia existente citra singulis annis vltra vero montes singulis bienniis visitabo aut per me aut per meum nuncium nisi ab apostolica absolvar licencia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo nec impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. + Robertus Shirbon.

Licencia simili concessa Prioris et Capituli super consecracione Electi Meneven' &c.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant' Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato, vestri humiles et devoti filii Thomas prior et Capitulum vestre sancte Cant' ecclesie obedienciam et reverenciam tanto patri debitas cum honore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas qui pro iure et libertate vestre Cant' ecclesie gloriose meruit coronari martirio et pater eciam beatissimus Edmundus confessor predecessores vestri eidem favore benivolo indulserint providere quod statuerint consecraciones quorumlibet suffraganeorum ecclesie vestre memorate in eadem sancta Cant' ecclesia et non alibi personaliter celebrari debere nisi de communi consensu totius Capituli Cant' Christi fuit optent' quod aliquis alibi quam in sancta ecclesia vestra predicta valeat consecrari, sit quod idipsum ecclesie vestre per sedem apostolicam privilegiat' indult' necnon de antiqua et approbata consuetudine hactenus habitum et optentum, vt tamen venerabilis vir dominus magister Robertus Shirbon Menevensis ecclesie electus et confirmatus extra ecclesiam predictam Cant' valeat consecrari quantum in nobis est ad hoc damus consensum pariter et assensum recepto primitus ab eodem electo sufficienti caucione quod huiusmodi gracia seu licencia nostra specialis in hac parte sibi fact' seu faciend' nobis vel ecclesie vestre in nullo cedat preiudicium in futurum reservata nobis capa decenti qualem quilibet suffraganeus ecclesie vestre racione professionis sue eidem ecclesie de iure et antiqua consuetudine solvere debet, ratum habitur' et grat' quicquid per vos actum concessum seu expeditum fuit in premissis. Iuribus ceterisque privilegiis libertatibus et consuetudinibus ecclesie vestre predicte in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' in domo nostra Capitulari Cant' .. die mensis Aprilis. Anno domini millesimo quingentesimo quinto.

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus pr'donno dno Edwardo Stafford duce Bukkyngham Reverendis patribz Ric'o Wynton Custode privati sigilli Ric'o London Ricardo Norwicen et Jacobo Elien dei gra Epis Necnon illustribz viris Thome ffitzalayn Comite de Arundell Johanne Veer Comite Oxon magno Camerario et Admirallo Anglie Henrico Percy Comite Northumbrie Georgio Talbot Comite Salop Senescallo hospicij Regij Henrico Bourgchier Comite Essex Ric'o Grey Comite Kancie Thoma Stanley Comite Darbie Edwardo Courtenay Comite Devon Thoma Ormond Comite Ormond Charolo Somersett dno herbert Camerario Regio Thoma Docwra priore Sancti Johis Jerlm in Anglia Henrico Stafford filio dni henrici nup duc' Bukkyngham Willmo Willoughby dno Willoughby Edwardo Sutton dno de Dudley Edwardo Radcliff dno ffitzwater Thoma West dno de la Warre Georgio ffitzhugh dno ffitzhugh Thoma ffenys dno Dacre de South Johe Bourgchier dno de Berners Willmo Blount dno Mountjoye Roberto Willoughby dno de Broke Thoma Dacre dno Dacre ac aliis testibz ad pmissa vocatis spialiter et rogatis./

Bulla absolucionis dni Epi Cestren.

Julius Epus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepo Cant Saltm et aplicam ben. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si psonas ecclesiasticas psertim pontificali dignitate preditas diuine ppiciacionis intuitu oportuni presidij ac favoris tui gra psequaris. Hodie siquidem venerabilem fratrem nrm Robertum Epum Cestren nunc Menevien a vinculo quo ecclie Menevien cui tunc pterat tenebat de fratrum nrorum consilio et aplice ptatis plenitudine absolventes ipm ad ecclesiam Cestren tunc eo to pastoris solatio destitutam qd nos nup etiam venerabilem fratrem nrm Ricardum London Epum tunc Cestren a vinculo quo dicte ecclie Cestren cui tunc pterat tenebat de similibz consilio et potestatis plenitudine absolventes ipm ad ecclesiam London tunc vacantem auctte aplica duximus transferendum pficiendo ipm in Epum et pastorem dicta auctoritate transtulimus ipmqz eidem ecclie Cestren prefecimus in Epum et pastorem curam et administracionem ipius ecclie Cestren sibi in spualibz et temporalibz plenarie committendo put in nris inde confectis lris plenius continetur. Cum igitur sit idem Robertus Epus in commissa sibi dicte ecclie sibi cura facilius pficere valeat tuis favore et gra noscatur plurimum oportunis fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente tibi p aplica scripta mandantes quatinus pfatum Robertum Epm et commissam sibi ecclesiam tuam suffraganeam habens p nra et aplice sedis reverencia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribz suis sic eos tui favoris presidio psequaris qd ipe Epus tuo fultus auxilio in commisso sibi pfate ecclie regimine se possit utilius exercere tuqz divinam inde et nram ac dicte sedis benediccionem et gram valeas exinde uberius promereri. Dat Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnacionis dnice Millimo quingentesimooctavo Quartodecimo Kl Octobris Pontificatus nri Anno quinto./

Jura' Epi Cestren prestit' dno Archiepo Cant./

In dei nomine amen Ego Robertus ab ecclia Cath Menevien ad ecclesiam Cath Cestren nuper auctoritate sanctissimi dni nri dni Julij divina prudentia eiusdem nois pape secundi canonice translatus vobis Rev'mo in xpo patri et dno dno Willmo dei gra Cant Archiepo totius Anglie primati et aplice sedis legato vestrisqz successoribus Cantuarien Archiepis in Sancta Cantuarien ecclia canonice instituendis et eidem Sancte Metropolitane ecclie debitam et canonicam obedienciam Reverenciam et subieccionem me p omnia exhibiturum pfiteor et pmitto secundum decreta Romanorum pontificum Vestraqz Cant Archiepi et successorum vestrorum et predicte Sancte Cant ecclie Jurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo Sic me deus adiuvet et hec sancta dei Evangelia Et hec omnia et singula confirmando manu mea ppria subscribo. Robertus Cestren./

Die vij° mensis Novembris Anno dni Millimo quingentesimo octavo prescriptus Reverendus pater prestitit Juramentum prescriptum presentibz Magris Willmo Thompson et doctore Yong sacre theologie pfessore in interiori Camera apud Lamehith situat presente etiam Johanne Walker./

Bulla pro Epo Bangor

Julius Epus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepo Cantuarien Saltm et aplicam ben. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine ppiciacionis intuitu oportuni favoris ac psidij gra psequaris. Hodie siquidem ecclie Bangoren tunc ex eo qd nos nup venerabilem fratrem nrm Johannem Carliolen tunc Bangoren Epm licet absentem a vinculo quo dicte ecclie cui tunc pterat tenebatur de fratrum nrorum consilio et aplice potestatis plenitudine absolventes ipm ad ecclesiam Carliolen tunc certo modo vacantem duximus auctte aplica transferendum prefitiendo eum ipi ecclie Carliolen in Epm et pastorem pastoris solatio destitute de persona dilecti filij Thome electi Bangoren nobis et eisdem fratribz ob suorum exigencia meritorum accepta de eorundem fratrum consilio dicta auctoritate providimus ipmqz illi prefecimus in Epm et pastorem curam et administracionem ipius ecclie Bangoren sibi in spualibz et temporalibz plenarie committendo put in nris inde confectis lris plenius continetur. Cum igitur sit idem Thomas Electus in commissa sibi dicte ecclie Bangoren cura facilius pficere valeat tuis favore et gra noscatur plurimum oportunis fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente p aplica scripta tibi mandantes quatinus pfatos Thomam Electum et commissam sibi ecclesiam suffraganeam tuam habens pro nra et aplice sedis reverencia ppensius commendatos in ampliandis et conservandis Juribz suis sic eos tui favoris presidio psequaris qd ipe Thomas Electus tuo fultus auxilio in commisso sibi dicte ecclie Bangoren regimine se possit utilius exercere tuqz divinam inde et nram ac dicte sedis benediccionem et gram valeas exinde uberius promereri. Dat Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnacionis dnice Millimo quingentesimooctavo Septimo Kl Marcij Pontificatus nri Anno Sexto./

Reverendissimo in xpo patri et dno dno Willmo dei gra Cantuar Archiepo totius Anglie Primati

Ita ut electus Bangor possit consecrari extra ecclesiam Cant.

et apostolice sedis legato vestri humiles et devoti filii Thomas prior et capitulum vestre sancte Cantuar ecclesie obedientiam et reverenciam
tanto patri debitas cum honore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas qui pro jure et libertate predicte Cantuar ecclesie
glorioso meruit coronari martirio, et postea beatissimus Edmundus confessor olim eiusdem ecclesie Cant archiepiscopi favore
benivolo indulserint pariterque statuerint consecrationes quorumlibet suffraganeorum ecclesie memorate in eadem sancta Cantuar
ecclesia et non alibi celebrari debere nisi de communi consensu totius capituli Cant prefate fuerit optentum quod aliquis alibi
quam in predicta vestra sancta Cant ecclesia valeat consecrari, sitque idipsum ecclesie predicte per sedem apostolicam privilegialiter indultum et
necnon de antiqua et approbata consuetudine hactenus habitum et optentum. Ut tamen reverendus in Christo pater Thomas
Skevyngton abbas de Bello loco Regis Bangorien ecclesie electus et confirmatus extra ecclesiam vestram Cant predictam valeat conse-
crari, quantum in nobis est unum ad hoc divine consensum pariter et assensum, recepto primitus ab eodem electo sufficienti cautione
quod huiusmodi gracia seu licencia nostra specialis in hac parte facta seu facienda nobis vel dicte vestre Cant ecclesie in nullum cedat prejudicium
in futuro, reservata nobis cappa decenti qualem quilibet suffraganeus ecclesie predicte tempore professionis sue eidem ecclesie de more
et antiqua consuetudine solvere debet, ratum et gratum habituri quicquid per vos actum concessum seu expeditum fuerit in premissis
juribus ceteris que privilegiis libertatibus et consuetudinibus ecclesie Christi Cant predicte in omnibus semper salvis. In cuius rei testi-
monium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat in domo nostra capitulari duodecimo die mensis Junii. Anno domini
millesimo quingentesimo nono.

Juramentum Thome Bangorien electi

In dei nomine amen. Ego Thomas ecclesie Cath Bangorien electus et a vobis reverendissimo in Christo patre et domino domino
Willelmo permissione divina Cant archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes
vobis et successoribus vestris archiepiscopis Cantuarien in vestra sancta Cant ecclesia canonice instituendis, et eidem sancte metropolitane
ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverenciam et subiectionem me per omnia exhibiturum juro profiteor et promitto salvis decretis
Romanorum pontificum vestrique Cantuarien archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte sancte Cant ecclesie jurium adjutor ero ad
defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adjuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta
omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo. Thomas electus Bangorien.

Bangorien

Ego Thomas electus Bangorien ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque
apostolice Romane ecclesie et domino meo domino Julio pape secundo ac suis successoribus canonice intrantibus. Non ero in con-
silio aut consensu tractatu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos manus violenter quomodolibet
ingerantur vel injurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut nuncios seu
literas ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum
et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus
adjuvabo. Jura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere
et promovere curabo. Nec ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua
sinistra vel prejudicialia personarum juris honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque procurari novero
vel tractari impediam hoc pro posse, et quantocius potero commode significabo eidem domino meo vel alteri per quem ad ipsius
noticiam pervenire possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones
et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis quantum in me fuerit observari. Hereticos scismaticos et rebelles
domino meo et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica pre-
peditione. Apostolorum limina Romana curia existente citra singulis annis, ultra vero montes singulis bienniis visitabo per
me aut per meum nuncium nisi apostolica absolvar licencia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque
donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu capituli ecclesie mee
inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adjuvet et hec sancta dei evangelia. Thomas electus Bangorien.

Die dominica videlicet xvii die mensis Junii Anno domini millesimo quingentesimo nono reverendissimus in Christo pater dominus Willelmus Cant
archiepiscopus in capella infra manerium suum de Lamehith situata impendebat munus consecrationis dicto reverendo patri assistentibus ei
reverendis patribus Ricardo London et Ricardo Norwicen episcopis. Et xviii die eiusdem mensis Anno supradicto scriptum
fuit magistro Philippo Agard decretorum doctori pro liberatione spiritualitatis dicte diocesis salvo jure archiepiscopali etc.

Menevien

Julius episcopus servus servorum dei venerabili fratri archiepiscopo Cantuarien salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue
cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propiciationis intuitu oppor-
tuni favoris et presidii gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Menevensi tunc ex eo quod nos dudum venerabilem fratrem nostrum
Robertum Cicestren tunc Menevensem episcopum a vinculo quo ipsi ecclesie Menevensi cui tunc preerat tenebatur auctoritate apostolica
et de potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Cicestren huiusmodi tunc certo modo vacantem de fratrum nostrorum
consilio transtulimus preficiendo eum eidem ecclesie Cicestren in episcopum et pastorem, pastoris solacio destitute de persona
dilecti filii Edwardi electi Menevensis nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta de simili consilio
apostolica auctoritate providimus ipsumque prefecimus in episcopum et pastorem curam et administrationem eiusdem ecclesie Menevensis sibi
in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis literis plenius continetur. Cum igitur ut idem
Edwardus electus in commissa predicte ecclesie Menevensis sibi cura facilius proficere valeat tuus favor et fore noscatur
plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus attente per hec apostolica scripta mandantes quatinus prefatos Edwardum
electum et commissam sibi ecclesiam tuam suffraganeam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commen-
datos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse electus tuo fultus
auxilio in commisso ei prefate ecclesie regimine se possit utilius exercere, tuque divinam misericordiam ac nostram et dicte
sedis benedictionem et gratiam valeas exinde uberius promereri. Dat Rome apud Sanctum Petrum Anno incarnationis

dominice Millesimo quingentesimo nono. Id' Junij. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Reuerendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione diuina Cant' Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis legato Vestri humiles et deuoti filij Thomas prior et Capitulum vestre sancte Cant' ecclesie obedientiam et reuerentiam tanto patri debitas cum honore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas quondam pro iure et libertate vestre Cant' ecclesie gloriose meruit coronari martirio, Et preterea beatissimus Edmundus confessor predecessores vestri fauore beniuolo indulserunt prudenter quod statuerunt consecrationes quorumlibet suffraganeorum ecclesie vestre memorate in eadem sancta Cant' ecclesia et non alibi personaliter celebrari debere nisi de vero consensu totius Capituli Cant' gloriose fuit optentum quod aliquis alibi quam in sancta ecclesia vestra predicta valeat consecrari Et quod idipsum ecclesie vestre per sedem apostolicam priuilegialiter indultum extitit de antiqua et approbata consuetudine hactenus habitum et optentum, Vt tamen venerabilis vir magister Edwardus Vaghan Meneuensis ecclesie electus et confirmatus extra ecclesiam vestram Cant' valeat consecrari quantum in nobis est ad hoc damus consensum pariter et assensum recepta primitus ab eodem electo sufficienti cautione quod ipsi gratia seu licentia nostra specialis in hac parte sibi facta seu facienda nobis seu ecclesie vestre in nullo cedat preiudicium in futurum. Reseruata nobis cappa decenti qualem quilibet suffraganeus ecclesie vestre tempore professionis sue eidem ecclesie de iure et antiqua consuetudine soluere debet. Ratum habituri et gratum quicquid per vos actum concessum seu expeditum fuit in premissis iuribus ceteris priuilegijs libertatibus et consuetudinibus ecclesie vestre predicte in omnibus semper saluis. In Cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' Cantuar' in domo nostra Capitulari vicesimo die mensis Julij Anno domini Millesimo quingentesimo nono.

Licentia vt electus Meneuen' possit consecrari extra ecclesiam Cant'

Willelmus permissione diuina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus, Reuerendo confratri nostro Ricardo dei gratia London' Episcopo, Salutem et fraternam in domino caritatem. Ad consecrandum et benedicendum dilectum nobis in Christo dominum Edwardum Vaghan Electum Meneuensem in quacumque ecclesia capella siue oratorio congruo et decenti diuino cultui disposito infra prouinciam nostram Cantuar' vbilibet constituto Dum tamen ad hoc interueniant consensus et licentia prioris et Capituli ecclesie nostre Christi Cant' Aliis episcopis in numero ad hoc requisito accitis et vobis assistentibus Recepto primitus ab eodem tactis scripturis sacrosanctis Iuramento a consecrandis Episcopis nostre Cant' prouincie nobis et successoribus nostris debito et prestari solito sub modo et forma in cedula presentibus annexa specificatis Quam cedulam manu propria ipsius electi vobis in notarij publici et testium presentia subscriptam nobis infra xv^o dierum spatium post huiusmodi consecrationem debite transmitti volumus, Ceteraque omnia et singula facienda exercenda et expedienda que in hac parte necessaria fuerint seu requirunt. Vobis tenore presentium committimus vices nostras et plenam in domino potestatem, Iuribus ordinationibus et consuetudinibus ecclesie nostre memorate in contrarium factis non obstantibus quibuscumque. Dat' in Manerio nostro de Lamehith xxj^o die mensis Julij Anno domini Millesimo quingentesimo nono, Et nostre Translationis Anno Sexto.

Commissio ad consecrandum Electum Meneuen'

In dei nomine Amen. Ego Edwardus Vaghan Meneuensis ecclesie Electus Reuerendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo dei gratia Cant' Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato, suisque successoribus Cantuariensibus Archiepiscopis in sancta Cant' ecclesia canonice instituendis et eidem sancte Metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reuerentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum profiteor et promitto Sanctorum decreta Romanorum pontificum prefatique domini Archiepiscopi et successorum suorum et predicte sancte Cantuar' ecclesie Iurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conseruandum saluo ordine meo sic me deus adiuuet et hec sancta dei euangelia. Et hec omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo. Edwardus electus Meneuensis.

Iuramentum Electi Meneuen'

xxij^do die mensis Julij Anno domini Millesimo quingentesimo nono, In Capella infra Manerium Reuerendissimi patris domini Willelmi Archiepiscopi Cant' de Lamehith situata, Reuerendus in Christo pater dominus Ricardus dei gratia London' Episcopus auctoritate dicti Reuerendissimi patris sibi in hac parte commissa, vt per commissionem dicti Reuerendissimi patris sigillo suo sigillatam plenius apparet impendebat munus consecrationis suprascripto Reuerendo patri Meneuensi Episcopo, accitis et in hac sibi assistentibus Reuerendis patribus domino Ricardo Norwicensi Episcopo et domino Johanne Episcopo, Recepto primitus Iuramento prescripto etc. presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Cutberto Tunstall Vtriusque Iuris doctore prefati Reuerendissimi patris Cancellario, Willelmo Horsey dicti Reuerendi patris domini Ricardi Episcopi London' Cancellario et Mattheo Potkyn notario publico ac multis alijs etc.

Et xxiij^o die mensis Julij scripte fuerunt Magistro Philippo Pollocke in legibus baccallario Custodi spiritualitatis Meneuensis diocesis durante vacatione eiusdem pro liberatione spiritualitatis etc. saluo Iure domini Reuerendissimi patris et ecclesie sue Christi Cant'.

In dei nomine Amen. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat euidenter Quod Anno domini Millesimo quingentesimo sexto Indictione nona Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julij diuina prouidentia pape secundi Anno tertio. Mensis vero Aprilis die tertia, In quadam alta camera infra Manerium Reuerendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi permissione diuina Cant' Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati apud Lamehith Wynton' diocesis situato meique notarij publici subscripti et testium fidedignorum presentia Constitutus personaliter ad effectum infrascriptum idem Reuerendissimus pater dominus Willelmus Archiepiscopus primas et legatus antedictus venerabilem confratrem suum dominum Robertum Meneuensem Episcopum sibi quam in Christo dilectos eximie probitatis viros magistros Johannem Yonge Henricum Hompessy Willelmum Knyght legum Johannem Alery sacre theologie doctores Thomam Grene et Willelmum Smyth

Procuratorium Reuerendissimi domini Cant' ad prosequendum causas in Curia Romana.

in legibus baccallarium conjunctim et divisim et eorum quemlibet per se et in solidum Ita quod non sit melior conditio occupantis sed quod unus eorum inceperit quilibet eorundem id libere prosequi mediare valeat pariter et finire, suos veros et legitimos procuratores actores factores negotiorumque suorum gestores ac nuncios speciales citra tamen quorumcumque procuratorum suorum hactenus constitutorum revocationem nominavit ordinavit fecit et constituit per presentes tunc ibidem. Deditque et concessit prefatus Reverendissimus pater constituens dictis procuratoribus suis, conjunctim et divisim et eorum cuilibet ut prefertur per se et in solidum potestatem generalem et mandatum speciale pro ipso et eius nomine In causis et negotiis quibuscumque eundem Reverendissimum patrem qualitercumque concernentibus in Romana Curia vel alibi motis seu movendis pro tempore et quando dictum Reverendissimum patrem constitutum abesse vel adesse contigerit Coram sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino papa et sacri palatii apostolici causarum auditoribus ceterisque Judicibus ordinariis delegatis subdelegatis aut eorum commissariis quibuscumque qualemcumque Jurisdictionem seu notionem habentibus comparendi et agendi. necnon ipsum Reverendissimum patrem constitutum et eius Jura, Causasque et negotia huiusmodi in omnibus et per omnia defendendi, ac libellum seu libellos et quascumque alias materias et petitiones summarias et simpliciter verbo vel in scriptis cum protestationibus solitis et consuetis dandi et recipiendi, darique et recipi videndi. Litem seu lites contestandi et ex adverso contestari videndi. Juramentum tam de calumpnia quam de veritate dicendi cum omnibus et singulis suis clausulis et capitulis in et sub calumpnie Juramento contentis et comprehensis iurandi ac iurari videndi. ac cuiuslibet alterius generis licitum honestum et necessarium Juramentum in animam ipsius constituentis Reverendissimi patris prestandi subeundi et iurandi. ponendi et articulandi, positionibus et articulis quibuscumque partis adverse respondendi sibique responderi petendi faciendi et obtinendi. Crimina et defectus obiciendi et eisdem responderi petendi et obiecta videndi, Literas apostolicas quascumque et rescripta quecumque pro eodem Reverendissimo patre constituente impetrandi. Literas quoque apostolicas et rescripta quecumque contra ipsum Reverendissimum patrem constituentem qualitercumque impetrata sunt impetranda in audientia contradictarum literarum arrestandi et annullandi, arrestari ve aut annullari faciendi. ac instrumenta munimenta processus acta privilegia et iura quecumque dicti Reverendissimi patris necnon sententias quascumque et decreta quecumque pro ipso Reverendissimo patre constituente prolata sunt proferendi ostendendi et exhibendi [illegible] Juriumque suorum quorumcumque confirmationem in forma communi et ex certa scientia cum suppletione defectuum quorumcumque petendi obtinendi et impetrandi. ac sententias et decreta quecumque contra ipsum Reverendissimum patrem prolata sunt proferendi impugnandi et contradicendi, ac revocari et annullari petendi et obtinendi. Testes quoque quoscumque producendi et iurari videndi et audiendi necnon contra positiones et articulos quoscumque partis adverse, ac testes et eorum dicta depositiones ac literas scripturas processus instrumenta acta actitata Juraque et munimenta quecumque contra ipsum Reverendissimum patrem constitutum data exhibita et producta seu danda exhibenda et producenda dicendi excipiendi replicandi duplicandi triplicandi et si opus fuerit quadruplicandi. Judicesque notarios et loca nominandi et eligendi ac in eos et ea consentiendi et si opus fuerit dissentiendi. In causisque et negotiis quibuscumque concludendi et concludi videndi audiendi petendi et obtinendi. Sententiam seu sententias interlocutoriam vel interlocutorias diffinitivam vel diffinitivas et decreta quecumque ferri et promulgari petendi videndi audiendi et obtinendi. ab eis quoque et earum qualibet et quolibet alio gravamine ipsi constituenti illato seu inferendo provocandi et appellandi, provocationes et appellationes huiusmodi notificandi et intimandi ac eas prosequendi, Apostolosque petendi et recipiendi, Causasque provocationum et appellationum huiusmodi committi petendi et obtinendi ac eas commissas prosequendi, et beneficium absolutionis simpliciter et ad cautelam a quibuscumque suspensionis excommunicationis aut interdicti sententiis a iure vel ab homine latis seu ferendis ac restitutionem in integrum statusque eiusdem Reverendissimi patris reformationem et quecumque alia iuris remedia, expensas dampna et interesse necnon quascumque literas et commissiones apostolicas gratiam favorem seu iustitiam in se continentes petendi impetrandi et obtinendi ac Judicis officium implorandi, expensas et dampna taxari petendi levandi et obtinendi. Absentiasque et non personalem comparitionem prefati constituentis excusandi, causas absentie et non personalis comparitionis huiusmodi allegandi proponendi et probandi. [illegible] a personali comparitione excusationem petendi et obtinendi, Unum quoque vel plures procuratorem seu procuratores loco ipsorum et cuiuslibet eorundem substituendi et substitutum seu substitutos huiusmodi revocandi. ac procuratoris officium in se reassumendi et exercendi quotiens et quando eis vel eorum alicui melius videbitur expedire, presenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo, Et generaliter omnia alia et singula faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, licet mandatum de iure stilo et consuetudine magis exigant speciale quam presentibus est expressum Et que prefatus Reverendissimus pater constituens faceret seu facere posset si presens ibidem et personaliter interesset, Promisit insuper prefatus Reverendissimus pater constituens michi notario publico subscripto vice et nomine omnium et singulorum quorum interest intererit seu interesse poterit quomodolibet in futurum in hac parte stipulanti et recipienti se ratum gratum et firmum perpetuo habiturum totum et quicquid dicti procuratores sui aut substituti seu substituendi ab eisdem et eorum aliquo fecerint seu fecerit eorum aliquis in premissis vel aliquo premissorum Judicioque sisti et iudicatum solvi sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum et in ea parte cautionem exposuit per presentes tunc ibidem Super quibus omnibus et singulis prefatus Reverendissimus pater constituens me eundem notarium publicum subscriptum sibi unum vel plura publicum seu publica instrumentum sive instrumenta conficere requisivit. Acta sunt hec omnia et singula prout suprascribuntur et recitantur sub anno domini Indictione pontificatu mense die et loco predictis presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistro Thoma Mollyng sacre theologie professore ac Johanne Pottis in utroque iure baccallario necnon discreto viro Thoma Hill notario publico testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Ricardus Spencer clericus Lincolniensis diocesis publicus auctoritatibus apostolica et imperiali notarius Audientieque causarum prefati Reverendissimi patris ac dicti domini Willelmi permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati Registrarius Regiique Custos et actorum Scriba in eadem, Quia prefatorum procuratorum nominationi ordinationi et constitutioni potestatisque preliminate dationi et concessioni ac ceteris premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur per eundem Reverendissimum patrem sub anno domini Indictione pontificatu mense die et loco predictis agerentur et fierent una cum eodem Reverendissimo patre ac testibus prenominatis presens personaliter interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi. Ideo presens publicum instrumentum exinde confeci meque aliunde occupato per alium scribi feci publicavi et in hanc publicam formam redegi, manuque mea propria me hic subscripsi ac signo et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis, lecturis vel audituris Willelmus permissione divina Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus, salutem in domino et fidem indubiam presentibus adhibere. Noverit universitas vestra quod magistrum Ricardum Spencer per quem et cuius nota et subscriptione instrumentum publicum presentibus annexum [illegible] per nos constitutorum et ordinatorum [illegible], cuiusque limitatam presentem in se continens subscriptum fuit et signatum tempore confectionis eiusdem instrumenti et diu ante fuisse et esse auctoritatibus apostolica et imperiali notarium publicum nostrumque Registrarium et actorum scribam et [illegible] nostrum custodem, virum utique discretum peritum et fidelem atque pro tali ab omnibus eius notitiam habentibus palam publice et notorie dictum tentum habitum nominatum et reputatum, necnon ad eundem tanquam ad notarium publicum ac personam publicam communiter et legaliter pro actis et instrumentis publicandis per eum conficiendis recurri consuevisse. Necnon omnibus et singulis actis et instrumentis predictis per eum hactenus confectis subscriptis et signatis debitis in iudicio et extra indies plenam et indubitatam fidem adhiberi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum sexta die mensis Aprilis Anno domini [illegible]. Et nostre translationis Anno [illegible]. [illegible] consistorie instrumentum Reverendo patri [illegible] protonotario: Johanni [illegible] utriusque iuris doctori. Ro. Aymery.

Litere Legalitatis Notarii publici

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint, Johannes Forster decanus et canonici libere Capelle Regie beate Marie [illegible] sanctorum Stephani prothomartiris et Edwardi confessoris infra Regium palatium Westmonasteriense, salutem in domino sempiternam. Ad universitatis vestre notitiam deduximus et deduci volumus per presentes, quod Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus Warham dei et apostolice sedis gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas et dicte sedis apostolice legatus nos decanum et canonicos ac Capellam nostram predictam et eiusdem ministros nonnullis favoribus beneficiis [illegible] operibus caritativis ad nostrum et Capelle predicte commodum et utilitatem grosse afficit, ac ut speramus, [illegible] maioribus indies afficiet et postmodum curabit et intendet. Nos igitur Johannes fforster decanus et canonici capelle Regie predicte omnia et singula sue Reverendissime dominationis caritativa opera et beneficia facta in domino tenemur intime considerantes atque devote attendentes quod salubre et pium sit pro vita [illegible] et dicte Capelle Regie benefactoribus et eorum animabus assidue exorare, decrevimus pro viribus nostris tanti Reverendissimi patris et domini meritis aliqua saltem spirituali vicede correspondere; Sedentes in domo nostra Capitulari infra Regiam Capellam predictam capitulariter congregati et ad effectum infrascriptum Capitulum facientes, premissis premittendis desuper per nos diligenti et deliberato tractatu prehabito, pura libera et spontanea nostra voluntate ac unanimi consensu pariter et assensu prefatum Reverendissimum patrem et dominum dominum Willelmum Archiepiscopum predictum coadmisimus, ipsiusque animam post eius decessum in nostris missis aliisque orationibus et suffragiis per nos et successores nostros celebrandis et fiendis omnipotenti deo gloriosissimeque virgini Marie et omnibus sanctis specialiter recommendatam habere pro perpetuo promisimus et concessimus, sicque fideliter promittimus et concedimus. Necnon postquam dictum Reverendissimum patrem ab hac luce migrare contigerit, Nos Johannes fforster decanus et canonici et successores nostri in dicta Capella Regia unum obitum specialem et solemnem die sepulture prefati Reverendissimi patris vel quam cito nobis aut successoribus nostris de eius decessu constiterit pro anima ipsius et animabus parentum et benefactorum suorum faciemus et celebrabimus. Et deinde singulis annis in die anniversarii eiusdem Reverendissimi patris pro anima ipsius et animabus parentum et benefactorum suorum unum obitum specialem cum placebo et dirige ac missa de Requiem in crastino nota, more obitum fundatoris nostri similiter solemniter faciemus et celebrabimus imperpetuo. Pro quibus quidem obitu et anniversario ut premittitur solemniter faciendis et celebrandis talem et consimilem distributionem decano canonicis vicariis et ceteris capelle nostre ministris dictis obitui et anniversario personaliter interessentibus per manus thesaurarii pro tempore existentis de bonis communibus capelle nostre antedicte fideliter faciemus qualem in obitu et anniversario primarii fundatoris nostri facimus et facere tenemur. Ad que quidem obitum et anniversarium bene et fideliter in forma predicta observanda et tenenda, Nos prefati decanus et canonici dicte capelle Regie nosipsos et successores nostros firmiter obligamus per presentes sub pena quatuor marcarum domino Cancellario Anglie pro tempore existenti fideliter solvendarum quotiens in premissis aut aliquo premissorum defecerimus aut successores nostri defecerint. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus duximus apponendum. Datum in domo nostra Capitulari quartodecimo die Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo nono. Registratur in libro obituum remanente in Thesauraria Collegii. Irrotulatur in dorso clausarum Cancellarie Regis Henrici Octavi Regni sui Anno primo, [illegible] Aprilis.

Concessio decani et Capelle Regie divi Stephani Westmonasterii super obitu sive anniversario Reverendissimi domini Willelmi Warham etc.

In dei nomine Amen. Per presens publicum instrumentum cunctis evidenter appareat et sit notum quod Anno domini secundum cursum et computationem ecclesie Anglicane Millesimo quingentesimo decimo, Indictione terciadecima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Julii divina providentia eiusdem nominis pape secundi anno septimo, mensis vero Marcii die [illegible]. Coram metuendissimo et Illustrissimo principe et domino domino Henrico dei gratia Rege Anglie et Francie et domino Hibernie in quodam Oratorio infra manerium suum de Grenewich Roffensis diocesis Cantuariensis provincie situato, In Reverendorum patrum Willelmi permissione divina Cantuariensis archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis Legati Anglie Cancellarii, Ricardi Wintoniensis Custodis privati sigilli, Thome Dunelmensis secretarii Regii et Silvestri Wigorniensis dei gratia Episcoporum, ac nobilium virorum Edwardi Stafford ducis Bukyngham, Thome Howard Comitis

Juramentum super tractatu pacis [illegible] [illegible] etc.

Surreye Thesaurarii Anglie, Henrici Percy Comitis Northumbr'. Georgii Talbot Comitis Salopie Senescalli hospitii
Regii: ac plurimorum aliorum dominorum et magnatum in copia nostrorumque notariorum subscriptorum presencia. Constituti
personaliter Antonius Bohier sanctissime Trinitatis Fiscampni ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis: ac sancti
Audoeni Rothomagensis ordinis sancti Benedicti Monasteriorum Abbas. Radulphus de Lannoy dominus de Marviller Cambellanus
ordinarius Ambianensis Ballivus, et Antonius de Darizolles marescallus hospitii domini Lodovici dei gratia Francorum Regis
Christianissimi Consiliarii: Necnon oratores ambassiatores procuratores et commissarii sufficienter ut asserebant ordinati et
constituti, Et nomine ipsius Lodovici Francorum Regis Christianissimi, et in animam ipsius tactis per eos et eorum quemlibet
corporaliter sacrosanctis evangeliis et canone misse iurarunt, et eorum quilibet iuravit. prout et quemadmodum in quadam
[illegible] scedula per prefatum Antonium Abbatem assensu et nomine ipsorum oratorum ambassiatorum procuratorum et commissariorum
tunc et ibidem perlecta continebatur: ac dictam scedulam sic perlectam Juramentum huiusmodi in se continentem manibus suis
subscripserunt, ac sic subscripsit eorum quilibet. Cuius scedule unacum subscriptionibus tenor sequitur et est talis.
Nos Antonius Bohier sanctissime Trinitatis Fiscampni ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ac sancti Audoeni
Rothomagensis ordinis sancti Benedicti Monasteriorum Abbas, Radulphus de Lannoy dominus de Marviller Cambellanus
ordinarius Ambianensis Ballivus, et Antonius de Darizolles marescallus hospitii domini nostri Lodovici dei gratia Francorum
Regis Christianissimi consiliarii: necnon oratores ambassiatores procuratores et commissarii in hac parte sufficienter ordinati et
constituti, nomine domini et Regis nostri Christianissimi supradicti et in animam ipsius promittimus, et per hec sancta evangelia et canonem
misse per nos et quemlibet nostrum corporaliter tacta, Juramus. Quod supradictus dominus noster Lodovicus Francorum Rex Christianissimus
pro sua parte bene fideliter et inviolabiliter observabit tractatum pacis et amicicie ac omnes et singulos articulos eiusdem
sufficienter ante: inter nos et Illustrissimi ac potentissimi principis Henrici Regis Anglie moderni procuratores oratores
et commissarios initos et conclusos de data vicesimi tercii dicti huius presentis mensis Marcii Anni domini Millesimi quingentesimi
Noni, Et similiter eundem tractatum pacis et amicicie ac omnes et singulos articulos eiusdem supradictus dominus noster Lodovicus
Francorum Rex Christianissimus a subditis suis inviolabiliter observari faciet, Et ex superhabundanti in animam domini supradicti
Juramus, quod dominus noster supradictus Illustrissimo Regi Anglie predicto durante tractatu pacis predicte fidelis erit frater et
amicus, et eum adiuvabit et ei assistet pro suis viribus, quantum ad ea que concernunt personam suam bonum statum et se-
curitatem. Ita eundem dominum nostrum Regem Christianissimum deus adiuvet, et hec sancta dei evangelia. In cuius rei fidem et
testimonium Nos Christianissimi Francorum Regis supradicti oratores et procuratores et commissarii nostri hanc scedulam per me
Antonium Abbatem predictum assensu et nomine nostro perlectam manu nostra propria subscripsimus. Signature A. Abbas
Fiscampni. Raoul de Lannoy. Darizolles. Et deinde prefatus metuendissimus potentissimus et Illustrissimus
princeps Henricus Rex Anglie et Francie Considerans ut asserebat quod in quodam articulo tractatus pacis et amicicie
inter commissarios suos procuratores suos, ac prenominatos oratores ambassiatores procuratores et commissarios Lodovici Francorum
Regis Christianissimi prefati die vicesimatercia mensis Marcii predicti facte inite et conclusi inter cetera continetur. Quod
uterque Regum predictorum sacrosanctis evangeliis per eorum utrumque corporaliter tactis ad omnes et singulos dicti tractatus articulos
observandos Juramentum corporale prestare tenetur. prout in dicti tractatus articulo super huiusmodi specificato plenius continetur.
Volens etiam et intendens idem Illustrissimus Rex Anglie contenta in huiusmodi articulo pro parte sua debite complere
ut etiam asserebat. Primo et ante omnia palam publice et expresse vivavoce protestabatur et protestatus est, quod per iura-
mentum quod tunc et ibidem prestiturus erat prestatione, non erat neque est intentionis sue quomodo obligari: aut huiusmodi
Juramentum suum aliquem effectum aut robur firmitatis sortiri, nisi ac donec et quousque prenotatus Lodovicus
Francorum Rex Christianissimus, coram oratore vel oratoribus Illustrissimi Regis Anglie predicti ad hoc requisitus suum
simile Juramentum corporale, tactis per eundem corporaliter scripturis sacrosanctis in omnibus et per omnia pro parte sua
prestiterit pro parte sua, tunc idem Illustrissimus Rex Anglie vult et intendit, ut asserebat: quod huiusmodi Juramentum
per eundem tunc et immediate prestandum nullius esset roboris aut momenti, sed omnino cassum irritum et inane
et pro tali reputaretur: ac si per prefatum potentissimum Anglie Regem minime prestitum fuisset. Qua protestatione
sibi omnino salva, tactis per eum Regem Anglie Illustrissimum scripturis sacrosanctis die loco et Anno predictis et in pre-
sencia suprascriptorum oratorum ambassiatorum et commissariorum Lodovici Francorum Regis Christianissimi predicti: ac Reveren-
dorum et nobilium virorum predictorum nostrorumque notariorum subscriptorum presencia Immediate et nullo actu intermedio, per
eundem Regem Anglie illustrissimum gesto aut facto quandam scedulam in gallico sermone scriptam formam Juramen-
ti in se continentem publice perlegit et iuravit, et eandem scedulam manu sua propria subscripsit. Cuius tenor
talis est. Nous promettons sur notre honneur en parolle de Roy et jurons sur le canon de la messe et sainctes
evangilles par nous presentement touchees, que nous entretiendrons et ferons entretenir par noz Royaulmes
pays et subiectz fermement et inviolablement le traicte de paix union et amytie fait et conclud le xxiiie jour
de ce present moys de Mars par les ambassadeurs et orateurs commis de treshault et trespuissant prince
notre treschier et tresamé frere et cousin le Roy Loys de France: et les nostres. Et oultre ratiffions approuvons
et avons agreable tous et chacuns les poinctz et articles en tout leur effect et contenu, qui sont plusaulong
declairez en tous et chacuns les traictez appendences et dependences diceulx faitz et passez entre lesditz am-
bassadeurs et orateurs, et noz commis en ceste partie datez du date dessusdit. Et jurons comme devant
iceulx et chacun garder et inviolablement tenir de point en point sans a iceulx ne lun diceulx contrevenir
ne aller alencontre, en aucune maniere. Et dabondant jurons que durant ledit traicte nous serons bon
frere et amy a notre dit cousin le Roy Loys de France, et luy aiderons et assisterons a notre loyal pouvoir, en
tout ce qui concernera le bien estat et seurete de sa personne. Super quibus omnibus et singulis tam dictus
metuendissimus princeps Henricus Rex Anglie et Francie quam prefati Christianissimi principis Lodovici Francorum
Regis oratores ambassiatores procuratores et commissarii antescripti Nos notarios subscriptos unum vel
plura eiusdem tenoris conficere publicum seu publica instrumentum sive instrumenta instanter requisiverunt et requisivit eorum uterque.
Acta sunt hec prout suprascribuntur et recitantur sub Anno domini Indictione Pontificatu mense die et loco prescriptis

quibz

Presentibus Reuerendis patribus Nobilibus quoque viris prenotatis nobisque notariis subscriptis aliisque personis existentibus in copia ad hoc specialiter rogatis et requisitis /.

Uniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere peruenerint siue presens publicum instrumentum peruenerit Willelmus permissione diuina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus. Salutem in domino et fidem indubiam presentibus adhibere. Ad vniuersitatis vestre notitiam deducimus et deduci volumus per presentes Quod primo die mensis Julii Anno domini millesimo quingentesimo decimo Indictione terciadecima Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Julii diuina prouidentia eiusdem nominis pape secundi Anno septimo infra manerium nostrum de Lamhith Wintonien diocesis in domo Registri prerogatiue nostre Coram in Notarii publici ac testium subscriptorum presentia dilectus nobis in christo magister Thomas Perte legum doctor nostre et ecclesie nostre christi Cant' prerogatiue Custos et commissarius in hac parte sufficienter et legitime deputatus In quodam negotio probationis siue approbationis cuiusdam pretensi testamenti siue vltime voluntatis Thome Elingbrugge Croydon diocesis nostre Cant' immediate defuncti habentis dum vixit et mortis sue tempore bona in diuersis diocesibus nostre Cant' prouincie per Johannam Elingbrugge alias Asshby in hac parte relictam eiusdem Thome et executricem dicti pretensi testamenti se asserentem coram nobis in hac exhibiti ac legitime procedentis comparentibus coram eodem custode et commissario actum Judicialiter et pro tribunali sedente discreto viro Gerardo Danett Ciuitatis London draperio in Custode et tutore Anne Elingbrugge filie et heredis ipsius Thome in minori etate constitute auctoritate nostra sufficienter et legitime deputato et assignato sententiam siue decretum finale pro parte sua ferri et iustitiam fieri Ac Willelmo Ffalk procuratore Johanne Asshby alias Elingbrugge prenominate iustitiam pro parte sua fieri instanter postulantibus Tandem ad sententie diffinitiue siue decreti finalis prolationem processit ac sententiam diffinitiuam siue decretum finale huiusmodi legit tulit et promulgauit verborum sequentium sub tenore. **In dei nomine amen** Auditis visis et intellectis ac plenarie discussis per nos Thomam Perte legum doctorem Reuerendissimi in christo patris et domini domini Willelmi permissione diuina Cant' Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati in sua et ecclesie sue christi Cant' prerogatiua Commissarium sufficienter et legitime deputatum meritis et circumstantiis cuiusdam negotii pretense probationis et approbationis testamenti siue vltime voluntatis cuiusdam Thome Elingbrugge defuncti dum vixit de Mersthm Croydon diocesis alias per Johannam Elingbrugge relictam cuiusdam Thome se pretensam in ipsius huiusmodi testamento siue vltima voluntate executricem nominatam introducti et exhibiti quod primo coram venerabili viro magistro Henrico Thompsson decretorum doctore adtunc Reuerendissimi in christo patris in sua et ecclesie sue christi Cant' prerogatiua commissario et deinde coram nobis inter dictam Johannam Elingbrugge relictam et executricem assertam ex vna et probum virum Gerardum Danett draperium in tutorem siue curatorem Anne Elingbrugge filie naturalis et legitime dicti Thome Elingbrugge auctoritate sufficienter et legitime admissum partibus ex altera aliquamdiu pendebat et pendere noscitur partibus predictis per earum procuratores sufficienter et legitime comparentibus parte vero prefati Gerardi tutoris siue curatoris nomine predicto sententiam siue decretum nostrum finale ferri et in ea parte promulgari pro parte sua parte vero dicte Johanne Elingbrugge petente totum processum ... et iustitiam fieri postulante Rimatoque per nos toto et integro processu in hac parte habito et facto atque diligenter recensito seruatisque per nos in hac parte seruandis ad nostre huiusmodi sententie diffinitiue siue decreti nostri finalis prolationem in hac parte ferendam sic duximus procedendum et procedimus in hunc qui sequitur modum. **Quia** per acta actitata deducta allegata exhibita confessata et probata in negotio predicto comperimus et inuenimus luculenter partem dicte Johanne Elingbrugge testamentum siue vltimam voluntatem assertum dicti Thome Elingbrugge per eandem Johannam vt premittitur introductum et exhibitum ob defectum probationis de Jure secundum canonicas sanctiones in ea parte requisite minime sufficienter probasse sed in probatione sua defecisse approbationem eiusdem testamenti siue vltime voluntatis talem qualem surreptitiam ac per dictam Johannam a prefato predecessore nostro surreptitie et modo surreptitio obtentam fuisse et esse Ideirco nos Thomas Perte legum doctor et commissarius antedictus Christi nomine primitus Inuocato ac ipsum solum deum oculis nostris preponentes de et cum consilio Jurisperitorum cum quibus communicauimus in hac parte testamentum assertum siue vltimam voluntatem pretensam dicti Thome per dictam Johannam vt prefertur exhibitam ob defectum probationis huiusmodi eiusdem iuxta canonicas sanctiones de Jure requisite in ea parte ac probationem dicti pretensi testamenti talem qualem per dictam Johannam surreptitie vt prefertur et modo surreptitio a predicto predecessore nostro obtentam reprobamus reuocamus cassamus irritamus et annullamus ac infirmamus ac reprobatam reuocatam cassatam irritatam et infirmatam fuisse et esse Judicamus Necnon eundem Thomam Elingbrugge ab intestato decessisse et decedere debere Et ideo dictum pretensum testamentum non tenendum fore decernimus et declaramus Silentium quoque perpetuum eidem Johanne in ea parte imponimus ipsamque Johannam in expensis per partem dicti Gerardi in hac parte factis et faciendis condempnamus per hanc nostram sententiam diffinitiuam siue decretum finale quam siue quod ferimus et promulgamus in hac parte. **Acta fuerunt** premissa omnia et singula per prenotatum magistrum Thomam Perte prerogatiue nostre commissarium et coram eo sub Anno domini Indictione pontificatu ac mense die et loco prescriptis in mei Johannis Barett publici auctoritate apostolica notarii prefate prerogatiue nostre Registrarii et Registrorum Custodis in hac parte actorum scribe assumpti presentia presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Edwardo Lant et Roberto Dabell legum doctoribus Curie nostre de Arcubus London aduocatis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus literis testimonialibus apponi fecimus.

Et ego Johannes Barett clericus London diocesis publicus auctoritate apostolica notarius Reuerendissimi in christo patris et domini

Lre testimonialis super sentencia lata contra probationem testamenti Thome Elyngbridge domini Willelmi dei gratia Cant' Archiepiscopi suprascripti et ecclesie sue Christi Cant' prerogative Registrarius ac Registrorum Custos ac Scriba in hac parte assumptus, Quia prefatis sententie diffinitive sive decreti finalis lectioni et promulgationi ac ceteris premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur per prenotatum egregium virum Thomam Peit legum doctorem et coram eo sub anno domini indictione et pontificatu ac mense die et loco prefatis agerentur et fierent una cum testibus prenotatis presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi hoc presens publicum instrumentum manu aliena me aliis prepedito negotiis scriptum exinde confeci publicavi et in hanc publicam formam redegi, Signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi ac me hic subscripsi in fidem et testimonium premissorum, una cum appensione sigilli prescripti Rev[erendissimi] ad hoc rogatus et specialiter requisitus

Commissio Prerogative

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus, Dilecto nobis in Christo venerabili viro Magistro Thome Peit legum doctori Salutem graciam et benedictionem, Cum approbacio et insinuacio omnium et singulorum testamentorum quorumcumque testatorum defunctorum habencium mortis sue tempore bona in diversis dioc' nostre Cant' provincie aut debita quecumque, Commissio quoque administracionum bonorum huiusmodi testamenta concernencium, compoti calculi sive raciocinii administracionum predictarum audicio absolucio et finalis liberacio ab eadem, Necnon disposicio sive administracionum commissio quorumcumque ab intestato decedencium obtinencium bona et debita huiusmodi ut prefertur ad nos solum et insolidum et non ad alium Judicem nobis inferiorem de iure prerogativa et consuetudine nostris et ecclesie nostre Cant' hactenus quiete pacifice et inconcusse in hac parte usitatis observatis legitime quoque prescriptis dinoscuntur pertinere, Nos considerantes quod nonnulli bona seu debita huiusmodi ut prefertur obtinentes ab hac luce indies subtrahuntur, Volentes prout ex officio nostro pastorali astringimur iura et libertates ecclesie nostre Christi Cant' conservare illesa, ad admittendum et recipiendum probaciones testamentorum personarum huiusmodi obeuncium infra nostram provinciam Cant' predictam decedencium testamentaque dictorum defunctorum insinuandum et approbandum, Necnon administracionem omnium bonorum et debitorum huiusmodi testancium seu aliorum bona ut premittitur obtinencium ab intestato decedencium in nostris Civitate dioc' vel provincia Cant' existencium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis seu aliis iuxta nostras conscienciam et predictam consuetudinem approbatam committendum, bona quoque et debita huiusmodi auctoritate nostra si oporteat in casibus a iure permissis sequestrandum aut sequestrari faciendum, calculum quoque sive compotum administratorum predictorum bonorum et debitorum audiendum, et eis si opus fuerit de et super administracione sua in dictis bonis et debitis facta literas acquietanciales faciendum et concedendum, ac insuper quibuscumque Judicibus nobis inferioribus etiam si episcopali fulgeant dignitate et aliis quibus de iure fuerit faciendum, Ne quicquam in preiudicium nostrorum prerogative et consuetudinum nostrorum et ecclesie nostre Christi Cant' antedictorum attemptent attemptarive faciant aliqualiter auctoritate nostra inhibendum seu inhiberi faciendum, ad querelas et suggestiones quascumque in hac parte vel premissorum occasione in forma iuris rescribendum, Necnon in omnibus et singulis causis et negociis premissa concernentibus sive ex officio mero mixto aut promoto seu cuiuscumque partis instanciam motis vel movendis cognoscendum aut procedendum, huiusmodi quoque causas et negocia cum suis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis quibuscumque fine canonico terminandum, Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Tibi de cuius fidelitate et circumspectionis industria in hac parte confidimus vices nostras committimus cum cuiuslibet cohercionis canonice, ac ea que decreveris execucioni demandandi potestate, ad premissa omnia et singula ut premittitur faciendum et exercendum Te prefecimus ordinamus et deputamus Commissarium nostrum generalem per presentes. Ad nostrum beneplacitum duraturas, In cuius rei testimonium Sigillum prerogative nostre presentibus apposuimus, Dat' in Manerio nostro de Lamehith primo die mensis Decembris Anno domini Millesimo quingentesimo Nono, Et nostre Translationis Anno Sexto

Commissio Prerogative

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus, Dilecto nobis in Christo egregio viro Magistro Cutberto Tunstall utriusque Juris doctori, Salutem graciam et benedictionem, Cum approbacio et insinuacio omnium et singulorum testamentorum quorumcumque testatorum defunctorum habencium mortis sue tempore bona in diversis dioc' nostre Cant' provincie aut debita quecumque, Commissio quoque administracionum bonorum huiusmodi testamenta concernencium, compoti calculi sive raciocinii administracionum predictarum audicio absolucio et finalis liberacio ab eadem, Necnon disposicio sive administracionum commissio quorumcumque ab intestato decedencium obtinencium bona et debita huiusmodi ut prefertur ad nos solum et insolidum et non ad alium Judicem nobis inferiorem de iure prerogativa et consuetudine nostris et ecclesie nostre Cant' hactenus quiete pacifice et inconcusse in hac parte usitatis observatis legitime quoque prescriptis dinoscuntur pertinere, Nos considerantes quod nonnulli bona seu debita huiusmodi ut prefertur obtinentes ab hac luce indies subtrahuntur, Ac volentes prout ex officio nostro pastorali astringimur iura et libertates ecclesie nostre Christi Cant' conservare illesa, ad admittendum et recipiendum probaciones testamentorum personarum huiusmodi obeuncium infra nostram provinciam Cant' predictam decedencium testamentaque dictorum defunctorum insinuandum et approbandum, Necnon administracionem omnium bonorum et debitorum huiusmodi testancium seu aliorum bona ut premittitur obtinencium ab intestato decedencium in nostris Civitate dioc' vel provincia Cant' existencium executoribus in huiusmodi testamentis nominatis seu aliis iuxta nostras conscienciam et predictam consuetudinem approbatam committendum, bona quoque et debita huiusmodi auctoritate nostra si oporteat in casibus a iure permissis sequestrandum aut sequestrari faciendum, calculum quoque sive compotum administratorum predictorum bonorum et debitorum audiendum, et eis si opus fuerit de et super administracione sua in dictis bonis et debitis facta literas acquietanciales faciendum et concedendum, ac insuper quibuscumque Judicibus nobis inferioribus etiam si episcopali fulgeant dignitate et aliis quibus de iure fuerit faciendum, Ne quicquam in preiudicium nostrorum prerogative et consuetudinum nostrorum et ecclesie nostre Christi Cant' antedictorum attemptent attemptarive faciant aliqualiter auctoritate nostra inhibendum seu inhiberi faciendum, ad querelas et suggestiones quascumque in hac parte vel premissorum occasione in forma iuris rescribendum, Necnon in omnibus et singulis causis et negociis premissa concernentibus sive ex officio mero mixto aut promoto seu cuiuscumque partis instanciam motis vel movendis cognoscendum aut procedendum, huiusmodi quoque causas et negocia cum suis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis quibuscumque fine canonico terminandum, Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Tibi de cuius fidelitate et circumspectionis industria in hac parte confidimus vices nostras committimus cum cuiuslibet cohercionis canonice et in ea que decreveris expedicioni demandand potestate ad premissa omnia et singula vel premissorum faciend et exercend. Te prefecimus ordinamus et deputamus Commissarium nrm generalem per presentes ad nrm beneplacitum duratur. In cuius rei testimonium Sigillum nrm presentibus est appensum. Dat in Manerio nostro de Knoll xxiijto die mensis Augusti Anno dni Millesimo quingentesimo undecimo Et nostre Transl Anno octavo

Willmus pmissione divina Cant Archiepus totius Anglie primas et aplice sedis Legatus Reverendo confri nro dno Miloni Landaven epo Necnon omnibus et singulis Reverendis confratribus suffraganeis nre Cant provincie Salutem et fraternam in dno caritatem ad consecrand et benedicend dilectum nobis in xpo dnm Johem electum Arden in quacumque ecclia capella sive oratorio decenti et divino cultui disposit infra provinciam nram Cant volbit constitut. Aliis epis in numero ad hoc de Jure requisitis accitis et vobis assistentibus. Cetera quoque omnia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria requiruntur. Vobis tenore presencium communiter et divisim committimus vices nras et plenam in dno potestatem. In cuius rei testimonium Sigillum nrm presentibus est appensum. Dat in Manerio nostro de Lamehith quarto die mensis decembris Anno dni Millesimo quingentesimo duodecimo Et nostre Transl Anno nono

Licencia concessa per Archiepm Cant dno Miloni epo Landaven et aliis suffraganeis Cant provincie ad consecrand Johem electum Arden

Willmus pmissione divina Cant Archiepus totius Anglie primas et aplice sedis Legatus Reverendo confri nostro dno Miloni Landaven epo Necnon omnibus et singulis Reverendis confratribus suffraganeis nre Cant provincie Salutem et fraternam in dno caritatem ad consecrand et benedicend dilectum nobis in xpo dnm Rogerum electum Liden in quacumque ecclia capella sive oratorio decenti et divino cultui disposit infra provinciam nram Cant volbit constitut. Aliis epis in numero ad hoc de Jure requisitis accitis et vobis assistentibus. Cetera quoque omnia et singula faciend exercend et expediend que in hac parte necessaria requiruntur. Vobis tenore presencium communiter et divisim committimus vices nras et plenam in dno potestatem. In cuius rei testimonium Sigillum nrm presentibus est appensum. Dat in Manerio nro de Lamehith xj° die mensis Aprilis Anno dni Millesimo quingentesimo terciodecimo Et nostre Transl Anno decimo

Licencia concessa per Archiepm Cant ad consecrand dnm Rogerum electum Liden

Leo Epus Servus Servorum dei venerabili fratri Archiepo Cantuarien Salt et aplicam ben. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propiciacionis intuitu oportuni presidii ac favoris gracia prosequaris. Hodie siquidem ecclie Assaven tunc per obitum bone memorie David olim epi Assaven extra Romanam Curiam defuncti pastoris solacio destitute de persona dilecti filii Edmundi electi Assaven nobis et fratribus nris ob suorum exigenciam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio aplica auctoritate providimus ipsumque illi in Epum prefecimus et pastorem curam et administracionem ipsius ecclie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Edmundus electus in commissa sibi dicte ecclie cura facilius proficere valeat tuus favor sibi fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per aplica scripta tibi mandantes quatenus eundem Edmundum electum et prefatam ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nra et aplice sedis reverencia propensius commendatos in ampliandis et conservandis eiusdem ecclie Juribus sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Edmundus electus per tue auxilium gracie se possit in commissa sibi eiusdem ecclie regimine utilius exercere tuque divinam misericordiam et nram ac eiusdem sedis benivolenciam valeas exinde uberius promereri. Dat Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnacionis dominice Millesimo quingentesimo terciodecimo decimoseptimo Kl May pontificatus nri Anno primo

Bulla directa Archiepo Cant pro dno Edmundo electo Assaven

Reverendissimo in xpo patri et dno domino Willmo pmissione divina Cant Archiepo totius Anglie primati et aplice sedis legato vestri humiles et devoti filii Thomas prior et capitulum ecclie sancte Cantuar ecclie obedienciam et reverenciam tanto patri debitas cum honore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas qui pro iure et libertate dicte Cantuar ecclie gloriose meruit coronari martirio et preterea beatissimus Edmundus confessor predecessores vri favore benivolo indulserint provide quod statuerunt consecraciones quorumlibet suffraganeorum ecclie dicte memorate in eadem sancta Cantuar ecclia et non alibi perpetualiter celebrari debere nisi de eorum consensu totius Capituli Cant graciose fuit optentum quod aliquis alibi quam in Sancta ecclia nra predicta valeat consecrari sicut id ipsum ecclie nre per sedem Aplicam privilegialiter indultum Necnon de antiqua et approbata consuetudine hactenus habitum et optentum. Ut tamen venerabilis vir Edmundus Birkhede doctor theologie Assaven Epus electus et confirmatus extra ecclesiam nram Cantuar valeat consecrari quantum in nobis est nrm ad hoc damus consensum pariter et assensum. Recepto primitus ab eodem electo sufficienti caucione quod huiusmodi gracia seu licencia nra specialis in hac parte sibi facta seu facienda nobis vel ecclie nre in nullum cedat preiudicium in futuro. Assignata nobis cappa debita qualem quilibet suffraganeus ecclie nre tempore professionis sue eidem ecclie de iure et antiqua consuetudine solvere debet. Ratum habituri et gratum quicquid per vos actum concessum seu expeditum fuit in premissis Juribus

Licencia prioris et Capituli ecclie xpi Cant ceteris privilegiis libertatibus et consuetudinibus ecclesie vestre predicte in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. Cantuar. in domo nostra capitulari vicesimo septimo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo terciodecimo.

Iuramentum domini Edmundi episcopi Assaven. factum archiepiscopo Cant. etc.

In dei nomine Amen. Ego Edmundus ecclesie Cath. Assaven. electus et a vobis reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo tocius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes. Vobis et successoribus vestris Archiepiscopis Cantuarien. in vestra sancta Cantuarien. ecclesia canonice instituendis et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedienciam reverenciam et subiectionem me per omnia exhibiturum Iuro profiteor et promitto. Sedis decreta Romanorum pontificum vestra quoque Cantuarien. Archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte sancte Cantuarien. ecclesie Iurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo.

Iuramentum domini Edmundi episcopi Assaven. fact. summo pontifici

Ego Edmundus electus Assaven. ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie ac domino nostro domino Leoni pape decimo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos manus violenter iniciantur vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut per nuncios seu literas ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Non ero in consilio facto vel tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iurium honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque procurari novero vel tractari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius noticiam pervenire possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinaciones disposiciones reservaciones provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepedicione. Apostolorum limina in Romana curia existente citra singulis annis ultra vero montes singulis trienniis visitabo aut per me aut per meum nuncium nisi apostolica absolvar licencia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Acta de et super consecracionem domini Edmundi episcopi Assaven. fact.

Die dominica viz. xxviijno die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo terciodecimo Reverendissimus in Christo pater dominus Willelmus Archiepiscopus Cant. in capella infra manerium suum de Lamehith situat. impendebat munus consecracionis dicto reverendo patri domino Edmundo assistentibus ei reverendis patribus Thoma Dunolmen. et Johanne Calsedonen. dei gracia episcopis presentibus tunc ibidem venerabilibus viris Magistris Cutberto Tunstall utriusque iuris doctore Thoma Welles sacre theologie professore Johanne Barett et Willelmo Potkyn notariis publicis et multis aliis. Ac ultimo die dicti mensis et anno predicto scriptum fuit Magistro Christoforo Salusbury commissario generali dicti reverendissimi patris durante vacacione dicte diocesis Assaven. pro liberacione spiritualitatis salvo iure archiepiscopali Cant.

Adnotacio nominacio sive libera disposicio primi et proximi canonicatus et prebende in ecclesia Cath. Assaven. aut alterius beneficii infra dioc. Assaven. vacaturi concessa Reverendissimo in Christo patri domino Willelmo archiepiscopo Cant. per dominum Edmundum Assaven. episcopum

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes litere nostre pervenerint salutem. Cum de iure et consuetudine ecclesie metropolitane Christi Cant. Archiepiscopus Cant. cuilibet in episcopum eius provincie Cant. electo statim post confirmacionem ipsius unum clericum idoneum per ipsum promovendum nominabit. Cui idem electus confirmatus tenetur quamprimum facultas se obtulerit in sua ecclesia Cath. si fiat de canonicatu et prebenda. Alioquin de alio competenti beneficio ecclesiastico providere. Et interim dictum clericum ad canonicatum et prebendam seu beneficium huiusmodi promovendum acceptare et admittere necnon sibi quousque provisum fuerit certam constituere pensionem. Sciatis me igitur Edmundum dei gracia Assaven. episcopum iura libertates et consuetudines dicte ecclesie metropolitane Christi Cant. pro posse meo adimplere volentem. Dedisse et hoc presenti scripto meo concessisse Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant. Archiepiscopo tocius Anglie primati et apostolice sedis legato primam et proximam adnotacionem nominacionem et liberam disposicionem cuiuscumque primi et proximi canonicatus et prebende in ecclesia mea Cath seu cuiuscumque alterius beneficii infra dioc meam Assaven meorum patronatus et collacionibus ad per mortem resignacionem cessionem permutacionem vel dimissionem seu quovismodo alio modo vacare contigerit habend et tenend dict advocacionem nominacionem et liberam disposicionem dict Canonicatus et prebende seu beneficii cuiuscumque Ita quod bene liceat dicto Reverendissimo patri ad libitum suum auctoritate presencium quamcumque personam idoneam ad predict Canonicatum et prebendam seu beneficium huiusmodi semel dumtaxat et non ultra tum primo et proxime ut prefertur vacare contigerit nominare sive presentare ac vigore nominacionis sive presentacionis de eisdem canonicatu et prebenda seu quovismodo altero beneficio persone idonee facere et concedere ac omnia alia et singula facere exercere et complere que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna adeo libere et integre prout ego facerem et complerem si presens mea concessio facta non fuerit. Ita quod pro prima et proxima vacacione non liceat michi dict Canonicatum et prebendam seu beneficium alteri conferre quam huiusmodi persone sic per dictum Reverendissimum patrem nominat. In cuius rei testimonium Sigillum meum presentibus apposui. Dat ultimo die mensis Maii Anno dni Millimo quingentesimo terciodecimo.

Bulla directa Archiepo Cant pro dno Thoma electo Lincolnien

Leo Episcopus servus servorum dei venerabili fratri Archiepo Cantuarien Salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propiciacionis intuitu oportuni favoris gracia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Lincolnien tunc per obitum bone memorie Willelmi Episcopi Lincolnien qui extra Romanam Curiam debitum nature persolvit pastoris solacio destitute de persona dilecti filii Thome electi Lincolnien nobis et fratribus nostris ob suorum exigenciam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi prefecimus in Episcopum et pastorem curam et administracionem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Thomas electus in commissa predicte ecclesie sibi cura facilius proficere valeat tuus favor et fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes quatinus predictos Thomam electum et commissam sibi ecclesiam tuam suffraganeam habens pro nostra et apostolice sedis reverencia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris auxilio prosequaris quod ipse Thomas electus tuo fultus auxilio in commisso sibi prefate ecclesie regimine se possit utilius exercere tuque divinam misericordiam ac nostram et dicte sedis benediccionem et graciam valeas exinde uberius promereri. Dat Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnacionis dominice Millimo quingentesimo terciodecimo Octavo Id Februar pontificatus nostri Anno primo.

Licencia Prioris et Capituli ecclesie Cath Xpi Cant pro Consecr Dni Wolsey Lincoln Epi

Reverendissimo in Christo patri et Dno dno Willmo permissione divina Cant Archiepo tocius Anglie primati et Apostolice sedis legato. Vestri humiles et devoti filii Thomas Prior et Capitulum vestre sancte Cantuar ecclesie obedienciam et reverenciam tanto patri debitam cum honore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas qui pro iure et libertate vestre Cantuar ecclesie gloriose meruit coronari martirio et preterea beatissimus Edmundus confessor predecessores vestri favore benivolo indulserint providenterque statuerint consecraciones quorumcumque suffraganeorum ecclesie vestre memorate in eadem sancta Cantuar ecclesia et non alibi presencialiter celebrari debere nisi de eorum consensu tocius capituli Cantuar gracioso fuit obtentum quod aliquis alibi quam in sancta ecclesia vestra predicta valeat consecrari. Sicque idipsum ecclesie vestre per sedem Apostolicam privilegialiter indultum necnon de antiqua et approbata consuetudine hactenus habitum et optentum Ut tamen venerabilis vir Thomas Wolsey Lincolniensis Episcopus electus et confirmatus extra ecclesiam vestram Cant valeat consecrari quantum in nobis est ad hoc damus consensum pariter et assensum Recepta primitus ab eodem electo sufficienti caucione quod huiusmodi gracia seu licencia nostra specialis in hac parte sibi facta seu facienda nobis vel ecclesie vestre in nullum cedat preiudicium in futurum Reservata nobis Capa decenti qualem quilibet Suffraganeus ecclesie vestre racione professionis sue eidem ecclesie de iure et antiqua consuetudine solvere debet Ratum habituri et gratum quicquid per vos actum concessum seu expeditum fuerit in premissis Iuribus ceteris privilegiis libertatibus et consuetudinibus ecclesie vestre predicte in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat in domo nostra Capitulari vicesimo primo die mensis Marcii Anno dni secundum computacionem ecclesie Anglicane Millimo quingentesimo terciodecimo.

Iuramentum dni Thome Epi Lincolnien factum Archiepo Cant

In dei nomine Amen Ego Thomas ecclesie Cath Lincoln electus et a vobis Reverendissimo in Christo patre et dno dno Willmo permissione divina Cantuarien Archiepo tocius Anglie primate et Apostolice sedis legato consecrandus ecclesie consecrande antistes. Vobis et Successoribus vestris Archiepis Cantuariensibus in vestra sancta Cantuarien ecclesia canonice instituendis Et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedienciam Reverenciam et subieccionem me per omnia exhibiturum iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum ac Cantuarien Archiepi et successorum vestrorum et predicte sancte Cantuarien ecclesie Iurium adiutor ero, ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo.

Iuramentum domini Thome episcopi Lincolniensis fact' summo pontifici

In dei nomine Amen. Ego Thomas electus Lincolniensis ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie et domino nostro domino Leoni pape decimo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur mala captione aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut nuncios seu litteras ad eorum dampnum (me sciente) nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo, nec ero in consilio vel facto aut intractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iurium honorum status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque tractari novero vel procurari impediam hoc pro posse et quanto citius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam possit pervenire. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina (Romana curia existente citra) singulis annis, ultra vero montes singulis trienniis visitabo per me aut per meum nuncium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu capituli ecclesie mee, inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Acta de et super consecratione domini Thome episcopi Lincolniensis fact'

Die dominica xxvj die mensis Marcij anno domini millesimo quingentesimo quartodecimo Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus in capella infra manerium suum de Lamehith situat' impendebat munus consecrationis dicto Reverendo patri domino Thome, assistentibus ei Reverendis patribus et dominis dominis Ricardo London' Ricardo Wynton' Ricardo Norwicen' Hugone Exon' et Edmundo Assaven' dei gratia episcopis, presentibus tunc ibidem nobilibus ac prepotentibus viris Thoma Haward duce Norfolchie et Carolo Herbert Comite Wigornie, venerabilibus quoque viris magistris Cutberto Tunstall utriusque iuris et Thoma Pert legum doctoribus ac Thoma Wolley sacre theologie professore, necnon magistris Johanne Barett et Willelmo Potkyn notariis publicis et multis aliis.

Liberatio spiritualitatis episcopatus Lincolniensis

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus, ad quem omnis et omnimoda iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad episcopum Lincolniensem pertinuit sede plena, ipsa sede iam nuper vacante notorie dinoscitur pertinere, venerabili viro magistro Johanni Cunstable decretorum doctori nostro in civitate et diocesi Lincolniensi sede episcopali ibidem vacante officiali sive vicario in spiritualibus generali salutem gratiam et benedictionem. Cum sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Leo divina providentia papa decimus venerabilem fratrem nostrum dominum Thomam ad ecclesiam cathedralem Lincolniensem per mortem bone memorie domini Willelmi nuper dicte ecclesie cathedralis Lincolniensis episcopi vacantem providerit ipsumque eidem ecclesie prefecerit in episcopum et pastorem, tibi committimus et mandamus quatenus omnia et singula registra et munimenta spiritualitatem civitatis et diocesis predictarum concernentia et ad episcopum Lincolniensem pertinentia in manibus tuis nunc existentia eidem domino Thome aut suis ministris seu deputatis plenarie et integre liberes seu liberari facias, salvis nobis registris actis et actitatis tempore et per te durante vacatione predicta, que ad nos integraliter transmitti volumus et mandamus; eundemque dominum Thomam ac suos officiarios et ministros in spiritualibus dicte civitatis et diocesis libere administrare et de eisdem disponere permittas, reservata nobis et ministris nostris potestate corrigendi puniendi et reformandi crimina excessus et defectus quorumcumque subditorum dicte civitatis et diocesis nuper in visitatione ibidem auctoritate nostra legative et actualiter exercita comperta, necnon levandi et colligendi omnes et omnimodas procurationes spirituales quascumque ac omnia alia et singula emolumenta que ad nos ratione vacationis sedis episcopalis predicte pertinent seu pertinere poterunt de consuetudine vel de iure, iuribus consuetudinibus dignitate et prerogativa nostris ac ecclesie nostre Christi Cantuariensis in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in manerio nostro de Lamehith primo die mensis Marcij anno domini millesimo quingentesimo terciodecimo. Et nostre translationis anno undecimo.

Bulla directa Archiepiscopo Cant' pro domino Willelmo electo Lincolniensi

Leo episcopus servus servorum dei venerabili fratri Archiepiscopo Cantuariensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propiciationis intuitu oportuni favoris et presidij gratia prosequaris. Hodie ecclesie Lincolniensi ex eo pastoris solatio destitute quod nos venerabilem fratrem nostrum Thomam electum Eboracensem tunc Episcopi Lincolniensis a vinculo quo ecclesie Lincolniensi cui tunc preerat tenebatur de fratrum nostrorum consilio et apostolice potestatis plenitudine absolventes ipsum ad ecclesiam Eboracensem tunc certo modo pastore destitutam duximus transferendum de persona dilecti filii Willelmi electi Lincolniensis nobis et eisdem fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum consilio auctoritate apostolica providimus ipsumque illi in episcopum et pastorem prefecimus curam et administrationem ipsius ecclesie Lincolniensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur sit idem Willelmus electus in commissa sibi dicte ecclesie cura facilius proficere valeat tuus favor fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus eundem Willelmum electum et prefatam Lincolniensem ecclesiam sibi cure commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris auxilio prosequaris quod ipse Willelmus electus per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi regimine Lincolniensis ecclesie utiliter exercere tu per hoc divinam misericordiam ac nostram et apostolice sedis benevolentiam valeas exinde uberius promereri. Dat. Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo quartodecimo decimo septimo Kl. Octobris pontificatus nostri anno secundo.

Licentia prioris et Capituli ecclesie Christi Cant pro consecratione Episcopi Lincoln

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato vestri humiles et devoti filii Thomas prior et capitulum vestre sancte Cant ecclesie obedientiam et reverentiam tanto patri debitam cum honore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas qui pro iure et libertate vestre Cantuariensis ecclesie glorioso meruit coronari martirio et preterea beatissimus Edmundus confessor predecessores vestri favore benevolo indulserint providerunt statuerunt consecrationes quorumlibet suffraganeorum ecclesie vestre memorate in eadem sancta Cantuariensi ecclesia et non alibi perpetualiter celebrari debere nisi de eorum consensu totius capituli Cant gratiose fuit obtentum quod aliquis alibi quam in sancta ecclesia vestra predicta valeat consecrari Et quod idipsum ecclesie vestre per sedem apostolicam privilegiatum indultum de antiqua et approbata consuetudine hactenus habitum et optentum ut tamen venerabilis vir Willelmus Atwater Lincolniensis episcopus electus et confirmatus extra ecclesiam vestram Cantuariensem valeat consecrari quantum in nobis est ad hanc dumtaxat vicem consensum pariter et assensum recepta primitus ab eodem electo sufficienti cautione quod huiusmodi gratia seu licentia nostra specialis in hac parte sibi facta seu facienda nobis vel ecclesie vestre in nullum cedat preiudicium in futurum reservata nobis capa debita qualem quilibet suffraganeus ecclesie vestre ratione professionis sue eidem ecclesie de iure et antiqua consuetudine solvere debet vobis libere et gratanter quicquid per vos de huiusmodi concessum seu expeditum fuit in premissis iuribus ceteris privilegiis libertatibus et consuetudinibus ecclesie vestre predicte in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari vicesimo sexto die Octobris anno domini secundum computationem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo quartodecimo.

Iuramentum domini Willelmi Episcopi Lincolniensis factum Archiepiscopo Cant

In dei nomine Amen. Ego Willelmus ecclesie Cath. Lincoln electus et a vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato consecrandus antistes vobis et successoribus vestris Archiepiscopis Cantuariensibus in vestra sancta Cantuariensi ecclesia canonice instituendis et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum. Vestri quoque Cantuariensis archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte sancte Cantuariensis ecclesie iurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo.

Iuramentum domini Willelmi Episcopi Lincolniensis factum summo pontifici

In dei nomine Amen. Ego Willelmus electus Lincolniensis ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie ac domino nostro domino Leoni pape decimo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur vel iniurie aliquae inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut per nuntios seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio vel facto seu tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iurium honorum statuum et potestatum eorum machinentur. Et si talia a quibuscunque procurari novero vel tractari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam pervenire possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana curia existente citra singulis annis ultra vero montes singulis bienniis aut per me aut per meum nuntium visitabo nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam nec donabo nec impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Die dominica viz. xij° die mensis Novembris anno domini millesimo quingentesimo quartodecimo

Dicta die et hora consecratio domini Willelmi Episcopi Lincoln facta

Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus in capella infra manerium suum de Lamehith situata impendebat munus consecrationis dicto Reverendo patri domino Willelmo assistentibus ei reverendis patribus et dominis dominis Ricardo London' Ricardo Winton' Hugone Exon' Edmundo Assaven' et Milone Landaven' dei gratia episcopis presentibus tunc ibidem venerabilibus et discretis viris magistris Cutberto Tunstall utriusque iuris et Thoma Pert legum doctoribus ac Thoma Wellys sacre theologie professore necnon magistris Johanne Barett et Willelmo Potkyn notariis publicis et multis aliis

Iuramentum domini Nicholai episcopi Elien' factum archiepiscopo Cant'

In dei nomine Amen. Ego Nicholaus ecclesie Cath' Elien' electus et a vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cantuarien' archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes, vobis et successoribus vestris archiepiscopis Cantuariensibus in sacrosancta Cantuarien' ecclesia canonice instituendis et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum. Vestri quoque Cantuarien' archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte sancte Cantuarien' ecclesie iurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo

Iuramentum domini Nicholai episcopi Elien' factum summo pontifici

In dei nomine Amen. Ego Nicholaus electus Elien' ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie ac domino nostro domino Leoni pape decimo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur vel iniurie aliquae inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se aut per nuncios seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatos apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio vel facto seu tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iurium honoris status et potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque procurari novero vel tractari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam pervenire possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana curia existente citra singulis annis, ultra vero montes singulis trienniis aut per me aut per meum nuncium visitabo nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam nec donabo neque impignorabo nec de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia

Acta de et super consecratione domini Nicholai episcopi Elien' facta

Die dominica viz. septimo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quintodecimo Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus in capella infra manerium suum de Lamehith situata impendebat munus consecrationis dicto Reverendo in Christo patri domino Nicholao assistentibus ei reverendis patribus et dominis dominis Johanne Roffen' et Hugone Exon' dei gratia episcopis presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Waltero Stone legum doctore et Thoma Wellys sacre theologie professore Johanne Barett et Willelmo Potkyn notariis publicis et multis aliis. Habita primitus licentia prioris et capituli ecclesie Christi Cant' in forma consueta ac ibidem per venerabilem virum magistrum Walterum Stone legum doctorem publice perlecta, prestito quoque iuramento per eundem dominum Nicholaum sanctissimo domino nostro pape necnon iuramento dicto Reverendissimo patri domino Willelmo dei gratia archiepiscopo Cant' prout superius continetur. Quibus sic gestis et factis idem Reverendissimus pater scripsit in eadem forma egregio viro magistro Willelmo Ffayrehare decretorum doctori vicario suo generali in dicta diocesi pro liberatione spiritualitatis etc. Salvis dicto Reverendissimo patri et successoribus suis auctoritate et potestate colligendi et levandi omnia et singula emolumenta spiritualia eidem Reverendissimo patri et ecclesie sue Christi Cant' pretextu dicte vacationis debita. Necnon omnibus et singulis actis et munimentis habitis et factis toto tempore dicte vacationis coram et per dictum suum vicarium generalem.

Leo episcopus servus servorum dei venerabili fratri Archiepiscopo Cantuarien. Salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propiciationis intuitu oportuni presidii et favoris gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Herefordensi tunc per obitum bone memorie Ricardi olim episcopi Herefordensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solatio destitute de persona dilecti filii Caroli electi Herefordensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Carolus electus in commissa sibi predicte ecclesie cura facilius proficere valeat tuus favor sibi fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus et monemus ac hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatinus eundem Carolum electum et prefatam ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis ipsius ecclesie iuribus sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Carolus electus per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eiusdem ecclesie regimine utilius exercere tuque divinam misericordiam et nostram ac eiusdem sedis benevolentiam valeas exinde uberius promereri. Dat. Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sextodecimo, duodecimo kl. Augusti pontificatus nostri Anno quarto.

Bulla directa Archiepiscopo Cant. pro domino Carolo electo Herefordensi.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato vestri humiles et devoti filii Thomas prior et capitulum vestre sancte Cantuar. ecclesie obedientiam et reverentiam tanto patri debitam cum honore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas qui pro iure et libertate vestre Cantuar. ecclesie gloriose meruit coronari martirio et preterea beatissimus Edmundus confessor predecessores vestri favore benivolo indulserint pariter quod statuerint consecrationes quorumlibet suffraganeorum ecclesie vestre memorate in eadem sancta Cantuar. ecclesia et non alibi presencialiter celebrari debere nisi de consensu totius capituli Cantuar. graciose fuit optentum quod aliquis alibi quam in sancta ecclesia vestra predicta valeat consecrari sicut per idipsum ecclesie vestre per sedem apostolicam privilegialiter indultum necnon de antiqua et approbata consuetudine hactenus habitum et optentum ut tamen venerabilis vir Magister Carolus Bothe Herefordensis ecclesie electus et confirmatus extra ecclesiam vestram Cantuar. valeat consecrari quantum in nobis est nostrum ad hoc damus consensum pariter et assensum. Reservata primitus ab eodem electo sufficienti caucione quod huiusmodi gratia seu licencia nostra specialis in hac parte sibi facta seu facienda nobis vel ecclesie vestre in nullum cedat preiudicium in futurum. Reservata nobis cappa decenti qualem quilibet suffraganeus ecclesie vestre racione professionis sue eidem ecclesie de iure et antiqua consuetudine solvere debet ratum habituri et gratum quicquid per vos actum concessum seu expeditum fuit in premissis. Iuribus ceteris privilegiis libertatibus et consuetudinibus ecclesie vestre predicte in omnibus semper salvis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in domo nostra capitulari xxijdo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo sextodecimo.

Licencia prioris et Capituli ecclesie Christi Cant. pro consecratione episcopi Herefordensis.

In dei nomine Amen. Ego Carolus ecclesie Cath. Herefordensis electus et a vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cantuarien. Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes vobis et successoribus vestris Archiepiscopis Cantuariensibus in vestra sancta Cantuarien. ecclesia canonice instituendis et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum vestrique Cantuarien. Archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte sancte Cantuarien. ecclesie iurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo.

Iuramentum domini Caroli episcopi Herefordensis factum Archiepiscopo Cant.

In dei nomine Amen. Ego Carolus Bothe electus Herefordensis ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie ac domino nostro domino Leoni pape decimo suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut per nuncios seu litteras ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et Regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio vel facto seu tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur et si talia a quibuscumque procurari novero vel tractari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius noticiam pervenire possit. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepedicione. Apostolorum limina Romana Curia existente citra singulis annis ultra vero montes singulis bienniis aut per me aut per meum nuncium visitabo nisi apostolica absolvar licencia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam nec donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Iuramentum domini Caroli episcopi Herefordensis factum summo pontifici.

Die dominica videlicet ultimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo sextodecimo dominus Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus permissione divina Cant. Archiepiscopus totius Anglie

Acta de et super consecratione domini Caroli episcopi Herefordensis facta primat et aplice sedis Legatus in Capella infra Manerium suum de Otford sue et ecclie sue xpi Cant Jurisdictionis immediate situat impendebat munus consecrationis dicto Reverendo patri dno Carolo assistentibus sibi Reverendis patribus dnis Ricardo Wynton et Ricardo Norwicen dei gratia epis · presentibus tunc ibidem venerabilibus viris Magistris Waltero Stone legum doctore Cancellario dicti Reverendissimi patris et Thoma Wellys sacre theologie professore ac Magistris Johe Barett et Willmo Potkyn notarijs publicis et multis aliis Item die immediate sequen vz primo die mensis Decembris Anno predicto emanarunt lre sub sigillo dicti Reverendissimi patris sigillate venerabilibus viris Magistris Willmo Webbe Archidiacono Archinatus Hereforden et Henrico Martyn Archino Archinatus Salop vicarijs generalibus eiusdem Reverendissimi patris in dictis Civitate et dioc pro tempore vacationis eiusdem dioc quarum lrarum tenor sequitur sub hac forma

Liberatio spualitatis Epatus Hereforden

Willelmus permissione divina Cant Archiepus totius Anglie primas et aplice sedis Legatus, ad quem omnis et omnimoda Jurisdictio spualis et ecclesiastica que ad epum Hereforden pertinuit sede plena ipsa sede iam nuper vacante notorie dinoscitur pertinere / Venerabilibus viris magistris Willmo Webbe Archino Archinatus Hereforden et Henrico Martyn Archino Archinatus Salop nris in Civitate et dioc Hereforden sede epali ibidem vacante commissarijs sive vicarijs in spualibus generalibus / Salutem gratiam et ben Cum sanctissimus in xpo pater et dns noster dns Leo divina providentia papa decimus venerabilem fratrem nrm dnm Carolum ad ecclesiam Cath Hereforden per obitum bone memorie dni Ricardi nuper dicte ecclie Cath Hereforden epi vacantem providerit ipmque eidem ecclie prefecerit in epum et pastorem vobis et cuilibet vestrum committimus et mandamus quatinus omnia et singula Registra et munimenta spualitatis Civitatis et dioc predict concernen et ad epum Hereforden pertinen in manibus vestris nunc existen eidem dno Carolo aut eius ministris seu deputatis plenarie et integre liberetis seu liberari faciatis / Salvis nobis Registris actis et actitatis coram et per vos et quemlibet vestrum durante vacatione predicta que ad nos integraliter transmitti volumus et mandamus. Eundem per dnum Carolum ac eius officiarios et ministros in spualibus dictis Civitatis et dioc libere administrare et de eisdem disponere permittatis Reservata nobis et ministris nris potestate corrigendi puniendi et reformandi crimina excessus et defectus quorumcunque subditorum dictis Civitatis et dioc nuper in visitatione nostra auctoritate nra legitime et actualiter exercita compertorum necnon levandi et colligendi nomine nostro et auctoritate nra prestationes quascumque Ac omnia alia et singula emolumenta que ad nos ratione vacationis sedis epalis predicte pertinent seu pertinere poterunt de consuetudine vel de Jure / Juribus consuetudinibus dignitate et prerogativa nris ac ecclie nre metropolitice xpi Cant in omnibus semper salvis / In cuius rei testimonium sigillum nrm presentibus est appensum / Dat in Manerio nostro de Otford primo die mensis Decembris Anno dni Millimo quingentesimo decimosexto / Et nostre Transl Anno quartodecimo /

Bulla directa Archiepo Cant pro dno Georgio electo Landaven /

Leo epus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepo Cantuarien Salt et aplicam ben. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propitiationis intuitu oportuni favoris et presidij gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclie Landaven tunc per obitum bone memorie Milonis epi Landaven extra Romanam curiam defuncti pastoris solatio destitute de persona dilecti filij Georgij electi Landaven nobis et fratribus nris ob suorum exigentiam meritorum accepta de eorundem fratrum consilio auctoritate aplica providimus ipmque illi prefecimus in epum et pastorem curam et administrationem ipius ecclie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nris inde confectis litteris plenius continetur / Cum igitur ut idem Georgius electus in commissa sibi dicte ecclie cura facilius proficere valeat tuus favor sibi noscatur fore plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per aplica tibi scripta mandantes quatinus eundem Georgium electum et ecclesiam Landaven sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nra et aplice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis eiusdem ecclie iuribus sic eum tui favoris presidio prosequaris quod ipe per tue gratie auxilium se possit in commisso sibi regimine eiusdem Landaven ecclie utiliter exercere. Tuque divinam misericordiam et nram ac aplice sedis benedictionem valeas exinde uberius promereri / Dat Rome apud sanctum petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sextodecimo. Tertio Id Februarij Pontificatus nri Anno quarto /

Licentia prioris et Capituli ecclie xpi Cant /

Reverendissimo in xpo patri et dno domino Willmo permissione divina Cantuar Archiepo totius Anglie primati et aplice sedis Legato vestri humiles et devoti filij Thomas prior et capitulum vestre sancte Cantuar ecclie obedientiam et reverentiam tanto patri debitam cum honore. Licet gloriosus martir sanctus Thomas qui pro iure et libertate vestre Cant ecclie glorioso meruit coronari martirio / Et preterea beatissimus Edmundus confessor predecessores vestri favore benivolo indulserint provide quod statuerint consecrationes quorumlibet suffraganeorum ecclie vestre memorate in eadem sancta Cant ecclia et non alibi presentialiter celebrari debere nisi de eorum consensu totius capituli Cantuar graciose fuit optentum quod aliquis alibi quam in sancta ecclia vestra predicta valeat consecrari. Sit quod ipm ecclie vestre per sedem aplicam privilegialiter indultum necnon de antiqua et approbata consuetudine hactenus habitum et optentum vt tamen venerabilis vir dns Georgius de Athequa Landaven epus electus et confirmatus extra ecclesiam vestram Cantuar valeat consecrari quantum in nobis est ad hoc damus consensum pariter et assensum Recepta primitus ab eodem electo sufficienti cautione quod huius gratia seu licentia nra specialis in hac parte sibi facta seu facienda nobis vel ecclie vestre in nullum cedat preiudicium in futurum / Reservata nobis Cappa decenti qualem quilibet suffraganeus ecclie vestre ratione professionis sue eidem ecclie de iure et antiqua consuetudine solvere debet Tali habitu et gratum quicquid per vos actum concessum seu expeditum fuit in premissis. Juribus ceteris privilegijs libertatibus et consuetudinibus ecclie vestre predicte in omnibus semper salvis / In cuius rei testimonium sigillum nrm Coe presentibus est appensum Dat in domo nostra Capitulari xxij° die Februarij Anno dni Millimo quingentesimo sextodecimo

Comissio ad consecrand Georgium electum Landaven

In dei nomine Amen. Ego Cutbertus ecclie Cath Londonien electus et a vobis Reverendis//
simo in xpo pre et dno domino Willmo permissione divina Cantuarien Archiepo totius Anglie pri//
mate et aplice sedis legato eiusdem ecclie consecrandus antistes vobis et successoribus vestris
Archiepis Cantuariensibus in vestra sancta Cantuarien ecclia canonice instituendis et eidem sancte
metropolitane ecclie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem me persona
exhibiturum Iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum vosque Cantuarien
Archiepos et successores vestros et predicte sancte Cantuarien ecclie Iurium adiutor ero ad defen//
dendum retinendum et conservandum salvo ordine meo sic me deus adiuvet et hec sancta dei euangelia et
predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo

Iuramentum dni Cutberti London epi fact summo pontifici /

In dei nomine Amen. Ego Cutbertus electus Londonien ab hac hora inantea fidelis
et obediens ero beato Petro sancteque aplice Romane ecclie et domino nro domino Adriano pp vj
suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam
perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur
vel iniurie aliquae inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod mihi credituri sunt
per se aut nuncios seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum
et Regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem
Legatum aplice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus
adiuvabo. Iura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclie dni nri pape et successorum
predictorum conservare defendere augere et promovere curabo. Nec ero in consilio vel facto seu
intractatu in quibus contra ipsum dnum nrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel
preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinentur et si talia a quibus//
cunque tractari novero vel procurari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode
significabo eidem domino nro vel alteri per quem ad ipsius notitiam possit pervenire
Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes —

provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro vel successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana Curia existente citra singulis annis ultra vero montes singulis bienniis visitabo aut per me aut per meum nuncium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquomodo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Acta super consecratione Electi London' Episcopi

Die dominica videlicet xix° die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo vicesimo secundo in Capella infra Manerium Reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi permissione divina Cant' Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati de Lamehith sue et ecclesie sue Christi Cant' Jurisdictionis immediate situata, Idem Reverendissimus in Christo pater tunc et ibidem impendebat munus consecrationis in venerabilem virum dominum Cuthbertum electum London' assistentibus et assistentibus eidem Reverendissimo patri Reverendis in Christo patribus et dominis dominis Thoma Dunelmensi et Johanne Roffensi dei gratia episcopis. Prestito primitus per eundem electum Juramento tunc et ibidem ad sancta dei evangelia corporaliter tacta dicto Reverendissimo in Christo patri et ecclesie sue metropolitane Christi Cant' suisque successoribus in eadem ecclesia metropolitana Christi Cant' instituendis. Necnon recepto ab eodem Juramento ad sancta dei evangelia per ipsum corporaliter tacta sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Adriano Pape sexto suisque successoribus canonice intrantibus. Habitaque ibidem licentia prioris et capituli dicte ecclesie metropolitane Christi Cant' sub sigillo communi dicti capituli sigillata, et alta et intelligibili voce per venerabilem virum magistrum Johannem Cokks legum doctorem cancellarium predicti Reverendissimi patris perlecta, presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Thoma Pelt legum doctore Thoma Welles sacre theologie professore Johanne Barett et Willelmo Potkyn notariis publicis et multis aliis testibus etc.

Bulla directa Archiepiscopo Cant' pro domino Jeronimo electo Wigorn'

Adrianus episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Archiepiscopo Cantuariensi Salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propitiationis intuitu oportuni presidii ac favoris gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Wigorn' tunc certo modo quem haberi volumus pro expresso pastoris solatio destitute de persona venerabilis fratris nostri Jeronimi Episcopi Wigornien' nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Jeronimus episcopus in commissa sibi predicte ecclesie cura facilius proficere valeat tuus favor sibi fore noscitur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes quatinus eundem Jeronimum Episcopum ac ecclesiam predictam sue cure commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis eiusdem ecclesie iuribus sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Jeronimus episcopus per tue auxilium gratie se possit in commissa sibi eiusdem ecclesie regimine utilius exercere tuque divinam misericordiam ac nostram et eiusdem sedis benevolentiam valeas exinde uberius promereri. Dat' Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo vicesimo secundo Sexto Kl' Octobris pontificatus nostri Anno primo.

Commissio ad recipiendum Juramentum

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Dilecto nobis in Christo egregio viro magistro Johanni Cokks legum doctori nostre audientie causarum et negociorum Auditori Cancellario Vicario in spiritualibus generali atque officiali nostro principali Salutem gratiam et benedictionem. De vestris fidelitate et circumspectionis industria plurimum confidentes ad recipiendum vice nostra et nomine nostro a procuratore Reverendi confratris nostri domini Jeronimi dei et apostolice sedis gratia ecclesie Cath' Wigorn' sede episcopali ibidem jam nuper vacante episcopi sufficiens et legitimum in ea parte mandatum habente Juramentum corporale a quolibet episcopo nostre Cant' provincie suffraganeo nobis et successoribus nostris in ea parte debitum et prestari solitum, tactis per eundem procuratorem sacrosanctis evangeliis sub modo et forma in scedula presentibus annexa specificatis. Quam scedulam manu propria ipsius procuratoris ac notarii publici et testium premissa subscriptam et signatam nobis citra festum nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime futurum post dat' presentium debite transmitti volumus. Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in ea presente necessaria requiruntur, Vobis tenore presencium committimus vices nostras et plenam in domino concedimus potestatem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Manerio nostro de Lamehith xxij° die mensis ffebruarij Anno domini Millesimo quingentesimo vicesimo secundo Et nostre Translacionis Anno vicesimo.

ffforma Juramenti

In dei nomine Amen Ego Silvester Darius Juris utriusque doctor apostolice camere vicecollector et Residens in Christo patris et domini domini Jeronimi dei et apostolice sedis gracia ecclesie Cathedralis Wigorn' nuper Asculan' episcopi procurator ad infrascripta sufficienter et legittime deputatus et mandatum sufficiens ad Jurandum et Juramentum canonice obediencie in animam dicti Reverendi patris et pro eo modo et forma infrascriptis prestandum, quod nunc realiter et cum effectu exhibeo inter cetera habens, Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo tocius Anglie primati et apostolice sedis legato suisque successoribus Cantuariensibus Archiepiscopis in sancta Cantuariensi ecclesia canonice instituendis et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedienciam reverenciam et subieccionem dominum meum per omnia exhibiturum nomine ipsius domini mei et in animam eius Juro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum Cantuariensium quondam Archiepiscoporum antedictorum et successorum suorum et predicte sancte Cantuariensis ecclesie Jurium adiutor dictus meus erit ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine dicti domini mei. Sic eundem dominum meum deus adiuvet et hec sancta dei evangelia et hec omnia nomine procuratorio supra confirmando manu mea propria subscribo.

Bulla directa Archiepiscopo Cantuariensi pro domino Ricardo electo Menevensi

Adrianus episcopus servus servorum dei, Venerabili fratri Archiepiscopo Cantuariensi Salutem et apostolicam benediccionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas divine propiciacionis intuitu oportuni presidij ac favoris gracia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Menevensi tunc per obitum bone memorie Edwardi olim episcopi Menevensis extra Romanam Curiam defuncti pastoris solacio destitute de persona dilecti filij Ricardi Electi Menevensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigenciam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem, Curam et administracionem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Ricardus electus in commissa sibi dicte ecclesie cura facilius proficere valeat tuus favor sibi fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus eundem Ricardum electum et prefatam ecclesiam sibi commissam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverencia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris presidio prosequaris quod ipse Ricardus Electus per tue auxilium gracie se possit in commisso sibi eiusdem ecclesie regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam et nostram ac dicte sedis benediccionem et graciam valeas exinde uberius promereri. Datum Rome apud sanctum petrum Anno Incarnacionis dominice Millesimo quingentesimo vicesimo secundo, quinto Idus Marcij pontificatus nostri Anno primo.

Juramentum domini Ricardi Menevensis episcopi factum Archiepiscopo Cantuariensi

In dei nomine Amen Ego Ricardus ecclesie Cathedralis Menevensis electus et a vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo tocius Anglie primate et apostolice sedis legato eiusdem ecclesie consecrandus antistes, vobis et successoribus vestris Archiepiscopis Cantuariensibus in vestra sancta Cantuariensi ecclesia canonice instituendis, Et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedienciam reverentiam et subiectionem me per omnia exhibiturum Juro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum. vestri quoque Cantuariensis Archiepiscopi et successorum vestrorum et et predicte sancte Cantuariensis ecclesie Jurium adiutor ero ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine meo sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia / Et predicta omnia et singula confirmando manu mea propria subscribo

Juramentum domini Ricardi episcopi Meneuensis facto summo pontifici /

In dei nomine Amen. Ego Ricardus electus Meneuensis ab hac hora inantea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie et domino meo domino Adriano pape sexto suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto ut vitam perdant aut membrum seu capiantur aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur vel iniurie alique inferantur quovis quesito colore. Consilium vero quod michi credituri sunt per se aut nuncios seu litteras ad eorum dampnum me sciente nemini pandam. papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuvabo. Jura honores privilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conservare defendere augere et promovere curabo / Nec ero in consilio vel facto seu tractatu in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iurium honoris status et potestatis eorum machinentur / et si talia a quibuscumque tractari novero vel procurari impediam hoc pro posse et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro vel alteri per quem ad ipsius notitiam possit pervenire. Regulas sanctorum patrum decreta ordinationes sententias dispositiones reservationes provisiones et mandata apostolica totis viribus observabo et faciam ab aliis observari. Hereticos scismaticos et rebelles domino nostro vel successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad synodum veniam nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana curia existente citra singulis annis ultra vero montes singulis trienniis visitabo aut per me aut per meum nuntium nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam neque donabo neque impignorabo neque de novo infeudabo vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu capituli ecclesie mee inconsulto Romano pontifice sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia

Consecratio domini Ricardi electi Meneuensis

Die dominica videlicet xxvi^to die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo vicesimo tertio in Capella infra Manerium Reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati de Lamehith sue et ecclesie sue Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate situata, Idem Reverendissimus in Christo pater tunc et ibidem impendebat munus consecrationis in venerabilem virum dominum Ricardum Rawlyns electum Meneuensem assistentibus et assistentibus eidem Reverendissimo patri Reverendis in Christo patribus et dominis dominis Johanne Roffensi et Johanne Lincolniensi dei gratia episcopis / prestito primitus per eundem electum Juramento tunc et ibidem ad sancta dei evangelia corporaliter tacta dicto Reverendissimo in Christo patri et ecclesie sue metropolitice Christi Cantuariensis suisque successoribus in eadem ecclesia metropolitana Christi Cantuariensis instituendis Necnon recepto ab eodem Juramento ad sancta dei evangelia per ipsum corporaliter tacta sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Adriano pape sexto suisque successoribus canonice intrantibus. habita quoque ibidem licentia prioris et capituli dicte ecclesie metropolitane Christi Cantuariensis sub sigillo communi dicti capituli sigillata et alta et intelligibili voce per venerabilem virum magistrum Johannem Cockis legum doctorem cancellarium predicti Reverendissimi patris perlecta / presentibus tunc ibidem Magistris Thoma Welles sacre theologie professore et Johanne Alesse in legibus bacchalario Necnon Reverendis patribus dominis Thoma priore ecclesie Christi Cantuariensis Abbate Westmonasterii et Abbate sancti Petri Glouc[estrie] Abbate de Wynchecombe et Abbate sancti Augustini iuxta Bristolliam magistris Johanne Barett et Willelmo Potkyn notariis publicis et multis aliis / Et scriptum fuit magistro Johanni Morys decretorum doctori vicario in spiritualibus generali in dicta dioc' Meneuensi pro liberatione spiritualitatis eiusdem etc.

Bulla directa Archiepiscopo Cantuariensi pro domino Johanne electo Bathoniensi et Wellensi

Adrianus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Archiepiscopo Cantuariensi Salutem et apostolicam benedictionem / Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim pontificali dignitate preditas oportuni presidii et favoris gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesiis Bathoniensi et Wellensi invicem perpetuo unitis certo tunc expresso modo apud sedem apostolicam pastoris solacio destitutis de persona dilecti filii Johannis electi Bathoniensis et Wellensis nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illis in episcopum prefecimus et pastorem curam et administrationem ipsarum ecclesiarum sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur / Cum igitur dictus idem Johannes electus in commissa sibi cura dictarum ecclesiarum facilius proficere valeat tuus favor sibi fore noscatur plurimum oportunus fraternitatem tuam rogamus mo//nemus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatinus eundem // Johannem electum et prefatas ecclesias suffraganeas tuas habens pro nostra et dicte sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic ipsos tui favoris presidio prosequaris quod idem Johannes electus in commisso sibi dictarum ecclesiarum regimine se possit utiliter exercere. tuque divinam misericordiam ac nostram et eiusdem sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis / Dat' Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo vicesimo tercio septimo Kl. Aprilis pontificatus nostri Anno primo.

[illegible]

Iuramentum domini Johannis Bathonien' et Wellen' episcopi fact' Archiepiscopo Cant' /

In dei nomine Amen. Ego Thomas Lovell decretorum doctor Reverendi in Christo patris et domini domini Johannis dei gratia ecclesiarum Cath' Bathonien' et Wellen' iam nuper canonice electi procurator ad infrascripta sufficienter et legitime deputatus et mandatum sufficiens ad iurandum canonice obediencie in animam dicti Reverendi patris et pro eo prestandum quod nunc rea//liter et cum effectu exhibeo inter cetera habens / Vobis Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cantuarien' Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato vestrisque successoribus Cantuarien' Archiepiscopis in ipsa sancta Cantuarien' ecclesia canonice instituendis et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedienciam reverenciam et subiectionem dominum meum per omnia exhibiturum nomine ipsius domini mei et in animam eius iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum vestrique Cant' Archiepiscopi et successorum vestrorum et predicte // sancte Cantuarien' ecclesie iurium adiutor dominus meus erit ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine dicti domini mei. Sic eundem dominum meum deus adiuvet et hec sancta dei evange//lia et hec omnia nomine procuratorio quo supra confirmando manu mea propria subscribo.

Venerabili fratri Guillelmo Archiepiscopo Cantuarien'

Clemens papa septimus

Venerabilis frater. Salutem et apostolicam benedictionem. Grata tibi fuisse nostre erga te benivolentie et paterne charitatis indicia plurimum letamur. que quamquam tuis eximiis virtutibus debita non tam liberalitatem nostram quam de prestanti et nobili prelato iudicium declararent. a tua tamen fraternitate in eam partem accepta iocundum nobis non esse non potest. Quapropter et ea que egimus optime a nobis collocata arbitramur et sumus concedente domino ubi res postularit tue fraternitatis causa maiora facturi / Quod autem tu te nobis et animum tuum tam amanter tamque studiose dedis. fidem quoque et benivo//lentiam tuam in rem et dignitatem nostram huiusque sancte sedis offers atque dicas. crede nobis in magni beneficii loco id nobis est accipimusque libentissime hanc tuam voluntatem. quam et amor tuus nobis facit iocundam. et tua prestans doctrina ac religio etiam optabilem: cum enim de fraternitate tua ita sentiamus. ut de optimo et religiosissimo. et omnibus partibus ac dotibus ornatissimo prelato // sentiendum est in hac raritate talium virorum omne tuum officium. et hec. quam ostendis erga nos. et hanc sanctam sedem observantia. gratissima profecto nobis est. quam sit in nos merito collatam et alii sentiant. et tu ipse cognoscas omnibus nostris studiis atque officiis tam in rem p. fidemque summi dei. que erga fraternitatem tuam ubi acciderit. sumus eodem nos adiuvante domino conaturi / Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxv Novembris Millesimo quingentesimo vicesimo quinto. Pontificatus nostri Anno secundo.

Ja. Sadoletus

Clemens episcopus servus servorum dei venerabili fratri archiepiscopo Cant' salutem et apostolicam benedictionem. Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas presertim cathedralium ecclesiarum regimini presidentes et cardinalatus honore fulgentes oportunis presidiis et favoribus gratiose prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Saresburiensi tunc per obitum bone memorie Edmundi olim episcopi Saresburiensis extra Romanam curiam defuncti pastoris solatio destitute de persona dilecti filii nostri Laurentii tituli sancte Anastasie presbiteri cardinalis de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate providimus ipsumque illi in episcopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur ut idem Laurentius cardinalis in commissa sibi cura dicte ecclesie facilius proficere valeat tuus favor sibi fore noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente per apostolica scripta tibi mandantes quatenus eundem Laurentium cardinalem et prefatam ecclesiam suffraganeam tuam habens pro nostra et apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis et conservandis iuribus suis sic eos tui favoris auxilio prosequaris quod idem Laurentius cardinalis per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi dicte ecclesie regimine utilius exercere, tuque divinam misericordiam ac nostram et eiusdem sedis benedictionem et gratiam exinde uberius consequi merearis. Dat' Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo vicesimo quarto, quarto Non' Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Bulla directa archiepiscopo Cant' et Sarum.

Universis pateat per presentes quod cum sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Clemens divina providentia papa septimus ecclesie cathedrali Saresburiensi per mortem bone memorie domini Edmundi nuper episcopi ibidem vacanti reverendissimum in Christo patrem dominum Laurentium Campegium tituli sancte Anastasie sacrosancte Romane ecclesie presbiterum cardinalem ad commendationem illustrissimi et potentissimi principis et domini nostri Henrici octavi dei gratia Anglie et Francie Regis fidei defensoris et domini Hibernie prefecerit in episcopum et pastorem et ipsi ecclesie Saresburiensi providerit de eodem prout in nonnullis eiusdem sanctissimi domini nostri bullis sub plumbo desuper emanatis plenius liquet, Nos Thomas miseratione divina tituli sancte Cecilie sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis Eboracensis archiepiscopus Anglie primas et cancellarius legatus natus necnon ad illustrissimum et potentissimum principem et dominum nostrum Henricum octavum dei gratia Anglie et Francie Regem fidei defensorem et dominum Hibernie dominiumque eius Anglie Regnum ac omnes et singulas ipsius Regni provincias civitates atque loca illi subiecta et alia illi adiacentia etiam de latere legatus, prefati reverendissimi in Christo patris domini Laurentii Campegii dudum tituli sancti Thome in parione nunc autem sancte Anastasie presbiteri cardinalis procurator ad quascumque ecclesias cathedrales sive episcopales in dicto Regno Anglie quas ex nominatione prefati illustrissimi et potentissimi domini nostri Regis sibi conferri vel conferri contigerit nomine eiusdem domini Laurentii et pro eo acceptandum recipiendum et admittendum procurator originalibus presentibus literis magno suo sigillo sigillatis et sua manu subscriptis originaliter ac sufficienter et legitime constituti, habentes in huiusmodi procuratorio nostro originali inter cetera potestatem quecumque iuramenta in et pro huiusmodi ecclesie cathedralis sive episcopalis utriusque regiminis et administrationis eiusdem ac bonorum iurium et pertinentiarum suorum dominiorumque assecutione necessaria et prestari solita in animam suam prestandi subeundi et iurandi cum facultate etiam alium vel alios procuratorem vel procuratores loco suo deputandi, dilectum in Christo filium magistrum Thomam Benet legum doctorem ecclesie cathedralis sancti Pauli London' thesaurarium ac canonicum prebendarium in eadem vigore vim formam et effectum literarum procuratoriarum originalium predictarum procuratorem ad infrascripta facienda gerenda et exercenda atque expedienda loco nostro substituimus, dantes et concedentes eidem substituto nostro potestatem et mandatum speciale et generale vice et nomine nostris ac prefati reverendissimi domini Laurentii cardinalis et episcopi Sarum venerabilem fratrem nostrum dominum Willelmum dei gratia Cant' archiepiscopum totius Anglie primatem et apostolice sedis legatum eius vel ad subscripta facienda exequenda sive recipienda commissarium seu deputatum quemcumque adeundi, ipsique venerabili fratri nostro Cant' archiepiscopo sive eius huiusmodi commissario vel deputato literas prefati sanctissimi domini nostri de et super promotione et provisione dicti domini Laurentii cardinalis ad ecclesiam cathedralem Sarum antedictam et quatenus eiusdem ad ipsum venerabilem fratrem nostrum Cant' archiepiscopum scriptas et destinatas presentandi et exhibendi ac iuramenta quecumque debita et ab episcopis Sarum eidem venerabili fratri nostro sive ecclesie sue metropolitice Cant' ab antiquo iure et ratione dicte ecclesie cathedralis Sarum prestari solita et consueta prestandi subeundi et iurandi, ceteraque omnia et singula faciendi exercendi et expediendi que in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna etiam si mandatum de se exigant magis speciale quam presentibus est expressum. Dat' nostro sub sigillo in edibus nostris prope Westmon' nono die mensis Januarii anno domini secundum cursum et computationem ecclesie Anglicane millesimo quingentesimo vicesimo quarto.

Procuratorium ad presentandum et exhibendum dominis literas apostolicas reverendissimo in Christo patri archiepiscopo et ad prestandum iuramentum et cetera facienda prout continetur in huiusmodi procuratorio.

In dei nomine Amen. Ego Thomas Benet legum doctor pro reverendissimo in Christo patre et domino domino Thoma miseratione divina tituli sancte Cecilie sacrosancte Romane ecclesie presbitero cardinali Eboracensi archiepiscopo Anglie primate et apostolice sedis etiam de latere legato, reverendissimi in Christo patris et domini domini Laurentii tituli sancte Anastasie sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis ecclesie cathedralis Sarum episcopi procuratore sufficienti et legitime constituto prout in mandato procuratorio superinde confecto quod nunc exhibeo sufficienter liquet substitutus ad infrascripta sufficienter et legitime deputatus, vobis reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant' archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato vestrisque successoribus Cant' archiepiscopis in ecclesia sancta Cantuariensi canonice instituendis et eidem sancte metropolitane ecclesie debitam et canonicam obedientiam reverentiam et subiectionem domini mei pro omnia exhibituram nomine ipsius domini mei et in animam eius iuro profiteor et promitto secundum decreta Romanorum pontificum vobisque Cant' archiepiscopis et successoribus vestris et predicte sancte Cant' ecclesie iurium adiutor dominus meus erit ad defendendum retinendum et conservandum salvo ordine dicti domini mei sic eundem dominum meum deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et hec omnia nomine procuratorio quo supra confirmando manu mea propria subscribo.

Iuramentum nomine et pro reverendissimo in Christo patre domino Laurentio prestitum domino reverendissimo in Christo patri domino Willelmo archiepiscopo Cant' etc.

Venerabili fratri Guillelmo Archiepiscopo Cantuariensi

Julius papa secundus

Rosa aurea

Venerabilis frater Salutem et apostolicam benedictionem. Carissimum in Christo filium nostrum Henricum Anglie Regem illustrem, quem peculiari caritate complectimur aliquo insigni apostolico munere in hoc Regni sui primordio decorandum putantes, mittimus nunc ad eum Rosam auream sancto crismate delibutam et odorifero musco aspersam, nostrisque manibus de more Romanorum pontificum benedictam, quam et a tua fraternitate inter missarum solemnia per te celebranda cum cerimoniis in notula alligata contentis dari volumus cum nostra et apostolica benedictione. Datum Rome apud sanctum petrum sub anulo piscatoris die quinta Aprilis Millesimo quingentesimo decimo pontificatus nostri anno septimo.

Sigismundus

Venerabili fratri Willelmo Archiepiscopo Cantuariensi nostro et apostolice sedis legato nato

Leo papa decimus

Declaratio jeiunii vigilie sancti Johannis Baptiste contingente in die corporis Christi

Venerabilis frater Salutem et apostolicam benedictionem. Tua a nobis sollicitudo requisivit, cum cum presenti anno vigilia nativitatis beati Joannis Baptiste in festo sacratissimi corporis Christi occurrat, qua die plebi tibi commisse ieiunium iniungere debeas. Super hoc igitur habita cum venerabilibus fratribus nostris matura deliberatione, taliter tibi respondendum duximus. Quod presenti constitutione perpetuo duratura statuimus, quod vigilia nativitatis beati Joannis huiusmodi in festo corporis Christi, in quo memoria recolitur salvatoris a quo salus nostra dependet, occurrente, propter tanti festi solemnitatem feria quarta ieiunari debeat, et ieiunanda sit vigilia ipsa: ideoque ab omnibus de cetero cum dicta vigilia in festo corporis Christi huiusmodi occurrit servari mandamus, et propterea fraternitas tua plebi sibi commisse in tota Cantuariensi provincia et suffraganeis suis mandabit, ut tam presenti quam aliis futuris annis quibus vigilia nativitatis eiusdem Joannis baptiste in festo corporis Christi occurrat, precedenti die videlicet feria quarta ieiunent, et vigiliam ipsam ob venerationem ac devotionem nativitatis huiusmodi observent. Dat Rome apud sanctum petrum sub anulo piscatoris die xx° Februarii Millesimo quingentesimo xx° pontificatus nostri anno sexto.

Evangelista

Venerabili fratri Archiepiscopo Cantuariensi

Adrianus papa Sextus

Venerabilis frater Salutem et apostolicam benedictionem. Scribimus Charissimo in Christo filio nostro Henrico Anglorum Regi illustri fidei defensori, cui quoque exposuimus extrema pericula in quibus tota Christianitas propter duo fortissima eius propugnacula, Belgradum videlicet ex parte Hungarie ante hoc fere biennium, et nuperrime Rhodum in oriente, quod nullis lachrimis defleri potest, Christianorum principum negligentia et intestinis discordiis amissa, impu[illegible] constituta est, hortantes propterea eundem ut, quandoquidem his calamitatibus, in quas ob dictorum principum bella intestina devenimus, nisi illis inter se pacatis et ad concordiam reductis obviari non potest, et concordiam huiusmodi in eius arbitrio post deum esse constat, velit ipse in obsequium Christi et sacre eius fidei, cuius ipse solus inter omnes defensor appellari meruit, protectionem, necnon in totius rei publice Christiane immortale beneficium animum in ea que pacis sunt, vel saltem in aliquot annorum inducias inclinare, et suo exemplo charissimos in Christo filios nostros Electum imperatorem et Regem Christianissimum in eandem sententiam adducere, ut ipsi inter se reconciliati una nobiscum, qui propter summam huius sedis inopiam soli tantis periculis occurrere nullo modo possumus, maiori Turcorum tiranni potentie resistere valeant, qui nisi celeri expeditione nostra ita preveniatur, ut illi cogitandum sit quomodo fines proprios defendere queat, nulla iam maria nec Alpes eius impetum reprimere poterunt, quominus primum quidem Hungariam, Siciliam, Italiam, et quod miserandum esset, ipsam etiam urbem Romam beati petri principis apostolorum sedem, deinde Galliam, Hispaniam, Germaniam, et quotquot reliqua sunt Christianorum provincias infestare, diripere ac etiam debellare possit. Cum igitur res hec maxima sit, et presentissima provisione indigeat, ad fraternitatem etiam tuam super ea scribendum duximus, teque in domino hortandum et per viscera misericordie domini nostri Jhesu Christi perque preciosum eius sanguinem obtestandum, ut pro singulari tua virtute, divino dei zelo, prudentia, industria ac dexteritate, necnon pro pastoralis officii tui debito, causam hanc que dei omnipotentis et cunctorum Christianorum est, apud eius Maiestatem una nobiscum fideliter agere, ac verbis tuis quoque nostris omnibus tuis sermonibus efficaciam addere studeas, quo regia mens, ad optima queque sua sponte natura propensissima, hac in re in sententiam nostram absque mora concedat, rebusque suis preclare gestis summe huius laudis cumulum adiiciat. In quo preterquam quod fraternitas tua rem se et anteacta vita sua dignissimam prestabit, profecto nos et hanc sanctam sedem universamque Christianam rem publicam sibi hoc officio arctissime devinciet, et deo creatori suo, a quo tam multiplici benedictione preventa est, pro amplissimis donis suis gratiam rependet, ab eoque immarcessibilem in celis coronam expectare poterit, prout dilectus filius Silvester Darius subcollector apostolicus eidem fraternitati tue latius exponet, cui illa in his et aliis que nostro nomine dixerit, tamquam nobis ipsis coram positis fidem adhibebit, fidem adhibebit. Dat Rome apud sanctum petrum sub anulo piscatoris die tercia Marcii Millesimo quingentesimo vicesimo tercio pontificatus nostri anno primo.

T. Hezius

Ecce abbes [illegible]
[illegible]

ccc° 35

Visitacio metropolitica Reuerendissimi in xpo patris et dni domini Willmi permissione diuina Cant Archiepi totius anglie primatis et Aplice sedis legati in ecclia sua metropolitana xpi Cant. Ac Ciuitate et dioc sue Cant. necnon in Jurisdictionibz sue et ecclie sue xpi Cant imme- diate actualiter exercita et per eundem Reuerendissimum patrem in dicta ecclia sua Metropolitana xpi Cant psonaliter inchoata viz. nono die mensis Septembr Anno dni Millimo quingentesimo vndecimo. Et Trans eiusdem Reuerendissimi patris Anno octauo sequitur.

Mandatum directum priori et caplo ecclie xpi Cant pro visitacione metropolitica in domo Capitulari ibidem exercenda sequitur.

Willmus permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie Primas et aplice sedis legatus Dilecto nobis in xpo Religioso viro domino Thome Goldeston sacre theologie professori Priori ecclie nre metropolitice xpi Cant Salutem graciam et ben. Cum nos diuina fauente clemencia ecclesiam nram metropolitanam xpi Cant antedictam ac vos et singulos commonachos eiusdem ecclie nre et ceteros commorantes in eadem Necnon clerum et populum vtriusque Ciuitatis dioc et prouincie Cant tam in capite quam in membris ad honorem dei et animarum salutem deo dante proponimus actualiter visitare et defectus inibi repertos correctione seu reformatione necessaria indigentes canonice corrigere et in statum debitum pro viribus nris reformare. Vos igitur tenore presencium peremptorie citamus et per vos omnes et singulos commonachos eiusdem ecclie nre et alios commorantes in eadem qui huiusmodi visitacionem nram se de iure submittit in dicta ecclia nra exercendam subire tenentur citari volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis in domo Capitulari ecclie nre predicte die Martis prox post festum Natiuitatis bte Marie virginis viz. Nono die mensis Septembris prox futur cum continuacione dierum extunc sequencium si oporteat huiusmodi nram visitacionem iuxta iuris exigenciam humiliter prout decet subituri vlteriusque facturi et recepturi quod canonice dictauerint sanctiones. Vobis etiam tenore presencium inhibemus et per vos omnibus et singulis quibus de iure seu consuetudine inhibendum fuit inhiberi volumus et mandamus ne quicquam in preiudicium visitacionis nre huiusmodi attemptetis vel attemptent, faciatis vel faciant aliqualiter attemptari sub pena iuris. Et quid in premissis feceritis nos dictis die et loco per literas vestras patentes, de die vero recepcionis presencium ac de modo et forma execucionis vestre earum seriem continentes vnacum nominibus per vos citatorum in ea parte in quadam sedula vestro certificatorio annectenda conscriptis reddatis distincte et aperte certiores. Dat in Manerio nro de Knoll xxiij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo vndecimo. Et nre Trans Anno octauo.

Certificatorium eiusdem mandati vnacum nominibus et cognominibus monachorum predicte ecclie Cath sub sigillo communi dict Prioris et Conuentus sequitur.

Reuerendissimo in xpo patri ac dno domino Willmo dei gra Cantuar Archiepo totius Anglie primati et aplice sedis legato, Thomas permissione diuina Prior ecclie xpi Cant et eiusdem loci Capitulum Obedienciam et reuerenciam tanto patri debitam cum honore. Mandatum paternitatis vestre Rme nuper recepimus tenorem continens infrascriptum. Willmus permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie Primas et aplice sedis legatus, Dilecto nobis in xpo Religioso viro dno Thome Goldstone sacre theologie professori Priori ecclie nre metropolitice xpi Cant. Salutem graciam et ben. Cum nobis diuina fauente clemencia ecclesiam nram metropolitanam xpi Cant antedictam ac vos et singulos commonachos eiusdem ecclie nre et ceteros commorantes in eadem Necnon clerum et populum vtriusque Ciuitatis dioc et prouincie Cantuarien tam in capite quam in membris ad honorem dei et animarum salutem deo dante proponimus actualiter visitare et defectus inibi repertos correctione seu reformatione necessaria indigentes canonice corrigere, et in statum debitum pro viribus nris reformare, Vos igitur tenore presencium peremptorie citamus et per vos omnes et singulos commonachos eiusdem ecclie nre et alios commorantes in eadem qui huiusmodi visitacionem nram se de iure submittit in dicta ecclia nra exercendam subire tenentur citari volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis in domo Capitulari ecclie nre predicte die Martis proximo post festum Natiuitatis bte Marie Virginis videlicet Nono die mensis Septembris prox futur cum continuacione dierum extunc sequencium si oporteat huiusmodi nram visitacionem iuxta iuris exigenciam humiliter prout decet subituri vlteriusque facturi et recepturi quod canonice dictauerint sanctiones. Vobis etiam tenore presencium inhibemus, et per vos omnibus et singulis quibus de iure seu consuetudine inhibendum fuit inhiberi volumus et mandamus, ne quicquam in preiudicium visitacionis nre huiusmodi attemptetis vel attemptent, faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari, sub pena iuris. Et quid in premissis feceritis nos dictis die et loco per literas vestras patentes, de die vero recepcionis presencium, ac de modo et forma execucionis vestre harum seriem continentes vnacum nominibus per vos citatorum in ea parte in quadam sedula vestro certificatorio annectenda conscriptis reddatis distincte et aperte certiores. Dat in Manerio nro de Knoll xxiij° die mensis Augusti, Anno dni Millesimo quingentesimo vndecimo Et nre Trans Anno octauo. Cuius auctoritate mandati omnes commonachos nostros qui dicte visitacioni huiusmodi interesse debebunt peremptorie citauimus quod compareant personaliter coram vobis die et loco in dicto preinserto mandato contentis dicte vestre visitacionis effectum humiliter suscepturi facturique vlterius et recepturi cum continuacione et prorogacione dierum sequencium quod tenor mandati vestri prescripti exigit et requirit. cui etiam mandato quatenus nos concernit secundum eius formam et effectum parebimus vt conuenit reuerenter. Nomina vero et cognomina citatorum omnium qui dicte visitacioni predicte interesse tenentur in sedula huic annexa scripsimus contineri. Dat in domo nra Capitulari sub sigillo nro communi secundo die mensis Septembris Anno dni supradicto.

Tenor sedule predicte sequitur.

Dns Thomas Goldston prior. Johannes Broke. Jacobus Burton. Johannes Lee. Ricardus Marshall
Henricus Northgate. Ricus Copton. Ricus Deryng. Willmus Chichele. Johannes Sawsbery. Henricus Addisham
Willmus Ingram. Johes Goldwyston. Willmus Molasch. Johes Waltham. Johes Mer[illegible]. Thomas Ykham. Johannes
Antony. Rogerus Benett. Johannes Sudbury. Willmus Chartham. Thomas Asshe. Johannes Dunston. Johes Hensfeld

Nicholaus Clement, Alexander Stapull, Thomas Anselme, Johannes [illegible], Thomas Goldwell in studio parisien, Johannes
Burne, Johannes Idden, Johannes Garrard, Ricardus ffemsham, Willelmus Wynchepe, Willelmus Gyllyngham in studio [illegible],
Ricardus Bekyngham, Johannes Worthm, Johannes Langdon, Willelmus Taylor, Michael Hulle, Thomas Lee, Johannes Crosse, Thomas
Hawkerst, Johannes Woodnysborowe, Edwardus Bokyng [illegible], Johannes Sheppey, Johannes Newbery, Walterus Hartford,
Jacobus Hartey [illegible], Ricardus Tonge, Willelmus Crofton, Willelmus Gyllyng [illegible], Willelmus Hadley [illegible], Willelmus
ffarley, Willelmus Bredgar, Johannes Morton, Thomas Goldston, Thomas Bekett, Johannes Oxney, Willelmus Wyngham, Johannes
Wynchelse, Antonius Holden [illegible], Jasper Capton [illegible], Johannes Ely, Robertus Boyle, Robertus ffontyn, et
Stephanus Cranbroke, Rogerus Estry, Johannes Elham, Willelmus Pelham, Thomas Wolfryd, Guido Chylenden, Willelmus
Lychefeld, Ricardus Sadmsham, Ricardus Benyngton, Michael Harste, Johannes Holyngborn, Edmundus Marshall, Johannes Lamber-
hurste, Johannes Asshford. **Nomina noviciorum non professorum.** Ricardus Thornden, Laurencius [illegible],
Willelmus Petham, Robertus Otford, Johannes Sansbury, Robertus Holden, Johannes Charte, Willelmus Sandwych.

Die martis videlicet nono die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo Reverendissimus in christo pater et dominus
dominus Willelmus permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis Legatus suam visitationem
Metropolitanam in domo Capitulari ecclesie sue metropolitane christi Cant personaliter inchoavit, missa primitus de Spiritu sancto
in alto choro eiusdem ecclesie solemniter per priore dicte ecclesie celebrata. Ac subinde sermone in latino eloquio per egregium virum
magistrum Clementem Browne sacre theologie professorem publice et intelligibili voce pronunciato, assumpto pro themate: Vide
et visita vineam istam. Ac deinde finito sermone Dominus Thomas Goldston prior predictus exhibuit coram dicto Reverendissimo in christo
patre certificatorium sub sigillo communi sigillatum, unacum scedula eidem annexa nomina omnium et singulorum commonachorum continente,
tunc et ibidem exhibuit, quo per magistrum Cuthbertum Tunstall utriusque iuris doctorem ac Cancellarium dicti Reverendissimi patris [illegible]
prescriptus Reverendissimus pater ad examinationem dicti prioris et commonachorum suorum secrete et singillatim processit etc.

Item decimo die dicti mensis Septembris in domo Capitulari predicta dictus Reverendissimus pater tunc et ibidem iudicialiter sedens assignavit
dicto priori et commonachis eiusdem ecclesie Cath officia in eadem habentibus ad conficiendum planum plenum et verum compotum de
statu totius monasterii dicte ecclesie Cath, et quod exhibeant eundem compotum in scriptis redactum coram eodem Reverendissimo patre aut commissario
suo in hac parte primo die mensis Aprilis proxime futuro. Quibus gestis et factis predictus Reverendissimus in christo pater tunc et ibidem
continuavit huiusmodi suam visitationem sic ut premittitur inchoatam, in omnibus et singulis causis et negociis concernentibus visitationem eiusdem
Reverendissimi patris tam in dicta ecclesia sua metropolitana christi Cant quam in omnibus et singulis causis et negociis concernentibus visitatio-
nem suam in Civitate et diocesi sua Cant exercendam usque ad et in primum diem mensis Septembris proxime futurum et ad quemlibet
diem iuridicum citra et infra. Ac ulterius tunc et ibidem idem Reverendissimus pater continuavit visitationem suam predictam per ipsum
Reverendissimum patrem aut commissarios suos exercendam per totam provinciam suam Cant exercendam usque ad et in septennium extunc
proxime futurum et in quemlibet annum et diem iuridicum citra et infra, et sic de anno in annum prout eidem Reverendissimo patri melius vide-
bitur expedire etc. presentibus tunc ibidem priore et Capitulo eiusdem ecclesie Cath magistro Cutberto Tunstall utriusque iuris doctore
ac Cancellario prescripti Reverendissimi patris magistro Thoma Bashurche clerico, et Willelmo Potkyn notario publico Scriba
in hac parte assumpto etc.

Ac deinde tunc et ibidem dictus Reverendissimus pater commisit potestatem suam domino Thome Goldston priori dicti monasterii per-
domino Thome Ickham precentori, domino Johanni Waltham granitori, domino Johanni Salisbury magistro mense, domino Willelmo Ingram peni-
tenciario, domino Johanni Dunston granitori, et domino Johanni Bukyngham quarto priori ad reformandum quosdam defectus quos idem
compertos in dicta visitatione citra primum diem mensis Aprilis proxime futurum et quod exhibeant et referant in scriptis eidem Reverendissimo
patri in dicto primo die Aprilis de reformatione huiusmodi defectuum facta etc.

Decimo die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo in capella palacii Reverendissimi in christo
patris et domini domini Willelmi permissione divina Cant Archiepiscopi situat. Idem Reverendissimus pater visitavit capellanos Cantuariarum sequentes.
Dominus Jacobus Curson. Dominus Ricardus Person. Capellani domini Edwardi principis.
Dominus Robertus Eton. Dominus Thomas Strongman. Capellani Johannis Episcopi Lincoln.
Dominus Philippus Tayllor. Dominus Thomas Sydrake. Capellani Arundell.
Dominus Johannes Cusshyn, Capellanus Brenchesley.
Dominus Robertus Richemond. Dominus Johannes Heth. Dominus Johannes Fox. Dominus Thomas Nicols. capellani elemosinarie ecclesie christi.
Qui quidem Capellani tunc et ibidem exhibuerunt literas ordinum ac literas fundationum Cantuariarum suarum etc.

Mandatum directum priori et Conventui sancti Gregorii extra Muros Civitatis Cant
pro visitatione Metropolitica in domo capitulari ibidem exercenda sequitur.

Willelmus permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis Legatus Religiosis viris
Priori et Conventui sancti Gregorii extra muros Civitatis Cant Salutem graciam et benedictionem. Susceptum cura Regiminis nos
impellit ut vicia extirpando, ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur.
Et quia nos prioratum vestrum predictum vosque et ceteros commorantes in eodem tam in capite quam in membris summe
domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum
pro viribus reformare. Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus, et si qui absentes sint qui visitationi nostre
huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus, quod
compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra capitulari [illegible] die mensis Septembris
proxime futuro cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium visitationem nostram ordinariam huiusmodi subituri ac super
inquirendis a vobis et ab eis que dignam exposcunt correctionem meram et expressam veritatem dicturi. Ac fundationem
[illegible] obitus nobis et ecclesie nostre Metropolitice christi Cant debitum prestituri. Vos quoque prior titulum vestri necnon statum
[illegible] nobis aut domino nostro commissario exhibituri et ostensuri et [illegible]
torum vestri prioratus tunc et ibidem coram nobis aut domino nostro commissario exhibituri et ostensuri et [illegible] nostre [illegible]
pendentes nobis et [illegible] cum dimissionibus procurationes etiam pro tunc [illegible] visitationis huiusmodi nobis et nostre ecclesie christi
Cant debitas soluturi. Ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi visitationis nostre officium de se exigit et requirit. Et
que in ea parte canonice dictaverint sanctiones. Inhibemus insuper vobis priori et Conventui ac aliis supradictis ne
vos aut vestrum quisquam in preiudicium dicte nostre visitationis interim attemptetis vel attemptari faciatis seu aut faciat aliqualiter
attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco una
cum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in scedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras
patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus.
Datum in manerio nostro de Knoll [illegible] die mensis Augusti, Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo, Et nostre Translationis Anno
Octavo etc.

Certificatorium eiusdem mandati unacum nominibus et cognominibus monachorum predicti
Prioratus sub sigillo communi dictorum Prioris et Conventus sequitur.

Reverendissimo in christo patri ac domino domino Willelmo permissione divina Cant Archiepiscopo totius
Anglie primati et apostolice sedis legato. Vester humilis et devotus frater Thomas Prior ecclesie sive prioratus sancti
Gregorii extra muros Civitatis Cantuarie obedienciam et reverenciam tanto patri debitas cum honore. Literas vestras Reverendissime

paternitatis vestre recepimus sub eo qui sequitur tenore verborum. Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus etc. Cuius auctoritate vocavimus omnes et singulos confratres nostros et concanonicos quorum nomina in cedula annexa continentur peremptorie citavimus quod compareant coram paternitate vestra Reverendissima vel vestris in hac parte commissariis die et loco in mandato vestro contentis facturi in ea parte et recepturi quod tenor eiusdem mandati exigit et requirit (domino Cantabrigie studente duntaxat excepto) Et sic mandatum vestre Reverendissime paternitatis humiliter obedienter sumus executi / In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apposuimus / Dat' in domo nostra Capitulari primo die Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo.

Tenor cedule predicte sequitur.

Dominus Thomas Welles prior. Dominus Walterus Canterbury supprior / Dominus Willelmus Dover. Dominus Edmundus Faversham sacrista / Dominus Willelmus Taylour precentor / Dominus Johannes Cambrige / Dominus Stephanus Cobham / Dominus Dunstanus Northgate / Dominus Willelmus Brabone / Dominus Willelmus Hadeley est studens Cantebrigge.

Undecimo die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo In domo Capitulari domus sive prioratus sancti Gregorii extra muros Civitatis Cant' prescriptus Reverendissimus pater visitavit dictum prioratum tam in capite quam in membris et visitationem suam in eadem exercuit / sermone primitus facto / per venerabilem patrem dominum Johannem Gironen' Episcopum assumpto pro themate / Cur igitur stas foris [illegible] domini /. Ac finito sermone venerabilis frater dominus Thomas Welles prior dicti prioratus tunc et ibidem exhibuit coram eodem Reverendissimo patre certificatorium prescriptum communi sigillo dicti prioratus sigillatum iuxta formam mandati dicti Reverendissimi patris etc. quam quidem visitationem dicti prior et Conventus humiliter prout decuit tunc et ibidem subierunt et agnoverunt etc.

Dominus Thomas Welles prior dicti prioratus per sex annos / Primo examinatus de divino servitio / deinde de observantia Regule sancti Augustini in eadem domo / Ac etiam de statu dicti prioratus / dicit quod omnia sunt observata iuxta dictam Regulam sancti Augustini / Examinatus de suo consensu / dicit quod Archiepiscopus Cant' est fundator domus / et quod Lanfrancus Archiepiscopus Cant' ordinavit in eadem domo sex presbiteros seculares et xij clericos / et postea per alium Archiepiscopum Cant' dicta fundatio fuit mutata et instituti in canonicos Regulares.

Dominus Walterus Canterbury supprior dicit quod dominus Willelmus Taylour preceptor est nimis rigorosus in officio suo confratribus suis et timet quod si diutius manserit in officio erit magna contentio inter fratres / et quod in absentia prioris et supprioris est presidens Capituli / cum tamen alii confratres sunt magis discreti et magis apti ad illud officium.

Item dicit quod dominus prior facit computum confratribus suis in temporalitate sed non in spiritualitate. Ita quod possunt inspicere in eodem computo / Et quod confratres dicti prioratus non sciunt statum eiusdem prioratus.

Dominus Willelmus Dover concordat cum supprior quo ad computum.

Dominus Edmundus Feversham sacrista concordat cum supprior quoad computum.

Dominus Willelmus Taylour preceptor concordat quoad computum cum supprior.

Dominus Johannes Cambrige dicit quod dominus Prior non facit computum de statu prioratus in scriptis / sed verbotenus coram confratribus suis /

Item quidam Johannes Humfrey pincerna dat confratribus suis nimis tenuia [illegible] extra voluntatem Prioris /

Item dicit et concordat cum Supprior quo ad preceptorem.

Dominus Stephanus Cobham dicit quod predictus preceptor est maximus seminator discordie inter confratres suos Et dicit quod non est aptus pro illo officio quia nescit cantare /

Dominus Dunstanus Norgate desiderat quod amoveatur dictus preceptor ab officio suo quia non est aptus pro ipso officio in cantu et est seminator discordie inter confratres suos. Item dicit quod non habent pulsatorem campanarum / sic quod diversis vicibus confratres sunt absentes a divinis ob defectum pulsatoris.

Iniunctiones facte per dictum Reverendissimum patrem in dicto prioratu sancti Gregorii extra muros Civitatis Cant' / dicto xjmo die Septembris tunc et ibidem iudicialiter sedens.

Deinde tunc et ibidem idem Reverendissimus pater iniunxit eidem priori quod Regule sancti Augustini observentur in dicto prioratu / Et dictus Reverendissimus pater iniunxit domino priori quod deinceps exhibeat et ostendat singulis annis computum de statu totius prioratus coram confratribus suis in scriptis redactum.

Item quod quilibet officiarius faciat computum de officiis suis singulis annis /

Item dominus assignavit dicto priori quod conficiat planum plenum et verum computum de statu totius prioratus de singulis annis videlicet de anno in annum a tempore quo stetit prior in dicto prioratu usque ad hodiernum diem / et quod exhibeat eundem computum in scriptis redactum coram Reverendissimo patre primo die Aprilis vel citra una cum Inventario omnium bonorum et iocalium dicti prioratus tempore ingressus sui et cum Inventario omnium bonorum etc. in presentiarum.

Item tunc et ibidem prescriptus Reverendissimus pater iniunxit dicto Willelmo Taylour preceptori quod nullo modo decetero faciat aliquas discordias inter confratres suos sub pena amotionis ab officio suo.

Ac deinde tunc et ibidem dictus Reverendissimus pater ex certis causis legitimis animum suum in ea parte moventibus continuavit huiusmodi visitationem suam sic ut premittitur inchoatam usque ad et in primum diem mensis Septembris proximo futuri et ad quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuerit et pro reformatione inibi reformandorum expedire etc.

Mandatum directum Priorisse et Conventui monialium sancti Sepulcri pro visitatione Metropolitica ibidem in domo Capitulari exercenda sequitur.

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Religiosis mulieribus Priorisse et Conventui domus sive prioratus monialium sancti Sepulcri iuxta Cantuar' dioc'. Salutem gratiam et benedictionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vitiis extirpandis et virtutibus plantandis iuxta officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos prioratum vestrum predictum vosque et ceteras commorantes in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus reformare Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus et si que absentes sint que visitationi huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra Capitulari xvj° die mensis Septembris proximo futuro cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium visitationem nostram ordinariam humiliter subiture / Ac super inquirendis a vobis et ab eis que digna expossunt correctionem meram et expressam debite dictur / Ac juramentum canonice obediencie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cant debitum prestitur / Vosque priorissa predicta titulum vestrum utriusque status totius vestri prioratus tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibitur et ostensur et veras copias eorundem penes nos et registrum nostrum dimissur / Procuraciones etiam procurabit racione visitacionis huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cant debitas solutur / Ulteriusque facturus et recepturus quod huiusmodi visitacionis nostre officium de se exigit et requirit / et que in ea parte canonice dictaverint sanctiones / Inhibemus insuper vobis priorisse et conventui de aliis supradictis ne vos aut vestrum quisque in preiudicium dicte nostre visitacionis interim attemptetis vel attemptent faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco vestrarum nominibus et cognominibus citatarum huiusmodi in sedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas / In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus Dat in manerio nostro de Knoll xxvij die mensis Augusti / Anno domini millesimo quingentesimo undecimo / Et nostre translacionis Anno octavo /

Certificatorium eiusdem mandati una cum nominibus et cognominibus monialium predicti prioratus sub sigillo communi dicte priorisse et conventus sequitur.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis legato / Alioque vestro cuius in hac parte commissario cuicumque / Vestre humiles et religiose mulieres Mildreda Hale priorissa et conventus domus sive prioratus monialium sancti Sepulcri iuxta Cant diocesis Cant omnimodas reverencias tanto patri debitas cum honore literas vestras Reverendissimas nuper cum ea qua decuit reverencia in domo sive prioratu predicto noveritis nos recepisse iuxta vires exequendas tenorem qui sequitur in se continentes **Willelmus** permissione divina Cant Archiepiscopus etc. Quarum quidem literarum vestrarum Reverendissimarum auctoritate et vigore omnes et singulas consorores et commoniales dicte domus sive prioratus monialium sancti Sepulcri ad negocium visitacionis vestre ibidem expediendum de iure vel consuetudine qualitercumque citari seu evocari solitas sive consuetas infra scripta domus sive prioratus supradicti personaliter apprehensas citavimus et ex parte vestra monuimus quatenus die et loco in literis vestris Reverendissimis plenius descriptis etiam cum continuacione et prorogacione dierum si visum fuit extunc sequentium coram vobis vel vestro in ea parte commissario legitime compareant visitacionem vestram huiusmodi regularem subiture / Ulteriusque recepture quod qualitas et natura negocii visitacionis huiusmodi de se in hac parte exigunt et requirunt / Nomina vero et cognomina omnium et singularum consororum et monialium per nos iuxta vim formam et effectum litterarum vestrarum Reverendissimarum prescriptarum monitarum et citatarum in sedula presentibus annexa dilucide continentur. Et sic literis vestris Reverendissimis sepedictis mero et mandato vestro Reverendissimo descriptis in eisdem quantum ad personam nostram attinet cum ea qua decuit reverencia paruimus et obedivimus parate quoque ad omnia et singula alia iuxta vim formam et effectum earundem secundum quod permittitur debite fienda exequi. In cuius rei testimonium presenti certificatorio nostro sigillum nostrum commune apposuimus / Dat in prioratu nostro monialium sancti Sepulcri predicto octavo die mensis Septembris Anno domini millesimo quingentesimo undecimo /

Decimotercio die mensis Septembris Anno domini millesimo quingentesimo undecimo. In domo Capitulari prioratus monialium sancti Sepulcri prescripti Reverendissimus pater visitavit dictum prioratum tam in capite quam in membris primitus sermone facto per magistrum Andream Benstede artium magistrum assumpto pro themate / Audi filia et vide et inclina aurem tuam. Ac recepto certificatorio prescripto sigillo communi dicti prioratus sigillato et vocatis preconizatis etc. Continuata est huiusmodi visitacio usque ad et in primum diem Septembris proxime futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuit / et pro reformacione inibi reformandorum expediendi etc.

Dna Mildreda Hale Priorissa dicti prioratus examinata per dictum Reverendissimum patrem de divino servicio ac de observancia Religionis sue viz. Regule sancti Benedicti / et de statu totius huiusmodi prioratus / dicit quod non surgunt ad matutinas in media nocte / sed in aurora ea de causa quod clausure claustri sunt in reparande / et tecture domorum sunt in tegende / Et dicit quod diversis vicibus audiebant magnos tumultos circa ecclesiam /

Dna Johanna Hamstede concordat cum priorissa / Dna Agnes Stabilgate / Dna Margareta Ffarke. Domina Katerina Preston. Domina Philippa Jane

Injunctiones facte per dictum Reverendissimum patrem in dicto prioratu monialium sancti Sepulcri / tunc et ibidem Judicialiter sedentem

Item tunc et ibidem dictus dominus iniunxit dicte priorisse quod conficiat plenum planum et verum compotum in scriptis redactum de statu totius prioratus tam tempore ingressus sui una cum inventario omnium bonorum et iocalium pertinentium dicto prioratui quam nunc instanti et per septem annos elapsos / et quod exhibeat eundem compotum una cum inventario predicto coram eodem Reverendissimo patre citra festum Pasche proxime futurum /

Item quod singulis annis in futurum dicta priorissa exhibeat compotum de statu dicti prioratus coram consororibus suis videlicet semel in Anno in domo Capitulari eiusdem Prioratus etc. /

Domus sororum sancti Jacobi extra muros Civitatis Cant.

Decimotercio die mensis Septembris predicto / Anno domini millesimo quingentesimo undecimo Magister Cuthbertus Tunstall utriusque Juris doctor Cancellarius prescripti Reverendissimi patris domini Willelmi Archiepiscopi Cant vice et auctoritate eiusdem Reverendissimi patris visitavit domum sororum sancti Jacobi extra muros Civitatis Cant tam in capite quam in membris etc.

Dna Agnes Yuys Priorissa dicte domus lxxx annorum etatis dicit quod ipsa et consorores sue non habent panes et ligna prout habuerunt in defectu supprioris ecclesie Christi Cant prout prius dixit / coram dicto commissario in ultima visitacione eiusdem domus /

Item dicit quod Ricardus Welles palam manet infra precinctum istius domus / cuius uxor vendit servisiam infra precinctum dicte domus et ipsi sunt nimis rigorosi contumeliosi et seminatores discordiarum / et est magnus concursus populi ad domum predictam etc. /

Dna Johanna Chambers / lxxxiiij annorum etatis soror in dicta domo per quadraginta annos et ultra /
Dna Alicia Bromfeld lxxx annorum etatis soror in dicta domo per xxx annos /
Dna Editha Kent xxxx annorum etatis soror in dicta domo per xviij annos /
Dna Johanna Crofte. L. annorum etatis / soror in dicta domo per tres annos

Omnes iste sorores examinate singillatim dicunt et quelibet earum dicit / quod priorissa est diffamatrix dictarum sororum quia dicit publice easdem diversis vicibus quod sunt incontinentes et precipue meretrices in magnum scandalum dicte domus et sororum eiusdem domus /

Injunctiones facte per dictum dominum Commissarium in dicta domo sororum sancti Jacobi tunc et ibidem Judicialiter sedentem /

Ac tunc et ibidem dictus Commissarius iniunxit dicte priorisse quod in futurum non vocet consorores contumeliose consorores suas nec precipue meretrices. Et iniunxit omnibus et singulis sororibus quod sint obedientes et intendentes dicte priorisse prout statuta et professio earundem requirunt /

Item tunc et ibidem dictus commissarius continuavit visitacionem dicti Reverendissimi patris usque ad et in primum diem Septembris proxime futurum et in quantum licet dictum citra et infra prout sibi melius visum fuerit pro reformatione inibi reformandorum expedire etc.

Mandatum directum preposito et Canonicis Collegii de Wyngham pro visitatione metropolitica in domo Capitulari eiusdem exercenda sequitur.

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus venerabilibus viris Preposito et Canonicis Collegii de Wyngham nostre Cantuariensis diocesis Salutem graciam et benedictionem. Suscepti regiminis cura nos impellit ut vicia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus impleri nitamur. Et quia nos Collegium vestrum predictum vosque et ceteros commorantes in eodem tam in capite quam in membris annuente deo proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum prout convenit reformare, Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus, et si qui absentes sint qui visitationi nostre huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et per nos citari volumus et mandamus, quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo capitulari vestri collegii predicti die martis videlicet xvj° die mensis Septembris proxime futuro cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium visitationem nostre officii humiliter subituri ac super inquirendis a vobis et ab eis que digna exposcunt correctionem meram et expressam veritatem dicturi ac iuramentum canonice obedientie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis debitum prestituri. Necnon titulos vestros ac statum totius collegii predicti quatenus quemlibet vestrum concernit tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibituri et ostensuri et veras copias eorundem penes nos et Registrum nostrum dimissuri. Procurationes etiam pro tunc ratione visitationis huiusmodi nobis et dicte nostre ecclesie Christi Cantuariensis debitas soluturi, ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi visitationis nostre officium de se exigit et requirit et que in ea parte dictaverint canonice sanctiones. Inhibemus insuper vobis preposito et canonicis ac aliis supradictis ne vos aut ipsi quicquam in preiudicium dicte nostre visitationis interim attemptetis vel attemptent, faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco vnacum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in scedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Datum in Manerio nostro de Knoll xxij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo Et nostre translationis Anno octavo.

Certificatorium eiusdem mandati vnacum nominibus et cognominibus citatorum Collegii predicti sub sigillo communi eiusdem Collegii sequitur.

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Willelmo divina permissione Cantuariensis Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato, Vester humilis et devotus Henricus Edyall prepositus collegii vestri de Wyngham et eiusdem collegii canonici omnimodas reverentias tanto patri debitas cum honore. Mandatum vestrum reverendissimum in Manerio vestro de Knoll xxij° die mensis Augusti ultimo preterito sub sigillo vestro Archiepiscopali ad nos datum ea qua decuit reverentia accepimus in hec verba. **Willelmus** permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Venerabilibus viris Preposito et canonicis Collegii de Wyngham nostre Cantuariensis diocesis Salutem graciam et benedictionem. Suscepti Regiminis cura nos impellit ut vicia extirpando etc. **Cuius** quidem mandati vigore vicarios chorales stipendiarios Cantaristas ac capellanos quoscumque tam in ecclesia Collegii vestri predicti quam in capellis eidem collegio annexis curate annexarum deservientes seu divina celebrantes, ac insuper gardianos et quosquamque alios idoneos parochianorum de Wyngham et de capellis predictis necnon absentes quos huiusmodi visitationi vestre quoquo modo interesse debere putavimus iuxta morem antiquum citari fecimus peremptorie quod compareant coram vobis aut vestro commissario diebus et locis in vestro mandato descriptis visitationem vestram ordinariam inibi exercendam prout ad quemlibet pertinet humiliter subituri facturique ulterius et recepturi in omnibus et per omnia iuxta vestri formam et effectum vestrarum literarum reverendarum. Inhibuimus insuper et inhiberi fecimus omnibus et singulis quibus ius exigit in hac parte inhibendis ne pendente visitatione vestra huiusmodi quicquam in preiudicium eiusdem attemptent seu attemptari faciant quomodolibet. Et sic mandatum vestrum reverendum humiliter exsecuti sumus. Nomina vero et cognomina omnium et singulorum ut premittitur citatorum et monitorum in scedula presentibus annexa continentur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Datum xvj° die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo.

Tenor scedule citatorum.

Ecclesia de Wyngham. Prepositus ibidem: Magister Henricus Edyall. Canonici. Dominus Ambrosius payne, Dominus Thomas kery. Dominus Johannes Williams, Magister Robertus Woodwarde doctor, Magister Thomas Dryffelde, Magister Robertus Cowper doctor. Vicarii chorales. Dominus Thomas Bartelott, Dominus Johannes Mullett, Dominus Johannes Gellyff. Dominus Robertus dobbys. Stipendiarius. Dominus Thomas pemorke alias glover. Clerici chorales. Johannes Berke. Ricardus Banks. Johannes Morys. Willelmus de la towre. Gardiani. Edwardus Gotendy, Thomas Pynder. Parrochiani. Johannes Bergh, Johannes page, Thomas Morett, Ricardus Skelton.

Capella de Asshe. Capellanus parochialis ibidem Dominus Thomas Bode. Cantariste. Dominus Willelmus Rogers, Dominus Johannes Ireland. Gardiani. Ricardus Eghurst. Symon Garson. parrochiani. Raymundus harflett, Ricardus Abrett, Ricardus Marshall, Stephanus Sadoter.

Capella de Overland. Capellanus parochialis ibidem Dominus Johannes Bode. Gardiani. Edmundus Horhyne, Willelmus Lewys. Parrochiani. Johannes Perry, Nicholaus Seynt Nicholas, Willelmus Sayer, Laurentius Moote.

Capella de flete. Capellanus parochialis ibidem frater Cristoferus de loco eiusdem. parochiani. Galfridus Creke. Thomas Scolde.

Godneston. Capellanus parochialis ibidem Dominus Johannes Goodfellowe. Gardiani. Willelmus Corall, Willelmus Mylbar. Parrochiani. Radulphus Tooke, Willelmus Godneston. Johannes hamond. Robertus Mylbar.

Nonyngton. Capellanus parochialis ibidem. Dominus Rogerus Tolus. Gardiani. Ricardus Roger. Nicholaus Andrew. parochiani. Johannes Boys, Robertus Austyn. Stephanus Nyll, Symon Mylbar.

Wymondeswold. Capellanus parochialis ibidem Dominus Johannes Cargill. Gardiani. Johannes Goram, Thomas Best. Parrochiani. Willelmus Gost, Willelmus Aden.

Decimosexto die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo in Cancello magno dicti Collegii de Wyngham Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus iure suo metropolitico visitaturus dictum Collegium tam in capite quam in membris ac clerum et populum Capellarum eidem Collegio annexarum, Sermone premisso per Magistrum Gabrielem Silvester sacre theologie professorem, sumpto hoc pro themate: Inter medios clerorum etc. ac deinde Certificatorio sigillo communi dicti Collegii sigillato recepto etc. et ibidem publice plecto &c. quam quidem visitacionem dicti prepositus et canonici huiusmodi subierunt et agnoverunt &c.

Magister Henricus Ediall prepositus dicti Collegii examinatus per dominum Reverendissimum patrem de divinis serviciis et de statu totius Collegii &c. dicit quod ubi ex fundatione essent octo vicarii chorales ibidem et iam sunt tantum quatuor et non plures.
Item quod in statutis continetur quod prepositus et quilibet canonicus habeant unum vicarium choralem in ordine sacerdotali vel diaconali ita quod possit in proximo ordine in presbiterum ordinari.
Item quod quilibet canonicus post finem anni primi residentie sue tenetur dare dicto collegio per statuta eiusdem unum ornamentum.
Item quod quilibet canonicus servabit residentiam in propria domo et mensa, quod nullus eorum canonicorum observat ut dicit.
Item quod domus Magistri Ambrosii Payne canonici ibidem eget reparatione et est multum ruinosa.
Item quod prepositus habet tamen duo beneficia incompatibilia et habet ad exhibendum pluralitatem apud Lamehith in festo adventus proximo.
Item ex parte prioris et Capituli ecclesie Christi Cant exhibita est quedam billa contra prepositum et canonicos Collegii de Wingham pro exercicio visitationis per priorem et Capitulum ecclesie Christi Cant in eorum sede Archiepiscopali vacante.

Magister Robertus Wodward exhibuit collationem sue prebende in hoc collegio de Wingham et installationem.
Item exhibuit billam pro reformatione fienda in hoc Collegio.
Item dicit quod dominus Willelmus Roger Cantarista de Asshe est monachus Cisterciensis ordinis.

Magister Johannes Williamson canonicus dicti Collegii exhibuit sue prebende &c. Et dicit quod est statutum quod quilibet canonicus ex statutis habet unum vicarium choralem in ordine sacerdotali constitutum. Tamen dicit quod Reverendissimus pater dominus Thomas Bourgchier Cardinalis Cant Archiepiscopus tempore Magistri Thome Rotherham tunc prepositi istius collegii eo quod quilibet vicarius tenetur quatuor libras per annum instituit, quod essent ibidem quatuor vicarii in ordine sacerdotali vel diaconali et quatuor clerici seculares ut audivit dici. Item quod domus Magistri Ambrosii Payne est irreparata.
Item exhibuit billam supradictam per Magistrum Robertum Wodward exhibitam.

Dominus Thomas Kery canonicus ibidem non exhibuit, habet ad exhibendum institutiones unacum pluralitate beneficiorum citra festum omnium sanctorum proximo apud Lamehith. Exhibuit idem dominus Thomas coram domino apud Lamehith dictas literas unacum dispensatione apostolica. Et exhibuit billam prius exhibitam per Magistrum Robertum Wodward.

Dominus Ambrosius Payne canonicus ibidem, quem dominus monuit ad sufficienter reparandum domum suam infra annum proximo futurum sub pena amotionis, et habet duo beneficia incompatibilia ad exhibendum institutiones et pluralitatem citra festum omnium sanctorum proximo. Comparuit coram domino apud Lamehith et exhibuit dispensationem apostolicam et institutiones.

Dominus Johannes Aylett vicarius ibidem exhibuit literas ordinum in Curia Romana ordinatus.

Dominus Thomas Glover exhibuit literas ordinum incomplete &c. Ideo dominus monuit eundem quod amodo non celebrabit infra diocesim suam aut iurisdictionem ecclesie sue Christi immediatam et quod amoveat se ab eisdem diocesi et iurisdictione immediata post festum sancti Michaelis proximo futurum.

Dominus Johannes Joliff vicarius etiam ibidem in monachum professus bullam exhibuit dispensationis apostolice de non deferendo habitum monachalem, qua dispensatione dominus non admisit. Sed monuit eundem quod amoveat se a sua diocesi et iurisdictione immediata post festum sancti Michaelis Archangeli. Et tunc ibidem idem dominus Johannes confessus est se fuisse professum in Monasterio de Cutsham per xiiij annos.

Insuper ipsi vicarii dicunt quod solebant ab antiquo habere octo vicarios et iam non habent preter quatuor et petunt quod numerus eorum augeatur ad priorem numerum. Item dicunt quod a quolibet eorum subtrahitur una marca sui stipendii.
Item dicunt quod ubi ab antiquo vicarii ibidem solebant promoveri ad beneficia per prepositum et canonicos iam promovent alios extraneos.
Item solebant habere quatuor choristas doctos, et iam habent tantum duos indoctos.
Item quod statuta numquam leguntur in publico eorum vicariorum. Et ideo ignorant utrum faciunt contra statuta vel non.
Item quod stipendiarii in Capellis non habent sufficiens stipendium.

Dominus Robertus Dobbis vicarius habet ad exhibendum literas ordinum suorum citra festum omnium sanctorum proximo futurum. Exhibuit literas eorundem ordinum coram domino apud Lamehith xviij° die Octobris Anno domini millesimo quingentesimo xj° per dominum Johannem Wilkyns capellanum Magistri Henrici Ediall.

Dominus Willelmus Rogers monachus professus in Monasterio de Boxley Cant dioc cantarista Capelle de Asshe, habet exhibendum dispensationem suam unacum licentia abbatis sui xx° die Octobris. Et monuit eundem quod interim non celebrabit in dicta sua Cantaria quousque exhibuerit. Et si hoc non fecerit quod ipso iure sit privandus ab ipsa Cantaria. Memorandum quod dictus dominus Willelmus non est dispensatus per bullam apostolicam pro habitu suo (eo non obstante utitur habitu secularis presbiteri).

Dominus Thomas Pennoke alias Glover stipendarius exhibuit literas ordinum suspectas et inde dominus monuit eundem quod exhibeat literas testimoniales super ordinatione sua in presbiterum citra festum omnium sanctorum, alioquin quod postea se amoveat a diocesi. Nono die mensis Octobris Anno predicto coram domino apud Lamehith dominus Thomas Pennoke comparuit et exhibuit literas testimoniales ordinum suorum sigillo Reverendi patris et domini domini Ricardi Herefordensis Episcopi sigillatas quas dominus admisit et licentiavit eundem ad celebrandum infra suam dioc.

Deinde dominus monuit omnes canonicos ibidem comparentes ad allegandum causam quare singuli canonici non debeant exhibere vicarios iuxta formam primitus statuti apud Lamehith coram eodem Reverendissimo patre citra quartum Novembris vel in eo. xxviij° die Octobris Anno predicto apud Lamehith comparuerunt personaliter coram domino Magister Robertus Wodward, Ambrosius Payne, et Johannes Williamson canonici dicte ecclesie quos dominus tunc et ibidem monuit, quod non recedant sine eius speciali licentia &c.

Deinde dominus continuavit visitationem suam ordinariam huiusmodi usque et ad primum diem Septembris proximo futurum et ad quemlibet diem citra et infra quo ipsum Reverendissimum patrem adesse contigerit, pro reformatione inibi reformandorum &c.
Item una billa clericorum ibidem exhibita coram domino pro reformatione &c.

Dominus monuit Stephanum Cristoforum quod amodo non celebret in ecclesia de Asshe et vicarium quod non permittat eundem ad sic celebrandum post festum sancti Michaelis proximo futurum et quod postea redeat in claustrum suum.
Et deinde dominus continuavit visitationem suam ut supra.
Et tunc ibidem dominus monuit canonicos quod faciant cancellos capellarum suarum sufficienter reparari.

Et deinde dominus monuit parochianos de Nonyngton ad reparandum navem ecclesie, et nisi hoc fecerint, dominus monuit curatum ibidem tunc presentem quod cessabit a divinis officiis ibidem.

Ecclesia Collegiata de Wyngham:

Billa exhibita per Magistrum Robertum Wodward, Magistrum Johannem Williamson et dominum Thomam Kery contra Magistrum Henricum Ediall prepositum ibidem et alios canonicos et vicarios ut patet per billam.
Item prefati canonici exhibuerunt aliam billam extractam ex statutis dicti collegii.
Item billa contra prepositum et canonicos pro bonis ecclesie.
Item alia billa prioris et Capituli ecclesie Christi Cant contra prepositum et canonicos pro visitatione habenda ibidem sede Archiepiscopali vacante.

Capelle de Asshe et Ouland.

Parrochiani exhibuerunt billam pro vicario ibidem habendo, et dicunt quod dominus Thomas Bede est Rector de Elmeston et deserit curam ibidem.
Item billa domini Johannis Ireland Cantariste de Asshe contra Julianam nuper uxorem Willelmi Crowmer de Sydingborne pro eo quod ipsa Juliana subtrahit nonnulla concernentia dictam Cantariam.
Item billa contra Ricardum Exherst et Simonem Sayer pro compoto de bonis ecclesie habendo ibidem.

Capella de Godneston.

Curatus et parrochiani ibidem exhibuerunt billam quod Johannes ffoord alias Thomas ffoggt de Asshford subtrahunt certas pecunias ecclesie ibidem.

Capella de Nonyngton.

Parrochiani de Nonyngton exhibuerunt billam continentem quod habentes terras et tenta infra dictam parochiam et commorantes extra parochiam recusant subire onus reparationis dicte ecclesie cum parochianis ibidem.
Item quod nonnulli subtrahunt legata facta ecclesie ut patet per billam.
Capellanus et parochiani ibidem dicunt quod canonici collegii de Wengham subtrahunt iiij li annue pensionis a Capellano de Nonyngton predicto.

Capella de Wymondlyngwelde.

Parrochiani ibidem presentant billam contra Johannem Nethersall et Thomam Snoth de Birchington quod subtrahunt bona ecclesie ut patet per billam.

Mandatum directum Priori et Conventui Sancti Martini novi operis Dovorr' pro visitatione metropolitica in domo capitulari ibidem exercenda sequitur.

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus, Religiosis viris Priori et Conventui Sancti Martini Novi operis Dovorr' Salutem, graciam et benedictionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vicia extirpando ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos prioratum vestrum predictum vos quoque et ceteros commensales in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione nostra indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus reformare, Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus, et si qui absentes sint qui visitationi nostre huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis coram nobis aut vicario in hac parte commissario in domo vestra capitulari xxvj° die mensis Septembris proximo futuro cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium visitationem nostram offerendam humiliter subituri, ac super inquirendis a vobis et ab eis que digna exposcunt correctione meram et expressam veritatem dicturi, ac iuramentum canonice obedientie nobis et ecclesie nostre Metropolitice Christi Cant' debitum prestituri, Vos quoque prior titulum vestri necnon statum totius vestri prioratus tunc et ibidem coram nobis aut dicto vicario commissario exhibituri et ostensuri et veras copias eorundem penes nos et Registrum nostrum dimissuri, Procurationes etiam proinde ratione visitationis huiusmodi nobis et dicte nostre ecclesie Christi Cant' debitas soluturi, ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi nostre visitationis officium de se exigit et requirit et que in ea parte dictaverint canonice sanctiones. Inhibemus insuper vobis Priori et Conventui ac aliis supradictis ne vos aut ipsi quicquam in preiudicium dicte nostre visitationis interim attemptetis vel attemptent faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco una cum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in scedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in manerio nostro de Knoll xxvij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo xj°. Et nostre Transl' Anno octavo.

Certificatorium eiusdem mandati una cum nominibus et cognominibus monachorum predicti prioratus sub sigillo communi dictorum Prioris et Conventus sequitur.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant' Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato, Johannes Sirwenens Prior Monasterii Sancti Martini novi operis Dovorr' omnimodam obedientiam in hac parte debitam cum honore. Literas vestras venerabiles cum ea qua decuit reverentia sexto die Septembris recepimus tenorem continentes infrascriptum. **Willelmus** permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus, Religiosis viris Priori et Conventui sancti Martini novi operis Dovorr' Salutem graciam et benedictionem. Suscepti cura Regiminis nos Impellit ut vicia extirpando ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos prioratum vestrum et vos ceterosque commensales in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione nostra indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus reformare, Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus etc. **Auctoritate** cuius mandati omnes et singulos confratres nostros et commonachos qui solent et debent huiusmodi causa huiusmodi commorari peremptorie citavimus quod dictis die et loco supradictis compareant visitationem vestram huiusmodi iuxta iuris exigentiam subituri, ulteriusque facturi et recepturi quod talis negotii qualitas exigit et requirit et canonice dictaverint sanctiones. Nomina et cognomina omnium et singulorum per nos in hac parte premunitorum et citatorum in scedula presentibus annexa plenius conscribuntur. Et sic mandata vestra paruimus reverenter et quatenus ad nos attinet in hac parte parebimus cum effectu. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' in Monasterio nostro supradicto Sexto die Septembris.

Nomina et cognomina fratrum ibidem sunt ista.

Johannes Sirwenens Prior. Dominus Thomas Shrewesbury supprior, Dominus Johannes Goodwyn, Dominus Johannes Cornwell capellanus, Dominus Ricardus Dovor celerarius, Dominus Johannes Cantabury, Dominus Johannes Elham tercius prior, Dominus Willelmus Heth sacrista, Dominus Ricardus Bory precentor, Dominus Alexander Dovor, Dominus Thomas Colman, Dominus Thomas Wesrot, Thomas Elham et Willelmus Saltwod vagantes in apostasia.

Decimooctavo die mensis Septembris Anno dni Millesimo quingentesimo undecimo In domo Capitulari Mon sancti Martini noui operis Douorr Reuerendissimus in xpo pr et dns dns Willmus Cant Archiepus visitauit dictum Mon tam in capite quam in membris sermone primitus facto per Mrm Clementem Browne sacre theologie professorem assumpto pro themate Nosce teipsum · Ac etiam recepto certificatorio sigillo com dicti Mon sigillato tunc et ibidem pnt· plectoque et visitacionem suam tunc et ibm exercuit, Dictamque visitacionem sic vt pfert· factam et exercitam prior et commonachi eiusdem prioratus humiliter prout decuit subierunt et agnouerunt etc. Et deinde tunc et ibm dns continuauit visitacionem suam vsque ad et in primum diem mensis Septembris proxime futurum, et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuit et pro reformacione inibi reformandorum expedierit etc.

Dns Johes Thornton Suffragan Epus prior dicti prioratus Examinatus de diuinis officijs de obseruancia Religionis sancti Benedicti in eadem Necnon de statu eiusdem Mon.

Dompnus Thomas Shrowesbury Supprior professus per xxj annos. Examinatus dicit quod Mon ob defectum reparacionis est ruinosum in pluribus locis.

Item quod officiarij ville Douorr subtrahunt mortuaria dicto Mon debita et ecclie sancti Martini predicte ville.

Item dicit quod nonnulli confratres sui habent continuum accessum ad villam viz officiarij Et dns monuit eos quod si huiusmodi officiarij exeant in villam quod non comedant aut bibant ibm.

Dompnus Johes Goodwyn Examinatus dicit officiarij dicte ville inferunt iniuria dicto Monasterio.

Item dicit quod celerarius et alij officiarij habent accessum ad villam vnde Mon est diffamatum apud seculares, et quod iniungatur eisdem quod sic non accedant etc.

Item quod Johannes Copledyke subtrahit a dicto Mon certas terras prope castrum Douorr.

Item quod Nicholaus Templeman maior dicte ville et opidani Douorr vltimo anno fecerunt molendinum et vendicant cursum aque ibm pertinere ad eos vbi huiusmodi molendinum et aqua pertinet ad dictum Mon a fundacione prima eiusdem.

Item quod vltimus prior obligauit dictum Mon in decem libris dno Willmo Marshall pro quadam annua pensione durante vita eiusdem Marshall.

Et quod dns Willmus Marshall vicarius de Appuldor rogatur ad exhibendum assignacionem pensionis sue apud Aldyngton.

Item quod omnes officiarij qui tenentur ad compotum prestant Iuramentum de fideliter compotum reddendo tam nunc electi quam imposterum eligendi.

Item quod maior et opidani dicte ville inferunt iniuriam dicto monasterio auferendo ab eis mortuaria ecclie sancti Martini dicte ville.

Dompnus Johes Cornewell Examinatus dicit quod Maior et opidani dicte ville subtrahunt mortuaria a dicto Mon ecclie sancti Martini a tempore fundacionis pertinent dicti Mon pertinentia ad priorem et Conventum eiusdem Mon ad reparacionem Cancelli ecclie sancti Martini ibm et quod prior et Conventus compelluntur ad reparacionem eiusdem.

Item quod quidam dns Thomas Rector de Charleton subtrahit nonnullas decimas prouenientes infra parochiam de Buckland huic Mon appropriat.

Dompnus Ricus Douorr Celerarius ibm dicit quod maior et opidani dicte ville subtrahunt mortuaria prout supra est depositum.

Dompnus Johannes Cantirbury dicit quod Maior et opidani subtrahunt mortuaria prout alij predeposuerunt.

Dompnus Johes Elham tercius Prior dicit prout alij dixerunt.

Dompnus Willmus Hethe Examinatus dicit quod sunt tres nouicij qui non sunt instructi in gramatica et quod non Instructorem preter Suppriorem et ille legit eis bis in septimana euangelium et non aliud.

Item quod Johannes Cowpledyke subtrahit diuersas terras iacen prope castrum a dicto Mon vt fertur.

Dompnus Ricus Bon precentor Examinatus dicit quod terre tenta et alia emolumenta Mon sunt ruinosa propter negligentiam priorum antecessorum prioris moderni.

Dompnus Alexander Douorr Nouicius dicit quod tercius prior ob leues offensiones punit eos et imponit contra eos nonnullas offensas indebite.

Item quod habent lintheamina linea et non de Stamyn iuxta Regulam sancti Benedicti.

Item quod non habent preceptorem ad instruendum eos in gramatica.

Dompnus Thomas Colman Nouicius Examinatus dicit etiam quod non habent preceptorem ad instruendum eos in gramatica.

Dompnus Thomas Westcourt Nouicius Examinatus dicit quod non habent instructorem qui instrueret eos in gramatica.

Item quod dormiunt in lintheaminibus lineis et non in stragulis factis de Stamyn.

Iniunctiones facte per dnm Reuerendissimum patrem in dicto Mon de Douorr dicto xviij die mensis Septembris tunc et ibm Iudicialiter sedentem.

Dns Iniungit Priori quod fratres sui non exeant in villam sive opidum de Douorr sine speciali licencia prioris vel in eius absencia supprioris. Et si aliqui officiarij exeant viz. Celerarius aut alij officiarij pro commodo dicti Mon non comedant neque bibant in aliqua domo, eo quod est quedam dissencio inter eos et officiarios dicte ville.

Item quod omnes canonici immediate post recessum a refectorio accedant immediate ad dormitorium ibm iuxta Regulas Religionis sue, Et si aliquis officiarius sit absens ex legitima causa, non sit extra com. dormitorij post horam octauam in nocte sine licencia prioris.

Idem Reuerendissimus pater Iniungit singulis commonachis sub pena excommunicacionis quod nullus monachus dicti Mon accedat ad villam sive opidum Douorr sine speciali licencia prioris aut in eius absencia supprioris Exceptis officiarijs ca negociacionis dicti Mon, et quod ipsi officiarij non bibant aut comedant in eadem villa. Et Iniungit priori quod non licenciabit aliquem monachum ad sic accedendum nisi vrgente legitima causa.

Item quod quilibet monachus accedat ad dormitorium ante horam octauam viz immediate postquam recedant a Refectorio.

Item quod Officiarij ibm qui tenentur compotum reddere faciant fidele compotum singulis annis sub Iuramento ad sancta dei euangelia personaliter prestito tempore primo admissionis sue in aliquod huiusmodi officium.

Item dns Iniungit priori quod prouideat de Instructore ad instruendum Nouicios et alios commonachos in gramatica.

incontinenti si comode poterit. Item quod illi novicii tribus diebus in septimana dabunt operam scole gramaticali.

Item quod singuli commonachi nullo modo utantur lineis sed staminis tam in lecticamentis quam camisiis.

Item iniunxit priori et officiariis quod faciant verum et planum compotum de statu totius monasterii unacum inventarium omnium bonorum iocalium et ornamentorum dicti monasterii et quod exhibeant huiusmodi compotos unacum inventario citra octabas Pasche.

Et deinde dominus continuavit dictam suam visitacionem metropoliticam usque ad et in primum diem Septembris proximum futurum et ad quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuerit et pro reformatione omnium inibi reformandorum expedierit etc.

Pro reformatione habenda in Monasterio sancti Martini de Dovorr.

In primis quod nullus monachus vel officiarius accedat ad villam sive opidum Dovorr sine speciali licentia prioris et in eius absentia supprioris.

Item quod non comedant aut bibant in dicta villa. Item quod immediate accedant a refectorio ad dormitorium etc.

Item quod nullus officiarius absentabit se a dormitorio post horam octavam.

Item quod omnes officiarii tam electi quam eligendi qui tenentur reddere compotum prestabunt iuramentum de fideliter reddendo compotum.

Item pro instructore ad instruendum novicios in gramatica. Item quod utantur staminis et non lineis.

Item dominus continuavit huiusmodi visitationem ut primus.

Mandatum directum Magistro et sociis domus dei Dovorr Cant dioc pro visitatione metropolitica in domo capitulari ibidem celebranda sequitur.

Willelmus permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus Venerabilibus viris Magistro et sociis domus dei Dovorr nostre Cant dioc Salutem graciam et benedictionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere curamus. Et quia nos domum vestram predictam vosque et ceteros confratres in eadem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus reformare, Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus et si qui absentes sint, qui visitationi nostre huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant, per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra capitulari die Sabbati vicesimo die mensis Septembris proximo futuro cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium visitationi nostre huiusmodi officium humiliter subituri, ac super inquirendis a vobis et ab eis que dignam exposcunt correctionem nostram per expressam veritatem dicturi, ac iuramentum canonicae obedientie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cant debitum prestituri, Vosque Magister titulum vestrum necnon statum totius vestre domus tunc ibidem coram nobis aut nostro dicto commissario exhibituri et ostensuri et veras copias eorundem penes nos et registrum nostrum dimissuri, procurationes etiam pro tunc contra visitationibus huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cant debitas soluturi, ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi visitationis nostre officium de se exigit et requirit et que in ea parte dictaverint sanctiones. Inhibemus insuper vobis magistro et sociis ac aliis supradictis ne vos aut vestrum quisquam in preiudicium dicte nostre visitationis interim attemptetis vel attemptent, faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco unacum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in cedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Datum in Manerio nostro de Knoll xxviiiº die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. Et nostre Translationis Anno octavo.

Certificatorium eiusdem mandati unacum nominibus et cognominibus confratrum sive sociorum domus dei Dovorr sub sigillo communi eiusdem domus sequitur.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cantuar Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis Legato, Johannes Clerke Magister domus dei Dovorr omnimodas obedientiam in hac parte debitam cum honore. Literas vestras venerabiles cum ea qua decuit reverentia undecimo die Septembris recepimus tenorem continentes infrascriptum. **Willelmus** permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Venerabilibus viris Magistro et sociis domus dei Dovorr nostre Cant dioc, Salutem graciam et benedictionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere curamus. Et quia nos etc. **Auctoritate** cuius mandati omnes et singulos confratres nostros qui solent ex causa huiusmodi commorari peremptorie citavimus quatenus die et loco suprascriptis compareant visitationem vestram huiusmodi iuxta iuris exigentiam subituri ulteriusque facturi et recepturi quod talis negotii qualitas exigit et requirit et canonice dictaverint sanctiones. Nomina vero et cognomina omnium et singulorum per nos in hac parte premunitorum et citatorum in cedula presentibus annexa plenius constabunt. Et sic mandata vestra paruimus reverenter et quatenus ad nos attinet in hac parte parabimus cum effectu. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Datum in domo nostra Capitulari vicesimo die Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo.

Nomina et cognomina citatorum sequuntur.

Dominus Johannes Clerke Magister domus dei Dovorr. Dominus Vincentius Barley. Dominus Thomas Fuller. Dominus Johannes Hebbyng. Dominus Johannes Knight. Dominus Johannes Salter. Confratres et presbiteri.

Vicesimo die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo dictus Reverendissimus in Christo pater et dominus visitavit domum dei Dovorr in domo Capitulari ibidem pro tribunali sedens. Recepto certificatorio predicto per parte dicti Magistri et sociorum exhibito ibidem quod prius perlecto etc. dictam domum tam in capite quam in membris canonice visitavit et visitationem suam tunc et ibidem exercuit, dictusque visitationem sic ut prefertur factam et exercitam Magister domus predicte necnon omnes et singuli socii eiusdem humiliter prout decuit subierunt et agnoverunt etc.

Dominus monuit dominum Simonem Templeman quod non celebrabit nec deserviet infra suam dioc Cant sub pena excommunicationis nisi vel aliquis ultra festum sancti Michaelis proximum futurum.

Deinde ubi idem dominus Simon obtinuit quandam dispensationem pro beneficio obtinendo cuius vigore institutus est in beneficio de Ligh Roffen. dioc. Idem dominus Simon comparens coram dicto Reverendissimo patre in loco capitulari domus Dei Dovorr' peciit se admitti in confratrem dicte domus et stallum in choro et locum in capitulo habere, dicens se velle cum sibi placeret residere in huiusmodi suo beneficio et ad placitum suum in dicta domo. Super quibus idem Reverendissimus pater interrogavit magistrum dicte domus et omnes confratres suos in presencia ipsius domini Simonis an vellent eum recipere et admittere in dictam domum ut confratrem iuxta peticionem suam supradictam. Qui quidem magister et confratres omnes et singuli singillatim examinati dicunt quod tempore quo ipse stetit in hac domo ut confrater fuit ita rixosus et contumeliosus ac litigiosus inter magistrum ac confratres suos, sic quod religio in dicta domo non potuit debite laudabiliter observari et caritas inter fratres haberi. Et ideo dicti magister et confratres humiliter supplicarunt eidem Reverendissimo patri tunc et ibidem quod non admitteretur in domum pro confratre, timentes quod si admitteretur esset consimiliter dissolucio caritatis inter ipsos magistrum et confratres suos in futurum. Unde idem Reverendissimus pater monuit eundem dominum Simonem quod immediate post vigiliam sancti Michaelis proxime futuram accedat ad suam ecclesiam parochialem predictam et quod non accipiet aliquod stipendium infra suam dioc. Cant. aut iurisdictionem immediatam ultra dictam vigiliam. Et quod stipendium iam acceptum dimittet immediate post dictam vigiliam.

Dominus Vincencius Barley confrater dicte domus examinatus dicit quod ubi ex statuto quilibet confrater dicte domus haberet unam togam annuatim preter stipendium suum, ipsam togam non habent.

Dominus Thomas Fuller examinatus dicit prout dominus Vincencius Barley superius examinatus deposuit, et insuper dicit quod magister domus narrat statum dicte domus eisdem viva voce, sed non in scriptis reddit coram eis particularem.

Dominus Johannes Hebbyng dicit prout dominus Thomas Ffuller deposuit.

Dominus Thomas Knyght examinatus dicit prout dominus Thomas Ffuller deposuit.

Dominus Johannes Salter examinatus dicit et concordat cum prenominatis confratribus suis superius examinatis.

Iniunctiones facte per dictum Reverendissimum patrem in dicta domo Dei Dovorr' dicto xx° die Septembris tunc et ibidem iudicialiter sedentem.

Deinde dominus iniunxit magistro dicte domus quod convocabit cum fratribus suis super exhibicione toge utriusque eorundem et quod certificet dictum Reverendissimum patrem citra festum omnium sanctorum proxime de consensu eorundem in ea parte.

Item dominus iniunxit eidem magistro quod singulis annis faciat compotum de statu tocius domus et quod semel in anno exhibeat et ostendat illum compotum particularem coram confratribus suis in scriptis redactum in domo capitulari dicte domus.

Item dominus iniunxit eidem quod exhibeat compotum de statu dicte domus de anno in annum a vij^tem preteritis usque in hunc diem una cum inventario bonorum et iocalium dicte domus conscriptum citra festum Pasche vel in eo coram eodem Reverendissimo patre.

Insuper dominus continuavit visitacionem suam metropoliticam usque ad et in primum diem Aprilis proxime futurum et ad quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuerit, et pro reformacione inibi reformandorum expedient etc.

Prioratus de Fulkeston

Vicesimo secundo die mensis Septembris anno domini millesimo quingentesimo undecimo in domo capitulari prioratus de Ffulkeston prefatus Reverendissimus pater tunc et ibidem pro tribunali sedens eodem prioratu tunc vacante, recepto certificatorio per partem administratoris et commonachorum exhibito ibidemque publice perlecto, dictum prioratum in membris canonice visitavit et visitacionem suam in eodem exercuit sermone primitus facto etc. Quam quidem visitacionem dicti administrator et conventus humiliter prout decuit tunc et ibidem subierunt et agnoverunt etc.

Dominus Willelmus Weston monachus ibidem dicit quod primo professus fuit ordinis sancti Augustini in monasterio beate Marie Overy Wynton dioc. et deinde professus est ordinem sancti Benedicti apud Westm'. Tunc et ibidem monuit quod exhibeat literas dimissoriales ab utraque domo videlicet sancte Marie Overy et Westm' coram domino Jacobo Burton nunc monacho in dicto monasterio de Ffulkeston ac administratore tam spiritualium quam temporalium eiusdem auctoritate dicti Reverendissimi patris citra festum omnium sanctorum proxime, et quod ipse dominus Jacobus Burton sine aliqua dilacione certificabit dictum Reverendissimum patrem in scriptis de huiusmodi literis dimissorialibus.

Dompnus Thomas Scale professus, ut asserit, ordinem sancti Benedicti in monasterio de Barmondsey Wynton dioc., quem dominus monuit ad exhibendum literas dimissoriales et prefatum dompnum Jacobum Burton ad certificandum ut supra.

Dompnus Johannes Carter professus ut asserit ordinis Premonstratensis in monasterio sancte Radegundis Cant. dioc. et deinde professus est ordinis sancti Benedicti in dicto prioratu de Ffulkeston, quem dominus monuit ad exhibendum literas dimissoriales et prefatum dompnum Jacobum Burton ad certificandum ut supra.

Iniunctiones facte per dictum Reverendissimum patrem in dicto prioratu dicto xxij° Septembris tunc ibidem iudicialiter sedentem.

Et insuper tunc et ibidem dominus iniunxit dicto dompno Jacobo Burton quod conficiat plenum et verum compotum de statu tocius dicti prioratus in quo nunc est una cum inventario omnium bonorum et iocalium ac debitorum eiusdem prioratus conscriptum, et quod exhibeat eundem compotum una cum inventario predicto citra festum Pasche proxime futurum.

Ac insuper tunc et ibidem dominus continuavit visitacionem suam metropoliticam usque ad et in primum diem Septembris proxime futurum et ad quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuerit et pro reformacione inibi reformandorum expedient etc.

Mandatum directum magistro et sociis Collegii de Wye pro visitacione metropolitica in domo capitulari ibidem celebranda sequitur.

Willelmus permissione divina Cant. archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus dilectis magistro et sociis Collegii de Wye nostre Cant. dioc. salutem graciam et benedictionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vicia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus impleri nitamur. Et quia nos Collegium vestrum predictum vos quoque et ceteros commorantes in eodem tam in capite quam in membris auctoritate nostra ordinaria proponimus visitare, et defectus inibi repertos correctione et reformacione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus reformare, vos igitur tenore presencium peremptorie citamus, et si qui absentes sint qui visitacioni nostre huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo capitulari dicti collegii die Jovis videlicet xxv^to die mensis Septembris proxime futuro cum continuacione et prorogacione dierum extunc sequentium visitacionem nostram officium humiliter subituri, ac super inquirendis a vobis et ab eis que dignam exposcunt correctionem meram et expressam veritatem dicturi ac iuramentum canonice obediencie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cant. debite prestituri, vosque magister titulum vestrum necnon statum tocius vestri collegii tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibituri et ostensuri et veras copias eorundem penes nos et

Registrum vestrum dimissurum. Procuraciones etiam pro tunc consuetas visitacionis huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cant' debitas soluturum, ulteriusque facturum et recepturum quod huiusmodi visitacionis nostre officium de se exigit et requirit, et que in ea parte canonice dictaverint sanctiones. Inhibemus insuper vobis Magistro et sociis ac aliis supradictis ne vos aut vestrum quisquam in preiudicium dicte nostre visitacionis interim attemptetis vel attemptent, faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari, sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nobis aut commissario nostro huiusmodi dictis die et loco una cum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in cedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in manerio nostro de Knoll xxviij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. Et nostre Transl' Anno octavo.

Certificatorium eiusdem mandati una cum nominibus et cognominibus citatorum sub sigillo communi dicti Collegii de Wye sequitur.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant' Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis legato Vester humilis et devotus Johannes Goodhew Magister sive prepositus Collegii de Wye obedienciam et reverenciam omnimodas in hac parte debitas cum honore. Literas vestras Reverendissimas nuper recepimus tenore continentes infrascripto. Willelmus etc. Auctoritate quarum mandati omnes et singulos socios dicti Collegii qui vestre visitacionis huiusmodi quoquomodo interesse debeant peremptorie citavimus quatenus die et loco suprascriptis compareant visitacionem vestram huiusmodi iuxta mentem [illegible] subituri ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi negotii qualitas exigit et requirit. Nomina vero et cognomina omnium et singulorum per nos in hac parte premonitorum et citatorum in cedula annexa plenius conscribuntur. Et sic mandatum vestrum Reverendissimum predictum humiliter sumus executi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' in domo nostra capitulari xxx° die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo xi^mo.

Nomina citatorum.

Magister Johannes Goodhew Magister Collegii. Dominus Thomas Rogers socius. Dominus Thomas Penyroke capellanus. Dominus Willelmus Goldeslade. Dominus Thomas Martyn. Nomina clericorum. Ricardus Mount. Johannes Batt. Johannes Freman. Thomas Densse. Nomina choristarum. Arthurus Freman. Ricardus Freman. Ricardus Wolder. Johannes Master.

Vicesimoquinto die mensis Februarii Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo in vestibulo ecclesie Collegiate de Wye Reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cant' Archiepiscopo etc. visitante Collegium de Wye tunc ibidem pro tribunali sedente recepto certificatorio per partem Magistri predicti Collegii exhibito et ibidem per [illegible] Simonem Pauli [illegible] lecto etc. dictusque visitator visitacionem suam tunc et ibidem exercuit, quam quidem visitacionem Magister et socii eiusdem Collegii humiliter ut debuit subierunt et agnoverunt etc. Comparuerunt coram eodem Reverendissimo patre omnes citati.

Magister Johannes Goodhew Magister dicti Collegii exhibuit literas ordinum, literas collacionis et institucionis, etiam literas institucionis sue ad ecclesiam parochialem de Stapleherst. Et dictus Magister non habet dispensacionem apostolicam ad duo beneficia incompatibilia.

Dominus Thomas Rogers socius ibidem exhibuit literas ordinum. Dominus Thomas Martyn conductus ibidem exhibuit literas ordinum. Dominus Willelmus Goldeslade socius. Dominus Thomas Penyroke.

Deinde exhibuerunt duas billas, unam per Magistrum Collegii et aliam per dominum Thomam Rogers socium.

Deinde dominus continuavit dictam suam visitacionem ad et in primum diem Septembris proximum futurum et in quemlibet diem citra, prout sibi melius visum fuerit, et pro reformacione nondum reformandorum expedient' etc.

Item compertum est quod Magister Collegii predicti frequentat suspiciose domum Johannis Stephyns de Hernhill in parochia de Ospring. Cetera que sunt diversa detecta contra dictum Magistrum prout apparet in billis detectis [illegible] de quibus Commissarius Cant' habet copias.

Mandatum directum Priorisse et Conventui prioratus monialium de Davington pro visitacione metropolitica ibidem in domo capitulari celebranda sequitur.

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Religiosis mulieribus Priorisse et Conventui domus sive prioratus de Davington nostre Cant' dioc' Salutem graciam et benediccionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vicia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus impleri nitamur. Et quia vos prioratum vestrum predictum vosque et ceteras commoniales in eodem tam in capite quam in membris annuente deo proponimus visitare, et defectus ibidem repertos correccione et reformacione indigentes corrigere et in statum debitum prout decet reformare, Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus, et si que absentes sint que visitacionem nostram huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra capitulari xxvj^to die mensis Septembris proximo futuro cum continuacione et prorogacione dierum extunc sequentium visitacionis nostre officium humiliter subiturum ac super inquirendis a vobis et ab eis que digna exposcunt correccione meram et expressam veritatem dicturum, ac iuramentum canonice obediencie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cant' debitum prestiturum. Vosque Priorissa titulum vestrum necnon statum totius vestri prioratus tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibiturum et ostensurum, et vestras copias eorundem penes nos et Registrum nostrum dimissurum. Procuraciones etiam pro tunc consuetas visitacionis huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cant' debitas soluturum, ulteriusque facturum et recepturum quod huiusmodi visitacionis nostre officium de se exigit et requirit, et que in ea parte canonice dictaverint sanctiones. Inhibemus insuper vobis Priorisse et Conventui ac aliis supradictis ne vos aut vestrum quisquam in preiudicium dicte nostre visitacionis interim attemptetis vel attemptent, faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nobis aut commissario nostro huiusmodi dictis die et loco una cum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in cedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in manerio nostro de Knoll xxviij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. Et nostre Transl' Anno Octavo.

Sequitur Certificatorium eiusdem mandati una cum nominibus et cognominibus citatorum sub sigillo communi dicte domus sive prioratus de Davington etc.

Reverendissimo in Christo patri suo ac domino domino Willelmo permissione divina Cant' Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis Legato, alio vel cuicumque in hac parte commissario cuicumque, Vestre humiles et religiose mulieres Matilda Priorissa et Conventus domus sive prioratus de Davington vestre Cantuariensis diocesis

Omnimodas reverencias tanto patri debitas cum honore. Literas vestras reverendissimas nuper videlicet penultimo die mensis Augusti ultimo preterito cum ea qua decuit reverencia in domo sive prioratu predicto nos recepisse, iuxta verba sequentia tenorem qui sequitur in se continentes: Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus etc. ut supra. Quarum quidem literarum vestrarum reverendissimarum auctoritate et vigore omnes et singulas consorores et commonales dicte domus sive prioratus de Davington ad negocium visitacionis ibidem expediendum de iure vel consuetudine qualitercumque citari seu evocari solitas sive consuetas, secundo die instantis mensis Septembris infra septa domus sive prioratus supradicti personaliter apprehensas peremptorie citavimus et ex parte vestra monuimus, quatenus die et loco in literis vestris reverendissimis plenius descriptis, etiam cum continuacione et prorogacione dierum, si visum fuerit, extunc sequentium, coram vobis vestro vel in hac parte commissario legitime compareant visitacionem vestram huiusmodi regularem subiture ulteriusque recepture quod qualitas et natura negocii visitacionis huiusmodi de se in hac parte exigunt et requirunt. Nomina vero et cognomina omnium et singularum consororum et commonalium per nos iuxta vim formam et effectum literarum vestrarum reverendissimarum prescriptarum monitarum et citatarum in scedula presentibus annexa dilucide continentur. Et sic literis vestris reverendissimis supradictis necnon et mandato vestro reverendissimo descripto in eisdem quantum ad personam nostram attinet reverenter paruimus et obedivimus ipsaque quoad omnia et singula alia iuxta vim formam et effectum eorundem secundum quod permittitur fuimus executi. In cuius rei testimonium presenti certificatorio nostro sigillum nostrum commune apposuimus. Dat' in domo sive prioratu nostro de Davington predicto decimonono die Septembris anno domini millesimo quingentesimo undecimo.

Nomina commonalium citatarum.

Dna Elizabeth Audeley profess'. Dna Elizabeth Wraith profess'. Agnes Clement, et Elizabeth Rikard non professe.

Vicesimoseptimo die mensis Septembris anno domini millesimo quingentesimo xj. In domo sive prioratu monialium de Davington reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus etc. visitavit dictum prioratum tam in capite quam in membris et visitacionem suam ibidem exercuit, sermone primitus facto ac recepto certificatorio per partem priorisse dicti prioratus exhibito iuxta formam mandati etc. quam quidem visitacionem dicte priorissa et commonales tunc et ibidem humiliter subiverunt et agnoverunt etc.

Dna Matildis Audeley priorissa ibidem exhibuit unum inventarium continens omnia et singula bona mobilia dicte domus. Et dicit quod redditus et proventus dicte domus extendit ad summam sive valorem xxvj li. preter et ultra terras dominicales quas excolunt et tenent in manibus suis extenden' ad summam decem librarum communibus annis.

Item solvit ad manus dicti reverendissimi patris pro procuracionibus racione visitacionis sue dicti prioratus eidem reverendissimo patri debit' xx s.

Dna Elizabeth Audeley professa apud Cantebrig' et stetit in hoc prioratu per viginti annos. Examinata dicit quod omnia sunt bene observata iuxta regulam ordinis etc.

Dna Elizabeth Wraith professa in monasterio de Malling Roffen' dioc' et stetit in hoc monasterio per decem annos. Examinata dicit quod proventus et redditus domus decreverunt culpa officiariorum, et quoad singula alia dicit omnia bene.

Agnes Clement non professa ubi stetit per xvj annos, dicit omnia bene.

Elizabeth Rikard non professa stetit in hoc prioratu per decem annos dicit omnia bene.

Deinde dominus continuavit huiusmodi suam visitacionem usque ad et in primum diem Septembris et ad quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuerit et pro reformacione ibidem reformandorum expedire etc.

Domus Dei de Osprenge Cant' dioc'.

Vicesimooctavo die mensis Septembris anno domini millesimo quingentesimo xj. In quodam vestibulo infra capellam hospitalis domus dei de Osprenge Cant' dioc' reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus Cantuarien' archiepiscopus etc. visitavit dictam domum ubi et quando magister Robertus Woodroff sacre theologie professor magister sive custos dicte domus comparuit personaliter coram eodem reverendissimo patre submittens se et domum suam predictam visitacioni dicti reverendissimi patris, asserens quod recepit mandatum dicti reverendissimi patris pro visitacione in dicta domo exercenda, et iuxta vim formam et effectum eiusdem coram eodem reverendissimo patre tunc ibidem comparuit. Dicens ulterius quod non habet ad presens consocios aut confratres incorporatos in eadem domo sed solummodo presbiteros clericos et pueros ac alios servientes per dictum magistrum conductos. Et sic reperit domum predictam tempore primi introitus eiusdem in eandem domum.

Item prefatus custos dicit quod credit quod in prima fundacione dicti hospitalis custos et fratres eiusdem hospitalis fuerunt sacerdotes professi cruciferi et ubi consueverunt cruce super humeros suos.

Item dicit quod ad quadraginta annos elapsos quidam magister Darell frater domini Johannis Darell militis fuit custos eiusdem hospitalis. Et tempore incumbencie sue ipse et tres sacerdotes consocii sui in eodem hospitali professi fuerunt in ipso hospitali et post fuerunt cruce super humeros suos.

Item dicit quod unus dictorum trium consociorum obtinuit capacitatem apostolicam pro beneficio consequendo et consecutus est beneficium vigore huiusmodi literarum apostolicarum.

Item dicit quod postea diversi custodes ibidem tunc existentes magistri cancellarie domini nostri regis obtinuerunt tantum literas regias patentes pro dicto hospitali consequendo, prout ipse magister Robertus Woodruff custos modernus illud hospitale obtinuit simili modo.

Quibus dictis prefatus magister Robertus Woodruff submisit se et domum sive hospitale predictum reformacioni et ordinacioni dicti reverendissimi patris in omnibus et singulis concernentibus eum et domum sive hospitale predictum etc.

Deinde eisdem die et loco dominus continuavit visitacionem suam huiusmodi usque ad et in primum diem mensis Septembris proxime futurum et ad quemlibet diem citra et infra, prout sibi melius visum fuerit et pro reformacione ibidem reformandorum expedire etc.

Sequitur mandatum directum abbati et conventui monasterii de ffeversham pro visitacione metropolitica in domo capitulari ibidem exercenda etc.

Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus religiosis viris abbati et conventui monasterii de ffeversham nostre Cant' dioc' salutem graciam et benedictionem. Susceptum cura regiminis nos impellit ut vicia extirpando ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos monasterium vestrum predictum vosque et ceteros commorantes in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione seu reformacione condigna indigentes corrigere et in statum debitum quibuscumque viribus reformare, vos igitur tenore presentium peremptorie citamus, et si qui absentes sint qui visitacioni nostre huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus, quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra capitulari tricesimo die mensis Septembris proxime futuro cum continuacione et prorogacione dierum extunc sequentium visitacionem nostram ordinariam humiliter subituri ac ulterius facturi et recepturi quod a nobis et ab eis quique digna exposcunt correctionem meritam seu expressam, veritate dicturi ac iuramentum canonicum obedientie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cant' debitum prestituri. Vos quoque abbas titulum vestrum necnon statum totius vestri monasterii tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibituri et ostensuri et veras copias eorundem penes nos et registrum nostrum dimissuri, procuracionibus etiam prout tenetur huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cant' debit' solutum, ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi visitacionis nostre officium de se exigit et requirit, et que in ea parte canonice diffinierunt sanctiones. Inhibemus insuper vobis abbati et conventui ac aliis supradictis ne vos aut vestrum aliquis quicquam in preiudicium dicte nostre visitacionis interim attemptetis vel attemptent faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco unacum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in scedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro consigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in manerio nostro de Knoll' xxvij° die mensis Augusti anno domini millesimo quingentesimo undecimo. Et nostre translationis anno octavo.

Certificatorium eiusdem mandati unacum nominibus et cognominibus citatorum sub sigillo communi dicti monasterii de ffaversham sequitur.

Reverendissimo in Christo patri suo ac domino domino Willelmo permissione divina Cant' archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato, alio ve cuicumque in hac parte commissario vestro, vestri humiles et devoti Johannes permissione divina abbas et conventus monasterii sancti Salvatoris de ffaversham ordinis sancti Benedicti Cantuar' dioc', omnimodas reverentias tanto patri debitas cum omni obedientie incremento. Literas vestras reverendissimas nuper videlicet penultimo die mensis Augusti cum ea qua decuit reverentia in nostro monasterio apud ffaversham nomine nos recepisse iuxta vim et exigentiam tenoris earundem qui sequitur in se continentes: Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus etc. ut supra.

Quarum quidem literarum vestrarum reverendarum auctoritate et vigore omnes et singulos confratres et commonachos dicti monasterii nostri sancti Salvatoris de ffaversham ad negotium visitacionis ibidem expediendum de iure vel consuetudine qualitercumque citari et evocari solitos sive consuetos secundo die Septembris infra septa monasterii nostri supradicti personaliter apprehensos peremptorie citavimus et ex parte vestra monuimus quatenus die et loco in literis vestris reverendis plenius descriptis, etiam cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium coram vobis vestro ve in ea parte commissario legitime compareant visitacionem huiusmodi regularem subituri ulteriusque facturi et recepturi quod qualitas et natura negotii visitacionis huiusmodi de se in hac parte exigunt et requirunt. Nomina vero et cognomina omnium et singulorum confratrum et commonachorum per nos iuxta vim formam et effectum literarum vestrarum reverendissimarum prescriptarum monitorum et citatorum in scedula presentibus annexa dilucide continentur. Et sic literis vestris reverendis superius recitatis et mandato vestro reverendo descripto in eisdem quantum ad nostram notitiam attinet reverenter paruimus et obedivimus, ipsique quo ad omnia et alia singula iuxta vim formam et effectum eorundem secundum quod permittitur debite fuerimus executi. In cuius rei testimonium presenti certificatorio nostro sigillum nostrum commune apposuimus. Dat' in monasterio nostro apud ffaversham decimonono die mensis Septembris predicti anno domini millesimo quingentesimo undecimo supradicto.

Nomina et cognomina citatorum.

Dompnus Robertus ffaversham Prior, Dompnus Johannes Preston, Dompnus Willelmus Godwynston Capellanus, Dompnus Willelmus Bidenden Supprior et Cantor, Dompnus Johannes Boughton sacrista, Dompnus Thomas Lenham Cellerarius, Dompnus Thomas Barmsey subcantor, Dompnus Thomas Ware, Dompnus Willelmus Baly Refectorarius, Dompnus Robertus Bendissh, Dompnus Johannes Harty subsacrista, Dompnus Willelmus Harnehill, Dompnus Thomas Gelloner.

Quo ultimo die mensis Septembris adveniente, in prefato monasterio de ffaversham Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus permissione divina Cant' archiepiscopus etc. visitavit predictum monasterium tam in capite quam in membris et visitacionem suam in eodem exercuit, sermone primitus facto, ac recepto certificatorio ex parte dictorum abbatis et conventus exhibito ibidemque publice perlecto, iuxta formam mandati dicti Reverendissimi patris etc. quam quidem visitacionem dicti abbas et conventus humiliter prout decuit tunc et ibidem subierunt et agnoverunt etc.

Dompnus Robertus ffaversham prior examinatus de statu dicti monasterii et aliis observanciis ibidem, dicit quod elemosina de esculentis et poculentis eroganda pauperibus subtrahitur a commonachis ita quod non integre elargitur pauperibus sed distribuitur quandoque inter amicos monachorum ibidem iuxta arbitrium eorundem monachorum.

Item quod mulieres habent ingressum in claustrum dicti monasterii et in refectorium eiusdem, nec excluduntur per foras aut ostia sicut in religiosis monasteriis.

Item notandum est ad inquirendum de numero conventus iuxta fundationem dicti monasterii.

Dompnus Johannes Preston examinatus etc. lxxj annorum etatis, dicit quod stipendium antiquum non solvitur in pecunia iuxta antiquam consuetudinem sed in vestibus.

Item petit se aliquando relevari ab onere chori, eo quod stetit professus in dicto monasterio per spatium xlj annorum.

Dompnus Willelmus Bedenden supprior examinatus dicit quod stipendium non solvitur eisdem iuxta antiquam consuetudinem in pecuniis, sed solummodo in vestimentis et aliis necessariis. Tamen dicit quod huiusmodi exhibitio vestium et aliorum necessariorum iuxta modernam exhibitionem excedit summam pecuniarum eis ab antiquo solutam. Sed dicit quod nonnulli audiunt se ab ingressu religionis in dicto monasterio eo quod huiusmodi stipendium non solvitur in pecunia.

Item dicit quod ipse novit in hoc monasterio xxij monachos professos et quod stetit in hoc monasterio per xxij annos.

Dompnus Johannes Boughton examinatus etc. dicit quod fuit professus in dicto monasterio per xxiiij annos. Dicit quod esculenta et poculenta non debite ministrantur eisdem in refectorio prout deceret. Et etiam quod stipendium non solvitur eisdem in pecunia prout solebat est de antiquo, sed in vestibus et aliis necessariis. Tamen dicit quod exhibitio moderna excedit stipendium antiquum in valore, sed dicit quod non habent aliquem deputatum ad ministrandum eis huiusmodi vestes preter abbatem, ita quod si deerit eisdem calciamentum vel aliquod tale, opus est omnino eis habere recursum ad abbatem, quod putant eos non decere ire, sed ad inferiorem.

Item dicit quod si huiusmodi stipendium esset eis ministratum in pecunia haberent quandoque relevamen ab amicis suis quod tamen non habent, eo quod omne redit abbati.

Dompnus Thomas Lenham cellerarius examinatus dicit quod novit in hoc monasterio xxij monachos professos et fuit professus in eodem monasterio per xx annos. Et insuper dicit quo ad stipendium quod non habent stipendium in pecuniis sed in vestibus et aliis necessariis. Tamen dicit quod huiusmodi exhibitio vestium et aliorum necessariorum se extendit ultra stipendium antiquum, sed dicit quod non habent administratorem huiusmodi vestium et aliorum necessariorum preter abbatem, ita quod si aliquis eorum indigeat calciamento habent oportet ire ad abbatem quod non decet in ordine suo ut dicit.

Item dicit quod si huiusmodi stipendium eis esset solutum in pecunia quique haberent relevamen ab amicis suis ubi tamen non habent, eo quod omnis distributio in ea parte fit arbitrio abbatis.

Dompnus Thomas Barmondsey professus in hoc monasterio per decem annos dicit quod erat punitus propter quoddam delictum per eum perpetratum iuxta statuta et ordinationes ordinis sui, et preter hoc quod abbas subtraxit ab eo omnem pecuniam quam habebat ita quod iam nullas pecunias possidet ad aliqua necessaria sibi adquirenda, nimis rigorose in eum ut dicit. Et quod novit in hoc monasterio xxij monachos professos ut dicit.

Dompnus Thomas Ware monachus professus in hoc monasterio per xj annos dicit quod novit in hoc monasterio xxij monachos professos. Et dicit quod quidam Slow pincerna est infestus sibi et quasi omnibus monachis in officio suo et presertim eidem dompno Thome tempore infirmitatis sue.

Dompnus Willelmus Burly Granatarius dicit quod dompnus Johannes Boughton est tam contumeliosus et rixosus quod movet commonachos ad discordiam. Item dicit quod ubi quilibet commonachus habere habuit certas pecunias mortuorum in dicto Monasterio, ipse pecunie subtracte fuerunt ab eo et subtrahuntur ut dicit.

Dompnus Robertus Bendisshe commonachus professus in hoc monasterio dicit prout continetur in billa sua exhibita.

Dompnus Johannes Harty monachus professus in hoc Monasterio dicit quod non habet sufficientes vestes ac mutelle et alia necessaria vestium ad evitandum frigiditatem hiemis, et quod non habent in camisiis de le stamyn aut in lectis vocatis Staples aliquam copiam unde possint commutare dummodo lavantur occupata per eos, sed quod lavantur huiusmodi stamina dormiendo prout incedunt in die et in eisdem vestimentis ut dicit.

Item quod ubi quilibet commonachus habere debet unum nobile post obitum cuiusdam Bilsington, illud nobile subtrahitur ab isto Iurato ultimo anno.

Dompnus Willelmus Hamhill monachus professus dicit quod quidam Glover qui est pincerna male se habet in Conventu et non ut famulus et minister sed potius ut dominus et est et sepius conqueritur contra monachos absque causa, sic quod quidam monachus misit litteram missivam ad parentes suos per dictum Glover et ille incontinenter illud exhibuit Abbati ut dicitur in preiudicium eiusdem monachi ingratum in eo fuit.

Item dicit quod ubi quilibet monachus sacerdotali ordine constitutus habet xl d. et quilibet alius monachus xx d. et hoc subtrahitur ab eo hoc anno ultimo.

Item quod dompnus Robertus Bendisshe et dompnus Johannes Harty non reddiderunt memoriter sicut religiosi solent, sed solum in libro et tamen sunt dimissi ab huiusmodi reddicione.

Dompnus Thomas Gillyng Granatarius dicit quod cellerarius non bene providit pro esculentis in refectorio et quod carnes ibidem sunt vero semicocte et semiassate.

Item dicit quod dompnus Johannes Bendisshe est hebetis ingenii et parum eruditus et quod est dimissus a reddicione licet non reddidit.

Iniunctiones facte per dominum Reverendissimum patrem in dicto Monasterio de ffevysham tunc et ibidem Iudicialiter pro tribunali sedentem.

Deinde dominus iniunxit Abbati et Conventui quod elemosina distribuatur in cibis de esculentis et poculentis.

Item quod non permittant mulieres habere ingressum in claustrum et quod nullus monachus alloquatur aliquam mulierem in navi ecclesie.

Item quod Abbas provideat de Camerario qui administrabit conventui vestes necessarias qui sit inferior Abbate.

Item quod provideatur pro sufficientibus esculentis et debite preparatis in Refectorio presertim diebus Ieiunii.

Item quod quilibet monachus habeat duplicia stamina et staples tam in camisiis quam in lectis.

Item quod Abbas contribuat dompno Johanni Barmondsey pecunias iuxta porcionem sibi contingentem post obitum cuiusdam Bilsington.

Item dominus iniunxit Abbati quod non dispenset cum aliquibus monachis de reddicione anglice Rendryng.

Item quod Abbas contribuat cuicumque monacho pecunias porcionem unicuique eorum contingentem de exequiis et obitibus mortuorum.

Item dominus monuit dompnum Willelmum Boughton quod habeat se modeste et caritative inter confratres suos imposterum.

Item quod Abbas faciat Glover pincernam melius se habere in monachos dicti Monasterii.

Item dominus iniunxit dicto Abbati quod permittat dompnum Johannem Barmondsey gaudere eadem libertate qua ceteri confratres sui gaudent.

Deinde dominus monuit Abbatem ad exhibendum statum domus sue proxime citra festum pasche proximum futurum.

Et deinde dominus continuavit visitacionem suam huiusmodi usque ad primum diem Septembris et ad quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuerit et pro reformacione inibi reformandorum expedit etc.

Mandatum directum Priori et Conventui domus sive prioratus beate Marie sanctique Nicholai de Ledis pro visitacione Metropolitica in domo capitulari ibidem exercenda sequitur.

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Religiosis viris Priori et Conventui domus sive prioratus de Ledis nostre Cantuariensis diocesis Salutem graciam et benedictionem. Susceptum cura regiminis nos impellit ut vicia extirpando ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere satagamus. Et quia vos prioratum vestrum predictum vosque et ceteros commorantes in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformacione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus reformare, Vos igitur tenore presentium citamus, et si qui absentes sint quos visitacioni nostre huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra Capitulari die Veneris viz. secundo die mensis Octobris proximo futuro cum continuacione et prorogacione dierum extunc sequentium visitacionis nostre officium humiliter subituri ac super inquirendis a vobis et ab eis que digna exposcunt correctione meram et expressam veritatem dicturi, ac Iuramentum canonicum obedientie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis debite prestituri, Vosque Prior titulum vestrum necnon statum totius vestri prioratus tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibituri et ostensuri et veras copias eorundem penes nos et Registrum nostrum dimissuri, Procuraciones etiam racione visitacionis huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cantuariensis debitas soluturi, Ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi visitacionis nostre officium de se exigit et requirit, et que in ea parte canonice dictaverunt sanctiones, Inhibentes insuper vobis Priori et Conventui ac aliis supradictis, ne vos aut ipsi quicquam in preiudicium dicte nostre visitacionis interim attemptetis vel attemptari faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus, Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco una cum nominibus citatorum huiusmodi in cedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in Manerio nostro de knoll xxvi die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo xi Et nostre Translacionis Anno octavo.

Sequitur Certificatorium eiusdem mandati una cum nominibus et cognominibus citatorum sub sigillo communi dicte domus sive prioratus de Ledis sequitur.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato Vestri humiles Ricardus prior et Conventus Monasterii beate Marie sanctique Nicholai de Ledis obedientiam et reverentiam cum honore. Mandatum vestrum reverendum xxviii die mensis Augusti nobis directum recepimus in hec verba. Willmus permissione diuina Cant Archiepus totius Angl primas etc. Cuius auctoritate mandati vigore vobis nos Prior et Conuentus dicti Prioratus de Ledis omnes et singulos confratres nostros tunc absentes tunc presentes premunimus quod compareant et nos etiam comparebimus coram vobis aut vestro commissario die et loco in mandato vestro supradicto contentis facturi et recepturi quod tenor eiusdem mandati exigit et requirit / Nomina etiam nostra et cognomina in quadam cedula iuxta formam vestri mandati sunt annexa / In quorum omnium et singulorum fidem sigillum nostrum commune presentibus est appensum / Dat apud Ledis in domo nostra Capitulari vicesimo die mensis Septembris Anno dni Millesimo quingentesimo vndecimo /

Nomina et cognomina Celebratorum.

Frater Ricardus Chetham Prior. Fr Johes Bredgar quondam Prior / Fr Thomas Vincent Supprior / Frater Johes London. Frater Johes Goldston. Frater Johannes Lecester / Frater Thomas Hawtesham. Fr Thomas Langley. Fr Thomas Egerton. Frater Johannes Wodroff. Frater Johannes fforthe / Fr Johes Tenterden. Fr Johes ffrenyng. Fr Robertus Renham / Frater Johannes Maydeston / Frater Willmus Parys Frater Thomas Brooke Frater Thomas Chetham ffr Johannes Bromfeld. Frater Robertus Ledes / Frater Michael Cumberland /

Secundo die mensis Octobris Anno dni Millesimo quingentesimo vndecimo / In domo Capitulari domus siue prioratus beate Marie sanctique Nicholai de Ledis / prescriptus Reuerendissimus pater visitauit dictum prioratum tam in capite quam in membris / Sermone primitus facto per egregium virum Magistrum Rowland Philippus sacre theologie baccallarium assumpto pro themate / Perfice gressus meos in semitis tuis / Frater Ricardus Chetham prior dicti prioratus tunc ibidem exhibuit coram eodem Reuerendissimo patre certificatorium prescriptum sigillo communi dicti prioratus sigillatum / iuxta formam mandati dicti Reuerendissimi patris etc. Quam quidem visitacionem dicti prior et Conuentus humiliter prout decuit tunc ibidem subierunt et agnouerunt etc.

Frater Ricardus Chetham prior dicti Prioratus. Examinatus etc. de diuino seruicio / de obseruancia Religionis sue et de statu dicti prioratus / dicit quod omnia sunt bene obseruata iuxta ordinaciones dicti prioratus etc.

Frater Johes Bredgar quondam prior / Examinatus etc. dicit quod est vicarius de Marden in distancia sex miliarium a dicto Monasterio / et raro venit ad dictum Monasterium / tamen dicit quod credit omnia sunt bene gubernata in eodem Monasterio.

Frater Thomas Vincent supprior / Examinatus dicit quod multociens sunt diuersa reformanda in Monasterio / et sunt reformata per priorem et suppriorem /

Frater Johannes London / vicarius de Stokbury etc.

Frater Johes Goldston professus in dicto prioratu per xxx annos dicit quod deseruit cure in ecclesia parochiali de Bilsington appropriate prioratui de Bylsyngton /

Frater Johes Lecester professus in dicto prioratu per xxxta annos Examinatus dicit omnia sunt bene obseruata etc.

Frater Thomas Hawtesham professus in dicto prioratu / et examinatus dicit omnia sunt bene obseruata etc.

Frater Thomas Langley professus in dicto prioratu / et examinatus etc. dicit quod dns prior subtrahit certa lumina in capella beate Marie / quia essent olim decem cerei ardentes in dicta capella coram ymagine beate Marie olim / et nunc dns prior inuenit tantum quinque /

Item dns prior admisit dnm Willmum Parys gallicum in confratrem dicti prioratus sine consensu confratrum suorum /

Item dns prior mittit Scolarem ad studia inconsultis confratribus vbi seniores essent ad hoc commorati /

Item dicit quod ea que debent fieri pro animabus fundatorum non sunt distributa confratribus.

Item quod capellanos presentatos ad beneficia dns prior presentat eosdem capellanos ad eadem sine assensu confratrum suorum /

Item petit quod prior non obliget se et Monasterium suum pro aliquibus includendis nec pro ponte reparando / et presertim ponte Roffen et Boston /

Frater Thomas Egerton Examinatus dicit quod dns prior corripuit suos confratres non secundum Regulam sancti Augustini sed secundum suam voluntatem cum furore / sic castigando non corrigit sed incendit iram / et si fratres contradixerint se in punicione prior vocat confratres suos in domo capitulari publice hereticos / et prior non pertractat confratres suos paterno amore /

Item petit quod prior nichil sigillet communi sigillo sine consensu confratrum suorum seniorum.

Frater Johes Wodroffe Examinatus etc. dicit quod dns prior sigillat diuersa sigillo communi sine consensu confratrum suorum /

Item dicit quod dns prior subtrahit septimanatim a fratre celebrante altam missam xiid / et non soluit /

Item frater celebrans altam missam habet septimanatim iiiid ex collacione Willi Clerke per testamentum eiusdem /

Item Magister Scole gramaticalis recipit de bonis Magistri Clerke certas pecunias / sic quod doceret gratis /

Item quidam Stephanus Norton legauit fratri celebranti altam missam quatuor denarios septimanatim et prior subtrahit contra voluntatem defuncti /

Item petit quod statuatur per dnm Archiepm quod prior daret licenciam fratribus accedendi ad dnm Archiepm pro causis reformandis in dicto prioratu / petita licencia a priore / et sic fuit statutum per dnm Cardinalem Bourgchier / tamen illud statutum est abrasum a libro /

Item quod fratres infirmi non bene gubernantur et non habent custodiam /

Frater Johannes fforthe professus in prioratu de Launceston Exon dioc et stetit in isto prioratu ad triennium /

Item petit quod remittatur ad domum de Launceston / et petit quod dns Archiepus scribat pro eo ad Epm Exon pro eo quod remittatur ad dictam domum de Launceston /

Frater Johes Tenterden Examinatus etc. dicit omnia sunt bene obseruata in eodem prioratu /

Frater Johes ffrenyng professus in dicto prioratu per octo annos dicit omnia bene /

Frater Robertus Renham dicit omnia bene /

Frater Johes Maydeston dicit quod dns prior corrigat magis paterne / non tanto rigore /

Item dicit quod dns prior non facit compotum singulis annis /

Item dicit quod quondam fuit statutum editum per dnm Thomam Bourgchier Archiepm Cant pro licencia confratrum accedendi ad Archiepm Cant pro causis reformationis in dicto prioratu contingentibus / et hoc statutum est abrasum et deletum a libro /

Frater Willmus Parys gallicus qui stetit in dicto prioratu per quatuor annos / dicit quod prior non facit compotum de statu prioratus confratribus suis in speciali.

Item dicit quod prior iniecit manus violentas in istum examinatum et quod subpeditauit eundem / et prior negauit ipsum ire ad dominum /

Item petit quod decetero prior non mittat manus et pedes in confratres suos /

Item dicit quod die martis vltimo elapso quidam Johannes Bromfeld iniecit manus violentas in istum examinatum /

Frater Thomas Broke examinatus dicit quod est confrater de Bilsington et stetit in eodem prioratu per vnum annum /

qui pro custodia sigilli communis de Bylsyngton et visitacione eiusdem per dictum Reuerendissimum patrem visitantem dictum prioratum per commissarium suum in hac parte deputatum /

Frater Thomas Chetham examinatus etc. dicit quod prior punit fratres suos magno rigore et non paterno amore. Item dicit quod se male eis fruatur presbiteris et clericis et fecerat noticiam priori de eisdem, prior male tractat eosdem magno rigore.

Frater Johannes Bromefeld examinatus etc. dicit quod omnia sunt bene observata in dicto prioratu.

Frater Robertus Ledes examinatus etc. dicit quod prior corrigit confratres suos rigore et non amore paterno et ipse prior verberavit istum examinatum extra domum capitularem in refectorio.

Frater Athelanus Cumburland non professus etc.

Injunctiones facte per dictum Reverendissimum patrem in dicto prioratu de Ledes dicto secundo die Septembris tunc et ibidem judicialiter sedentem.

Item dominus injunxit priori quod nichil sigillat sigillo communi sine consensu confratrum suorum, seu saltem sine consensu majoris et sanioris partis confratrum suorum.

Item quod faciat compotum singulis annis de statu totius prioratus in presencia confratrum suorum in scriptis redactum.

Item injunxit eidem priori et suppriori et aliis officiariis quod reforment et puniant confratres suos more paterno et non cum rigore.

Item injunxit eidem priori quod quando et quam cito aliquis confratres dicti prioratus petunt licenciam a dicto priore eundi sive accedendi ad Archiepiscopum pro causis dicti prioratus reformandis quod dictus prior permittat dictos confratres suos et eorum quemlibet, licencia ab eo prius petita, ire ad dictum Archiepiscopum Cantuariensem, sic quod omnibus deputatus per dictum priorem sedet in consorcio eiusdem confratris sic licenciam petentis.

Item injunxit priori quod exhibeat lumina coram imagine beate Marie Virginis, decem cereos ardentes.

Item injunxit eidem priori quod solvat et satisfaciat septimanatim confratri suo celebranti altam missam legatam relicta eisdem per Norton et Stephanum Clerke juxta voluntates dictorum defunctorum, ac etiam xxd septimanatim capellano celebranti pro anima Nicholai Potyn prout patet in libro domini Henrici Chicheley quondam Archiepiscopi Cantuariensis.

Memorandum quod dictus prior de Ledes tenetur solvere capellano celebranti missam in dicto prioratu pro anima Nicholai Potyn singulis septimanis xxd et solutus fuerit etc. prout continetur in libro Henrici Chicheley Archiepiscopi Cantuariensis, sub pena solucionis quolibet anno Archiepiscopo Cantuariensi pro tempore existenti iiii li. sterlingorum, ac sede archiepiscopali vacante priori ecclesie Cathedralis Christi Cantuariensis iiii li.

Item pro instructore juvenum confratrum dicti prioratus dominus injunxit quod provideatur instructor ad instruendum dictos juvenes.

Ac tunc et ibidem dominus continuavit huiusmodi suam visitationem usque ad et in primum diem mensis Septembris proxime futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi placuerit visum fuerit et pro reformatione inibi reformandorum expedire etc.

Mandatum directum priori et Conventui prioratus de Bylsyngton pro visitatione metropolitica in domo capitulari ibidem celebranda sequitur.

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus, religiosis viris domus sive prioratus de Bylsyngton nostre Cantuariensis diocesis salutem graciam et benediccionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vicia extirpando ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos prioratum vestrum predictum vosque et ceteros commorantes in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus reformare, vos igitur tenore presencium peremptorie citamus, et si qui absentes sint qui visitationi nostre huiusmodi de jure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra Capitulari xxiiii^to^ die mensis Septembris, proxime futuro cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium, visitationis nostre officium humiliter subituri, ac super inquirendis a nobis et ab eis que dignam exposcunt correctionem, meram et expressam veritatem dicturi, ac juramentum canonice obedientie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cantuariensis debite prestituri. Vos quoque prior titulum vestrum utrumque statumque totius vestri prioratus tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibituri et ostensuri et veras copias eorundem penes nos seu Registrum nostrum dimissuri. Procurationes etiam ratione visitationis huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cantuariensis debitas soluturi ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi visitationis nostre officium de se exigit et requirit, et que in ea parte canonice dictaverint sanctiones. Inhibemus insuper vobis priori et Conventui ac aliis supradictis ne vos aut ipsi quicquam in preiudicium dicte nostre visitationis interim attemptetis vel attemptent faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco, vocatorum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in cedula vestro certificatorio annexa, distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in manerio nostro de Knoll xxiii^o^ die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. Et nostre translationis anno octavo.

Sequitur certificatorium eiusdem mandati etc. sub sigillo communi dictorum prioris et conventus etc.

Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Willelmo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis legato, vestri humiles Willelmus prior et Conventus monasterii beate Marie de Bylsyngton obedientiam et reverenciam cum honore. Mandatum vestrum reverendum xxiii^o^ die mensis Augusti nobis directum recepimus in hec verba: Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus etc. ut supra. Cuius auctoritate mandati vestri reverendi nos prior et Conventus dicti prioratus de Bilsyngton omnes et singulos confratres nostros tam absentes quam presentes premunivimus ferme quod compareant et nos etiam comparebimus coram vobis aut vestro commissario die et loco in mandato vestro supradicto contentis facturi et recepturi quod tenor eiusdem mandati exigit et requirit. Nomina etiam nostra et cognomina in quadam cedula iuxta formam vestri mandati sunt annexa. In quorum omnium et singulorum fidem sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Datum in domo nostra Capitulari xxiii^o^ die Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo.

Vicesimoquarto die mensis Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo prefatus Reverendissimus pater in prioratu sive domo de Bylsyngton per commissarium suum in hac parte deputatum, recepto prius certificatorio sigillo communi eiusdem prioratus sigillato, ac sermone facto, visitavit dictum prioratum tam in capite quam in membris, quam quidem visitationem sic ut prefertur ante dictum Reverendissimum patrem per prefatum commissarium factam et exercitam dicti prior et Conventus humiliter prout decuit tunc et ibidem subierunt et agnoverunt etc.

Mandatum directum priorisse et Conventui domus sive prioratus de Shepeya pro visitatione metropolitica in domo Capitulari ibidem celebranda sequitur.

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus, religiosis mulieribus priorisse et Conventui domus sive prioratus monialium de Shepeya nostre Cantuariensis diocesis salutem graciam et benediccionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vicia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos prioratum vestrum predictum vosque et ceteras commorantes in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum pro viribus reformare, vos igitur tenore presencium peremptorie citamus, et si qui absentes sint qui visitationi nostre huiusmodi de jure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra Capitulari secundo die mensis Octobris proxime futuro cum

continuatione

continuatione et prorogatione dicte extunc sequentium visitationi nostre offerunt humiliter subituras ac super inquirendis a nobis et ab eis que digna extiterint correctione veram et expressam veritatem dicturas. Ac juramentum canonice obedientie et ordinis nostre metropolitice ecclesie Cant. debitum subituras. Vosque priorissa titulum vestrum necnon statum domus vestri prioratus tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibituram et ostensuram et veras copias eorundem penes nos et registrum nostrum dimissuras. Procurationes etiam pro tunc dicte visitationis hujusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cant. debitas soluturas. Ulteriusque facturas et recepturas quod hujusmodi visitationis nostre officium de se exigit et requirit. et que in ea parte canonice dictaverint sanctiones. Inhibentes insuper vobis priorisse et conventui ac aliis supradictis ne vos aut vestrum quisquam in preiudicium dicte nostre visitationis quicquam attemptetis vel attemptent faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum hujusmodi dictis die et loco una cum nominibus et cognominibus citatarum hujusmodi in scedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat. in manerio nostro de Knoll xxvj° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo Et nostre translationis anno octavo.

Certificatorium eiusdem mandati una cum nominibus et cognominibus citatarum sub sigillo communi dicte priorisse et conventus sequitur.

Reverendissimo in Christo patri et domino ac domino domino Willelmo permissione divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato Alio ve cuivis in hac parte commissario quocumque Vestre humiles et devote mulieres Agnes priorissa et conventus domus sive prioratus monialium de Shepeya vestre Cant. dioc. Omnimodas reverentias tanto patri debitas cum honore. Literas vestras Reverendissimas cum ea qua decuit reverentia in domo sive prioratu predicto nomine nostro recepisse infrascripta verba exequendum tenorem qui sequitur in se continentes. Willelmus permissione divina Cant. Archiepiscopus etc. Quarum quidem literarum vestrarum Reverendissimarum auctoritate et vigore omnes et singulas consorores et commoniales dicte domus sive prioratus de Shepeya ad negotium vestrum ibidem expediendum de jure vel consuetudine qualitercumque citari seu evocari solitas sive consuetas infra septa domus sive prioratus supradicti personaliter apprehensas peremptorie citavimus. Et ex parte vestra monuimus quatenus die et loco in literis vestris Reverendissimis plenius descriptis, etiam cum continuatione et prorogatione dierum si videbitur extunc sequentium coram vobis vestro vel in ea parte commissario legitime compareant visitationem vestram hujusmodi regulariter subiture ulteriusque facture et recepture quod qualitas et natura negotii visitationis hujusmodi de se in hac parte exigit et requirit. Nomina vero et cognomina omnium et singularum consororum et commonialium per nos monitarum juxta formam et effectum literarum vestrarum Reverendissimarum prescriptarum monitarum et citatarum in scedula presentibus annexa dilucide continentur. Et sic literis vestris Reverendissimis sepedictis necnon et mandato vestro reverendo descripto in eisdem quantum ad personam nostram attinet reverenter paruimus et obedivimus, ipsaque quoad omnia et singula alia juxta vim formam et effectum earundem secundum quod permittitur debite fuimus executi. In cujus rei testimonium presenti certificatorio nostro sigillum nostrum commune apposuimus. Dat. in domo sive prioratu nostro de Shepeya predicto xxvj^to die Septembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo.

Secundo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo In prioratu domus monialium de Shepeya loco capitulari ibidem venerabilis vir magister Cuthbertus Tunstall utriusque juris doctor Reverendissimi patris et domini domini Willelmi permissione divina Cant. Archiepiscopi Cant. etc. Cancellarius auctoritate dicti Reverendissimi patris recepto primitus certificatorio sigillo communi dicti prioratus sigillato ac sermone facto visitavit dictum prioratum tam in capite quam in membris, quam quidem visitationem dicte priorissa et conventus humiliter prout decuit tunc et ibidem subierunt et agnoverunt etc.

Domina Agnes Revers priorissa examinata de statu domus et aliis observantiis eiusdem dicit omnia esse bona condicione, excepto quod dubitat utrum domina Amicia Tanfeld cantarista se bene habeat cum monialibus et utrum bene prendet observantias in choro.

Interrogata de numero conventus dicit quod audivit dici quod fuerunt de conventu xvij. et quod ipsa novit xiiij moniales in numero. Et sic ipsa vellet augmentare numerum ad xvij^cim si posset invenire que vellent intrare religionem.

Domina Agnes Norton supprioressa examinata dicit quod non habent famulam deputatam ad ministrandum conventui esculenta et poculenta et alia necessaria sed famulatur eidem conventui per mulieres extranea dicte ville.

Item dicit quod non habent domum infirmorum anglice ffermory sed que infirmantur morantur in dormitorio.

Item dicit quod novit in hoc prioratu xviij^cim moniales in numero et quod audivit dici quod fuerunt xvij^cim.

Item dicit quod ostium claustri est clausum nimis stricte non solum post cenam sed etiam tempore diurno.

Item quod priorissa non reddit compotum debitum conventui, nec unquam audivit ista compota reddi per eandem ut dicit de statu dicti prioratus.

Domina Amicia Tanfeld examinata dicit quod non habent famulam appellatam The Covent Servaunte deputatam prout solebant habere ex antiquo que famularet eisdem in esculentis et poculentis et lavaret vestes earundem, qua occasione stipendium communiusque de conventu minuitur.

Item dicit ostium claustri clauditur immediate postquam pulsatur ad vesperas et remanet clausum quousque pulsatur ad primam quod videtur conventui nimis strictum presertim tempore estivo, quia posset remanere apertum usque post cenam ut dicit.

Item quod priorissa non reddit compotum coram conventu. Item quod non habent domum infirmorum anglice a fermory.

Domina Elizabeth Chatok iij^a cantarista dicit quod non habent famulam deputatam anglice a Covent Servaunte que famulabatur eis in esculentis et in lotione vestium et aliorum necessariorum. Et quoad ostium claustri clauditur nimis tempestive tempore presertim estivali ut supra.

Domina Elizabeth Stradlyng examinata dicit quod non habent famulam deputatam pro conventu que habere solebant ad ministrandum eis esculenta et poculenta et que famularet eis tempore egritudinis et etiam lavaret vestes earum.

Item quod non habent domum infirmorum in presenti tamen dicit quod priorissa intendit edificare talem domum quanto commode potuit.

Item quod dicta priorissa non reddit compotum conventui de statu domus.

Item dicit quod servientes priorisse viz masculi non bene se habent conventui sed quandoque alloquuntur conventum contemptuose et inhoneste parvipendendo conventum hujusmodi.

Domina Myldreda Morgmo examinata dicit quod ostium claustri clauditur ante vesperas tempore estivali quod est grave conventui eo quod non habent famulam deputatam que eis famularet et ipse non possunt egredi pro necessariis. Et dicit quod in defectu eiusdem famule minuitur earum stipendium iij s. iiij d. per annum quos solvunt lotrici.

Item dicit quod priorissa non reddit compotum coram conventu de statu domus.

Domina Dorothea Darell examinata dicit quod ostium claustri clauditur immediate postquam acceditur ad vesperas quod est nimis cito.

Item dicit quod famuli masculi dicte priorisse parvipendunt conventum et contemptuose alloquuntur eundem conventum et sunt delatores priorisse de dicto conventu et conqueruntur de conventu absque causa rationabili.

Dna Agnes Bolney examinata dicit omnia sunt bene observata in eodem prioratu.
Dna Anna Petitt dicit quod non habent famulam continualem anglice a covent woman prout solebant / solebant habere ad ministrandum eis esculenta et poculenta et alia necessaria temporibus presertim egritudinis sed nona de conventu famulatur eisdem a loco ducente a coquina ad refectorium. Et pro defectu eiusdem famule stipendium earum minuitur.
Item quod priorissa non reddit compotum coram eisdem de statu domus coram conventu.
Item dicit quod solebant habere xxv. de conventu in numero ab antiquo.
Item dicit quod tempore egritudinis conducunt sibi mulieres que famulantur eis et solvunt eisdem de proprio stipendio.
Item dicit quod ostium claustri clauditur immediate postquam pulsatur ad vesperas et remanet clausum usque ad primam diei sequentis.
Dna Ursula Gosborn examinata dicit omnia bene.

Iniunctiones facte per dictum dominum commissarium in dicto prioratu de Shepeya dicto secundo die Octobris tunc ibidem pro tribunali sedentem.

Qua examinatione completa prefatus magister Cutbertus Tunstall auctoritate dicti Reverendissimi patris iniungit priorisse quod quolibet anno imposterum reddat et exhibeat compotum in scriptis redactum semel in anno de statu dicti prioratus.
Item iniungit eidem priorisse quod exhibeat compotum coram dicto Reverendissimo patre de statu dicte domus una cum inventario bonorum et iocalium dicti prioratus in scriptis redactum citra primum diem mensis Aprilis.
Item iniungit dicte priorisse quod provideat de famula honesta dicto conventui administratura iuxta antiquam consuetudinem dicte domus quanto cito poterit.
Item quod provideat de numero xviij monialium ibidem ad minus quanto cito commode poterit.
Item quod construi et edificari faciat infirmatorium quanto cito hoc commode fieri possit pre ceteris edificiis.
Item dominus monuit priorissam et conventum quod faciant debitam reparationem cancelli de Bobbyng citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste sub pena iuris.

Mandatum directum magistro et sociis Collegii de Madeston pro visitatione metropolitica in domo capitulari ibidem celebranda sequitur.

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus venerabilibus viris magistro et sociis Collegii de Maydeston nostre Cant' dioc' salutem gratiam et benedictionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vitia extirpando et virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia vos collegium vestrum predictum vosque et ceteros commorantes in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare et defectus inibi repertos correctione et reformatione necessaria indigentes corrigere et in statum debitum prout decet reformare. Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus et si qui absentes sint qui visitationi nostre huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra capitulari sexto die Octobris proximo futuro cum continuatione et prorogatione dierum extunc sequentium visitationem nostram ordinariam humiliter subituri ac super inquirendis a vobis et ab eis que digna existerint correctione meram et expressam veritatem dicturi ac iuramentum canonice obedientie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cant' debitum prestituri. Vosque magister titulum vestrum necnon statum totius vestri collegii tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibituri et ostensuri et veras copias eorundem penes nos et registrum nostrum dimissuri. Procurationes etiam pretextu dicte visitationis huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cant' debite soluturi ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi visitationis nostre officium de se exigit et requirit. Et qui in ea parte canonice dictaverint sanctiones. Inhibemus insuper vobis magistro et sociis ac aliis supradictis ne vos aut ipsi quicquam in preiudicium dicte nostre visitationis interim attemptetis vel attemptent faciatis vel aut faciant aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco una cum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in scedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Dat' in manerio nostro de Knoll xxiiij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. Et nostre translationis Anno Octavo.

Certificatorium eiusdem mandati una cum nominibus et cognominibus citatorum sub sigillo communi dicti Collegii sequitur.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant' Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis legato vester humilis et devotus Willelmus Grocyn magister Collegii de Maydeston obedientiam et reverentiam omnimodas in hac parte debitas cum honore. Literas vestras Reverendissimas nuper ea qua decuit reverentia recepimus tenorem continentes infrascriptum. Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus etc. Auctoritate cuius mandati omnes et singulos dicti Collegii qui dicte visitationi huiusmodi quoquo modo interesse debeant peremptorie citavimus quatenus die et loco supradictis compareant visitationem vestram huiusmodi iuxta iuris exigentiam subituri ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi negotii qualitas exigit et requirit. Nomina vero et cognomina omnium et singulorum per nos in hac parte premunitorum et citatorum in scedula annexa plenius conscribuntur. Et sic mandatum vestrum Reverendum predictum humiliter executi sumus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat' in domo nostra Capitulari secundo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo.

Sexto die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo In quodam vestibulo infra ecclesiam Collegiatam de Madeston magister Cutbertus Tunstall utriusque iuris doctor vice et auctoritate Reverendissimi in Christo patris domini Willelmi Cant' Archiepiscopi etc. Recepto primitus certificatorio prescripto ac sermone finito visitavit dictum Collegium tam in capite quam in membris quam quidem visitationem dicti magister et socii humiliter prout decuit tunc et ibidem subierunt et agnoverunt etc.

Magister Willelmus Grocyn sacre theologie baccallarius magister dicti Collegii examinatus de dicto primo ac de statu dicti Collegii dicit

Dns Egidius Rede submagister. **Dns** Thomas Nicolls capellanus socius dicti Collegii. **Dns** Robertus Vandy capellanus socius dicti Collegii. **Dns** David Knowdisley senescallus socius dicti Collegii rector de Cendale. **Dns** Thomas Hanson capellanus socius dicti Collegii. **Dns** Johannes Coton capellanus socius dicti Collegii.

Dns monuit tam dictum magistrum quam senescallum et alios officiarios quod faciant plenum et planum compotum de statu totius Collegii in scriptis redactum et quod exhibeant ante dictum compotum una cum inventario bonorum et ornamentorum primitus dicto collegio coram dicto Reverendissimo patre apud Lamehith in crastino Apostolorum Simonis et Jude.

Item quod dictus Senescallus et alii officiarii eorum faciant singulis annis compotum de statu dicti collegii in scriptis coram dicto Magistro et confratribus suis.

Item dicti commissarii assignarunt dicto Magistro et sociis ad exhibendum appropriaciones ecclesiarum de Sutton Hynton et Ffarley eidem collegio appropriatas, quas appropriaciones tunc et ibidem exhibuerunt.

Et deinde dicti commissarii assignarunt eisdem ad comparendum Lambhith coram domino circa xxviij diem Marcii proxime futurum ad dicendum causam si quam pro se habeant quare dictus non debeat providere de duobus vicariis in ecclesiis de Sutton et Hynton prout habent in ecclesia de Ffarley Cant. dioc. eisdem appropriatis.

Item predictis die et loco dicti commissarii continuarunt dictam visitacionem in dicto collegio sic inchoatam usque ad et in primum diem Septembris proxime futurum et in quemlibet diem citra seu infra prout sibi melius visum fuerit, et pro reformatione ibidem reformandorum expedient etc.

Mandatum directum Priori et Conventui domus sive prioratus Canonicorum de Combewell pro visitacione metropolitica in domo capitulari ibidem celebranda sequitur.

Willelmus permissione divina Cant. Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus dilectis filiis Priori et Conventui domus sive prioratus Canonicorum de Combewell nostre Cant. dioc. salutem graciam et benedictionem. Suscepti cura regiminis nos impellit ut vicia extirpando ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere intendamus. Et quia nos prioratum vestrum predictum vosque et ceteros commorantes in eodem tam in capite quam in membris annuente domino proponimus visitare, et defectus ibidem repertos correctione et reformatione nostra indigentes corrigere ac in statum debitum quantum poterimus reformare, Vos igitur tenore presentium peremptorie citamus, et si qui absentes fuerint qui visitacioni nostre huiusmodi de iure seu consuetudine interesse debeant per vos peremptorie citari et premuniri volumus et mandamus quod compareatis et compareant coram nobis aut nostro in hac parte commissario in domo vestra Capitulari tercio die mensis Junii proxime futuri cum continuacione et prorogacione dierum extunc sequentium visitacionem nostram ordinariam humiliter subituri, ac super inquirendis a vobis et ab eis que digna fuerint correctione, meram et expressam veritatem dicturi, ac Juramentum canonicae obedientie nobis et ecclesie nostre metropolitice Christi Cant. debitum prestituri, Vosque prior titulum vestrum necnon statum totius vestri prioratus tunc et ibidem coram nobis aut dicto nostro commissario exhibituri et ostensuri, et veras copias eorundem penes nos et registrum nostrum dimissuri. Procuraciones etiam pretextu dicte visitacionis huiusmodi nobis et dicte ecclesie nostre Christi Cant. debitas soluturi, ulteriusque facturi et recepturi quod huiusmodi visitacionis nostre officium de se exigit et requirit, et que in ea parte canonice dictaverint sanctiones. Inhibentes insuper vobis priori et conventui ac aliis supradictis ne vos aut vestrum quisquam in preiudicium dicte nostre visitacionis interim attemptetis vel attemptent faciatis vel aut faciat aliqualiter attemptari sub pena contemptus. Et quid in premissis feceritis nos aut commissarium nostrum huiusmodi dictis die et loco vestra cum nominibus et cognominibus citatorum huiusmodi in cedula vestro certificatorio annexa distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes sigillo vestro communi sigillatas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in manerio nostro de Knoll
die mensis Anno domini Millesimo quingentesimo Et nostre Translationis anno

Sequitur certificatorium eiusdem mandati una cum nominibus et cognominibus citatorum sub sigillo communi dictorum Prioris et Conventus etc.

Reverendissimo in christo patri et domino domino Willelmo permissione divina Cant. Archiepiscopo totius Anglie primati et apostolice sedis legato, Vestri humiles Thomas prior et Conventus domus sive prioratus Canonicorum de Combewell obedienciam et reverenciam cum honore. Mandatum vestrum Reverendum nobis directum recepimus in hec verba. Willelmus permissione divina Cant. Archiepiscopus etc. Cuius auctoritate mandati vestri Reverendi nos prior et Conventus dicti prioratus de Combewell, omnesque et singulos concanonicos tam absentes quam presentes premuniri fecimus quod compareant et nos etiam comparebimus coram vobis aut vestro commissario die et loco in mandato vestro predicto contentis facturi et recepturi quod tenor eiusdem mandati exigit et requirit. Nomina etiam nostra et cognomina in quadam cedula iuxta formam vestri mandati sunt annexa. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in domo nostra Capitulari ultimo die mensis Maii. Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo.

Tercio die mensis Junii Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo In domo Capitulari prioratus Canonicorum de Combewell Cant. dioc. venerabilis Magister Cuthbertus Tunstall utriusque Juris doctor vicarius reverendissimi in christo patris et domini domini Willelmi permissione divina Cant. Archiepiscopi etc. visitavit dictum prioratum tam in capite quam in membris sermone primitus facto per egregium virum Magistrum Clementem Browne sacre theologie professorem, assumpto pro themate Religio munda et immaculata hec est, ac recepto certificatorio sub sigillo communi dicti prioratus etc., quam quidem visitacionem dicti prior et Conventus humiliter prout decuit tunc et ibidem subierunt et agnoverunt etc.

Dominus Thomas Vytenden Prior dicti prioratus per xxxij annos. Interrogatus et examinatus de et super certis articulis concernentibus Religionem dicti prioratus, necnon statum totius eiusdem prioratus.

Dominus Johannes Halynbery professus in dicto prioratu per xxvj annos Interrogatus et examinatus etc. dicit quod omnia sunt bene quantum ad noticiam suam.

Dominus Johannes Sebeppy professus in dicto prioratu per xxx^ti annos Interrogatus et examinatus etc. dicit quod domus infirmorum eget magna reparacione. Item dicit quod nulla est aliqua persona deputata ad providendum pro egrotis infra dictum Prioratum.
Item dicit quod non habent vestes necessarias ad corpus suum. Item dicit quod egrotant per duos annos elapsos et quod non habent cibos sibi necessarios.
Item dicit quod frater Rogerus Maidestone canonicus istius prioratus iniecit manus violentas in istum deponentem circa festum Conceptionis beate Marie virginis ultimo preteritum ad lumen.
Item quod dictus Prior nunquam computavit de statu dicti prioratus coram confratribus suis.

Dominus Johannes Lamy professus in dicto prioratu per xiiij^or annos Interrogatus et examinatus etc. dicit quod confratres dicti prioratus non habent cibos et potum competentes et necessarios pro eisdem.
Item dicit quod non providetur pro canonicis infirmis in infirmaria et quando egrotantur iacent in dormitorio.
Item dicit quod canonici non sciunt statum dicti prioratus, et quod nunquam prior computavit coram eis de statu prioratus.
Item dicit quod obtinuit a curia Romana unam capacitatem ad acceptandum prioratum et etiam beneficium in ++ Commendam et dicit hoc fecit de licencia sui prioris.
Item dicit quod dicta capacitas remanet in manibus vicarii de Tysehurst.
Item dicit quod maneria de Benenden et Thornham egent magna reparacione in defectu dicti prioris.
Item dicit quod non habet vestes necessarias nec habet aliquas pecunias ad emendum vestes.
Item dicit quod Prior et Conventus obligarunt se et dictum prioratum sub sigillo communi eiusdem domus in xl li. in vna obligacione absque aliqua condicione domino Roberto Rede Justiciario domini nostri Regis et una Wodisshe seu prope Maidestone, que obligacio iam remanet in manibus Ministri de Motenden, et hoc conventus fecerunt de

speciali mandato et instancia dicti prioris / tamen dicta domus non indebitat' dicto dno Roberto Rede & Woldysshe /

Dns Johes Lyndesey professus in dicto prioratu per xxiiij^or annos. Interrogatus et examinatus &c. dicit qd domus infirmarie non reparat'

Dns Rogerus Madeston diaconus professus in dicto prioratu per sex annos Examinatus &c. dicit qd firmaria eget reparacione. In aliis dicit omnia bene quantum ad noticiam suam /

Item dicit qd non habent esculenta & poculenta competen' /

Item dicit qd non habent vestes necessarias /

Dns Willmus Wadehurst acolitus professus in dicto prioratu per sex annos Examinatus &c. dicit qd non habet Instructorem in gramatica /

Injuncciones facte per predcm dnm Commissarium in dicto prioratu canonicorum de Combewell, tunc et ibm Judicialiter sedent' /

Item dictis die & loco dns commissarius monuit dictum priorem ad conficiendum compotum de statu tocius prioratus predict' citra fm Omn Scorum prox futur pro xx annis preteritis et exhibend' dictum compotum coram dno citra dictum diem / et qd reddat compotum dicti prioratus annis futuris coram confratribus suis &c.

Item monuit eundem priorem qd conficiat inventarium omn bonorum et jocalium dicti prioratus tempore Institucionis sue in dicto prioratu et de tempore pnti et qd exhibeat illud In coram domino citra dictum festum Omn sanctorum /

Item qd dictus Prior sufficientem reparacionem faciat in domo firmarie pro canonicis egrotis citra dict' fm Omnium sanctorum /

Item qd prefatus prior provideat de honesta persona ad ministrand' necessaria pro canonicis egrotis.

Item monuit eundem priorem qd canonici de cetero habeant esculenta & poculenta competen' & necessaria

Item monuit dictum priorem qd provideat pro dictis canonicis in vestibus honestis et competen' juxta Regulam Religionis sue /

Item monuit dictum priorem qd provideat Instructorem doctum in gramatica ad instruend' canonicos eiusdem prioratus citra fm Nativitatis sancti Johis bapte prox futur /

Item monuit dictum priorem ad sufficient' reparand' Maneria de Benenden et Thornhyn Cant dioc.

Item Prior dicit qd obligatio facta dno Roberto Rede et Woldysshe remanens in manibus Magistri domus de Motenden cancellat'. Quem dns commissarius monuit ad exhibend' illam obligacionem sic cancellatam coram dno Archiepo /

Et tunc et ibm idem dns commissarius continuavit dictam visitacionem usq ad et in fm Natalis Dni prox futur et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuit et pro reformacione inibi reformandorum expedire &c.

Mandatum directum venerabili viro magistro Willelmo Warham archidiacono archidiaconatus Cant' seu eius officiali pro visitacione metropolitica decanatuum Civitatis et diocesis Cant' ibidem exercenda prout sequitur.

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus venerabili viro Archidiacono Archidiaconatus Cant' seu eius officiali Salutem graciam et benediccionem. Cum nos Archidiaconatum Cant' predictum omnesque Abbates et priores ac Clerum et populum eiusdem tam in capite quam in membris diebus et locis in sedula presentibus annexa contentis cum continuacione et prorogacione dierum sequentium si oporteat domino concedente canonice actualiter visitare proponimus. Vobis igitur et vestrum cuilibet tenore presencium inhibemus et per vos aut alterum vestrum omnibus et singulis quorum interest aut interierit in hac parte inhiberi volumus et mandamus ne a tempore recepcionis presencium quicquam in preiudicium huiusmodi visitacionis per nos exercende quomodolibet attemptetis seu faciatis sive permittatis ab aliquo sic attemptari, nec sic attemptet faciat sive permittat alter vestrum sub pena contemptus. Et si quid in contrarium feceritis aut fecerit alter vestrum publice vel occulte per vos aut submissam personam illud totum prout extitit et extiterit prout exnunc omnino revocamus et eciam cassamus ac cassum et irritum fuisse fuisse et esse decernimus per presentes. Vobis insuper et cuilibet vestrum tenore presencium committimus et mandamus firmiter iniungentes quatinus citetis seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos Abbates et priores Rectores et vicarios dignitates vel beneficia ecclesiastica quecumque obtinentes Capellanos quoque parochiales sive stipendiarios in Archidiaconatu predicto divina celebrantes quoscumque et prestitum ordinacionibus et fundacionibus Cantariarum quarumcumque infra parochiales ecclesias Archidiaconatus predicti perpetuo omnes et quemlibet eorum cantarias inibi possidentes concedit. Necnon de singulis parochiis octo sex vel quatuor viros fidedignos secundum magnitudinem et parvitatem cuiuslibet parochie huiusmodi super inquirendis ab eisdem notoria meliore obtinentes. Vos eciam tenore presencium peremptorie citamus quatinus compareatis et compareant coram nobis aut vero in hac parte commissario Juramentum canonice obediencie nobis debitum in forma iuris prestitum titulos dignitatum et beneficiorum suorum ac fundacionibus et ordinacionibus Cantariarum huiusmodi. Necnon literas ordinum suorum exhibiturum ac veras copias earundem penes nos et Registrum nostrum dimissurum et de hiis fidem plenariam facturum procuracionibus quoque pretextu visitacionis huiusmodi debitis soluturum. Dictique inquisitores veritatem qua noverint super inquirendis ab eisdem visitacionem nostram concernentibus dicturum ulteriusque facturum et recepturum quod huiusmodi visitacionis officium exigit et requirit. Citetis eciam seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos qui in beneficiis suis non resident vel tenentur seu beneficia sua ad firmam dimittunt. Necnon Religiosos et alios quoscumque qui ecclesias seu alia quevis beneficia infra Archidiaconatum vestrum predictum existentes in usus proprios tanquam appropriatas se habere seu porciones pensiones aut decimas parciales in eisdem predictis se debere percipere pretendunt quod dictis diebus et locis quatinus eorum singulos concedit sufficienter et legitime compareant coram nobis dispensaciones canonicas gratias licencias seu iura si quod habeant specialia in premissis evidencius exhibiturum ulteriusque facturum et recepturum que in ea parte canonice dictaverint sanctiones. Citetis eciam seu citari faciatis peremptorie omnes et singulos executores quorumcumque decedencium infra Archidiaconatum vestrum predictum quod compareant coram nobis testamenta ipsorum defunctorum si que condiderint exhibiturum et probaturum Illaque per nos prius non probata approbari seu infirmari visurum et petiturum ac omnibus executoribus eorundem in se suscepturum vel refutaturum. De diebus recepcionis presencium execucionis quoque vestre ac modo et forma eiusdem, et quem et quos qua causa fueritis vel premittitur evocatos in quadam sedula literis vestris certificatoriis pro qualibet decanatu Archidiaconatus vestri predicti per vos faciendis annectanda nos singulis diebus et locis quibus decanatus predictos per nos visitari fuerint prout in dicta sedula exprimitur satis clare certificetis seu certificari faciatis per literas vestras patentes harum seriem continentes autentice sigillatas. Datum in Manerio nostro de Knoll xxvij° die mensis Augusti Anno domini millesimo quingentesimo undecimo Et nostre Translacionis Anno octavo.

Certificatorium predicti mandati.

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo divina permissione Cantuar' Archiepiscopo totius Anglie Primati et apostolice sedis legato, Vester humilis et devotus Nicholaus Hyllyngton in legibus baccalarius venerabilis viri domini Archidiaconi Archidiaconatus Cant' officialis omnimodas reverencias tanto patri debitas cum honore. Mandatum vestrum Reverendissimum in Manerio vestro de Knoll xxvij° die mensis Augusti ultimo preteriti sub sigillo vestro ad me datum penultima eiusdem mensis ea qua decuit reverencia recepi in hec verba. Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus venerabili viro Archidiacono Archidiaconatus Cant' seu eius officiali Salutem graciam et benediccionem. Cum nos etc. Cuius quidem auctoritate mandati vestri Reverendissimi clerum et populum decanatus Cant' ac singulorum decanatuum Archidiaconatus Cant' predicti iuxta modum tenorem et formam in dicto mandato vestro expressatos per decanos dictorum decanatuum peremptorie citari et premuniri feci ad comparendum coram vobis vel vestro commissario diebus horis et locis in sedula vestro mandato annexa plenius descriptis visitacionem vestram ordinariam inibi exercendam prout ad quemlibet attinet illorum humiliter subiturum facturumque ulterius et recepturum in omnibus et per omnia quod tenor et effectus dicti mandati vestri Reverendissimi in se exigunt et requirunt. Inhibui insuper et inhiberi feci omnibus et singulis quibus iura exigit in hac parte inhiberi ne pendente visitacione vestra huiusmodi quicquam in preiudicium eiusdem attemptent seu attemptari faciant quovismodo. Iniungens dictis decanis quatinus eorum singuli de execucione eiusdem mandati vestri et de omni eo quod fecerint in premissis diebus et locis in sedula mandato vestro annexa expressatis prout ad quemlibet eorum et ipsorum decanatuum in hac parte attinet et eos et eorum quemlibet concedit iuxta vim formam et effectum dictarum literarum vestrarum Reverendissimam paternitatem vestram vel in hac parte commissarium clare et autentice certificaret et quilibet eorum de facto suo pro parte sua certificaret sic sub pena inobediencie et contemptus. Et sic mandatum vestrum huiusmodi iuxta vim formam et effectum eiusdem humiliter executus sum. Nomina vero et cognomina omnium et singulorum personarum Cantuariensium et aliorum predicti Archidiaconatus decanatuum ut premittitur citatorum et monitorum in sedulis hiis presentibus annexis plenius continentur. In cuius rei testimonium sigillum officii mei presentibus apposui. Datum Cant' quoad sigillacionem presencium undecimo die mensis Septembris Anno domini millesimo quingentesimo undecimo.

Decanatus Cant'

Anno domini millesimo quingentesimo undecimo Die vero mensis Septembris In ecclesia parochiali Sancti Elphegi Civitatis Cant' Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus etc. visitavit clerum et populum decanatus Cant', Sermone facto per Magistrum Thoma Welles sacre theologie professore, assumpto pro themate Et quibus curiam non audierat sic tibi sicut ethnicus et publicanus etc.

Visitatio decanatus Cant'

Eodem die prefatus Reverendissimus in Christo pater monuit omnes et singulos Appropriatores Rectores et vicarios

Monicio generalis

omnes et singulos istius decanatus in genere, quod sufficienter reparabunt eorum cancellos et omnes defectus in huiusmodi cancellis circa festum Pentecostes sub pena sequestracionis fructuum./

Item idem Reverendus pater monuit omnes gardianos et parochianos ecclesiarum, quod reparabunt naves ecclesiarum et similiter providebunt omnia necessaria oneri eorum incumbencia circa festum circa festum omnium sanctorum sub pena excommunicacionis, alioquin ad comparendum coram eo apud Lamehith secundo Andree ad dicendum causam quare nominatim et in specie excommunicari non debeant./

Item monuit idem Reverendus pater omnes executores defunctorum restituant legata ecclesiis facta circa festum Sancti Andree, alioquin monuit eorum curatos quod certificent eundem Reverendum patrem de nominibus sic restituere recusancium et quod huiusmodi executores compareant secundo Andree./

Item monuit omnes et singulos parochianos garrulantes et confabulantes in ecclesiis diebus dominicis et festivis, quod abstineant se ab huiusmodi confabulacionibus et garrulacionibus sub pena excommunicacionis. Et monuit eorum curatos si aliquis hoc fecerit quod certificent eundem de nominibus eorum immediate post delictum perpetratum./

Item quod parochiani non faciant aliquas potaciones in ecclesiis sub quacunque colore, eciam in obsequiis mortuorum. Et monuit curatos eorundem quod non permittant huiusmodi potaciones fieri in ecclesiis huiusmodi. Et si aliquis hoc facere presumat, monito curato, quod curatus certificet eundem Reverendum patrem de nominibus eorum &c.

Item quod parochiani huiusmodi omnes et singuli non mercandizabunt diebus dominicis aut festivis aut accedant ad nundinas vel aliquod mercatum sub pena excommunicacionis./

Deinde idem Reverendissimus pater continuavit suam visitacionem huiusmodi suam visitacionem huiusmodi usque ad et in primum diem mensis Septembris proximo futurum et ad quemlibet diem citra et infra prout sibi melius visum fuerit et pro reformacione inibi reformandorum expedire &c.

Sequuntur detecta et comperta in dicto decanatu Cant'.

Ecclesia sancti Dunstani prope Cant'.

Compertum est: That John Roper gentilman withdraweth tithe pigeons, tithe saffron and tith fenell from the vicar, the which of olde tyme hath ben used to be paid and hath ben unpaied theis xij yere past./

Item that Sir Richard ffordam songith at his plesure withyn thesaid church at seasons uncerteyn, and when he hath doon therwt he will depart and not helpe to maynteyne goddes service./

Item when I came to my chambre the which my lord gave me the first tyme that I came I had paid peny for hit./

Item that Isabell Lambert the wif of Robert Lambert is a comen slaunderer of her neighbours and saieth that oon Kateryn Herst the wif of Thomas Herst had a childe with another man whil she was sole, with other moo woordes.

Item that John Roper withholdith a tent called Stone hall the which was wont to geve yerely to the churchwardeyns then beyng of thesaid of thesaid church ij busshelles whete./

Item George Eyland withdraweth from thesaid church of a tent called the Tabard jd yerely./

Item it is oweng to the church of a tent of John Till in a place called Crokkerlane j lb of wex, and all theis aforesaid are withdrawen theis xx yeres./

Item that the maister of poore preestes in Canterbury that hath certeyn londes and tentes to fynd a chauntery preest in the chapell of the Trinitie als of Seynt Anne now called that shuld syng wekely thryes a weke there by yere withdraweth it and seeth it not kept./

Item that thesaid Chapell and dores of thesame are in sore decay by his fawte./

Item that the wyndowes and the glasses ar sore in decay in thesaid parissh churche by the defawte of thesaid priour./

Item the churchwardeyns, that is to say William Ball and Thomas Otley, delivered to John Pikall vj s. viij d. to bye a cowe withall, and that thesaid cowe shuld be putt to ferme for the behoff of the churche, the which is withdrawen by the space of xx yeres and the cowe also./

Item that thesame churchwardeyns delivered to John Cowper to bye ij kyen and to put them to ferme as afore is said; the ferme of the which is withdrawen fyve yeres; the whiche John made his wif executrice and she is dede./

Item that thesaid wardeyns delivered to John Robert vj s. viij d. to bye a cowe and to putt her to ferme for the church behoff, the which died and made John Blond his executor, the which is now dede, and so the dewty of the churche is withdrawen./

Item that John Grene and Agnes his wif and Alice the wif of Richard Wode kept the taverne and ale houses on holydaies at the tyme of divine service./

Item that George Ryland, Richard Wheler als Shelton cometh not to their churche on holydaies as they ought to doo./

Ecclesia sancti Martini.

Compertum est that John Loughm hath bequethed to seynt Martyns churche xx li. xx s., wherof is receyved of John Holendell xv li. iij s. iiij d. and so remayneth in thesaid John handes iiij li. xvj s. viij d.

Item remayneth in the hande of Stephyn ffoke widowe a plate. Item in her hande xiiij semys malte./

Item that the churchwardeyns have not counted theis x yeres and have receyved for Richard ffarthande grave and his wiffe xiij s. iiij d. Item for Stephyn ffoke grave vj s. viij d. Item for Lenard Kempys grave vj s. viij d. Item Alice Lounde grave vj s. viij d.

Ecclesia sancte Marie at Northgate.

Compertum est that where a chapell was edified withyn your almys houses of seynt John Baptist in thesaide parisshe of Northgate only for the almys people to occupy themselfe in prayer and not to mynister any sacramentes except to the poore people, now the prior of seynt Gregories hath sent owte a chanon to syng in the said chapell, which useth thesame as a parisshe churche, mynistryng the sacramentes to the dwellers there./

Item that a cesse made to thesaid churche: ffirst maister Baret v s., Nicholas Buston v s., maister John Broker v s. viij d., Wamufflet v d., William Taylour xx d.

Ecclia sancti pauli.

Compertu est that John Hobbyng of the Cite of Caunterbury diffamed openly George Sutton in the churche of seynt Poule, and said he was an outlawe Englisshman wher as he is an Englisshman born.

Item there ar ij Chaumberis that ar wtholden by the monastery of seynt Augustyns / the foundacion of the whiche restith wt the pson of seynt george / the which the parisshe church of seynt paulis shuld haue in keping.

Item that William Mell was not at his parisshchurch thes iiij yeres nor paid no wage to the clerk.

Item Johane Lorkyn kepith suspicious rewle.

Ecclia de Stury.

Compertu est That John Wynter of Stury wtholdith from the churche of Stury ij kyn the store of xx yeres / the which his fader had in Custody of Saunder Merott.

Item that they that doo any good to the church of seynt Nicholas he countith theym ypocritis and they that wold doo good to the church he lettith theym of ther devocion.

Ecclia scor Cosme & damiam

Compertum est That oon Sir Robert of Wynsfeld ys suspected sore for he resortith to William Heddys house.

Ecclia de Nakyngton.

Compertu est that there lakketh a vestment a chaleis and a surples.

Ecclia de Tanyngton.

Compertu est That there is noo seculer preest in the parisshe churche of Tanyngton aforesaid but causith oon of his Chanons to serue it on day tyme and a nyghte is at his place and whan they haue nede of a preest they goo to seke theym a preest wherby many haue died wtout shrifte or hosell, & where as good men in tyme past hath sett trees upon the banke of the churchyard for the defense of the same churche the prior aforesaid hath cut theym doon that were a pece xl s.

Item the vicarage there is sore decayed bicause the vicary is not resident there.

Ecclia de Hakyngton

Compertu est That where as oon Sadory sumtyme of the said parisshe was seased of a tent in Hakyngton aforesaid and so seased declared his will / that the said messuage after the deth of Johane his wif shuld be sold and the money therof comyng to be disposed to the use of the said parisshe and died / after whose deth the said Johane died and the said messuage not yet sold according to the will of the testator / the whiche Sir John Williamson pson of seynt george in Caunterbury and Robert Johnson of Westgatestrete wtholde.

Ecclia de Harbaldowne.

Compertu est That the psonage is in decay and the Cure there is not duely serued by a preest suffisient.

Item that the churchyard lakkith closure.

Item John Caldam wdrawith the profite of iij kyn by the space of iiij yeres that is to sey euery yere vj s viij d / Sm / xxvj s.

Item the Chauncell and the stepull nede of reparacion.

Ecclia sce Marie Bredman

Compertu est That oon Lollam of the parisshe of seynt Marys Bredman hath a wif in Norfolk and he kepith self from hir.

Ecclia bte Marie Bredyn.

Item that the Chauncell is not repared for lak of glasing of the wyndowes and a great pece of the wall ys doon. Item that many tymes in a yere they haue no masse in the said churche not in a hole weke togider.

Item that in the body of the churche the wyndowes ar unglased.

Item that Agnes Shelwoth for that she closith not a voyde place of grounde lying ayenst the dore of the said church the which ys great noysaunce to the said parisshens by reason of a donghill that is made in the same grounde.

Item that Roger Clerke oweth to the said churche for brekyng of the grounde wtin the church to bury his fader in / vj s viij d.

Item pro ecclia bte Marie Bredman pdict

Item a Bequest of oon Thomas Goldsmyth and his wif of xx s iiij d / ys not fulfilled by the executours.

Item quod nonnulla bona olim cuiusdam Thome Goldsmyth ad valorem xxv librarum iiij s sunt sub sequestro Magistri officialis remanentia / debitaque et legata dicti defuncti et presertim dicte ecclesie ac Johanni Knyght adhuc minime sunt soluta.

Item quod idem officialis ad instanciam Magistri Laurencii Stubbe sen prefatum Johannem Knyght eo quod petiit sub Summa atque ecclesie bte Marie Bredman antedicte de legatis sibi solvi [illegible] eisdem collatis sono die dnico in tubis prothijs dicte Ciuitatis Cant iniuste et publice pro excommunicato denunciari mandavit et fecit / aliaque enormia sibi intulit et fecit. Debita dni Knyght extendunt ad xx li. Legata vero ecclie / xx s iiij d.

Ecclia sce Methildrede.

Compertum est that owt of tyme of mynde the Wardeyns of the said churche haue yerely be seased to the use of the said parisshens of xx d goyng owt of a mesuage sett in Retherchepe in the parisshe of seynt george to thentent to wassh aswell aulter clothes as surplece and other geare belonging to the churche the which oon Johane Hempstede now wdrawith (oon of the noonys wtout Caunterbury in seynt Sepulcres now owner of the said messuage.

Item restyng in the handes of John Horsemonden the elder delivered to hym by the handes of Robert Sabbe xls.
Item by the bequest of Morgan Ostyn in the handes of Richard Anchyn / xxd/
Item restyng in the handes of thexecutours of Nicholas Smyth of the light money/. xls.
Item of James Berworth of his owne gift the which coppyng hath content Berworth xxs xd
Item of the bequest of Richard Robert to the gildyng of the Rodeloft / vjs.

Ecclesia de Otham.

Compertum est that William Hogge withholdith peter pens / ijd by yere / Item the churchyard is not sufficiently enclosid

Ecclesia de Harysham.

Compertum est that William May of Canterbury withholdith of the church rent longyng to our lady light iiijs.
Item the said William withdrawith jd a yere of a pece of lond callid Lepark/
Item that William a Chamber of Newenham withholdith of a myll iiijd a yere from the said churche/
Item William Asede withholdith for a parcell of lond callid Grenefeld / ijd ob by yere/.

Ecclesia de Lenham.

Compertum est that Sir John Walker withdrawith x li vjs viijd. to a blak sute / Item the vicar is not resident/
Item that John Sharpe withdrawith an acre of lond geven to thexhibicion of a lampe/
Item that Thomas Kennet withdrawith / iiij. ewes for the light of Seynt Nicholas/
Item that John Hovelot withdrawith of Thomas Esthams bequest to the church / iiij li/.
Item for the makyng of an aulter of the Trinitie / iiij marke withdrawen by John Tylby and Robert Elston at the bequest of Thomas Estlenham/. Item by the last will of Thomas at Wood / x marke.
Item by the last will of Thomas forsaid / xxs. Item Sir John Hillary dide stryke a preest wt a dagger/.

Ecclesia de Langley.

Compertum est that the parsonage is unrepaird / Item that the church body is not sufficiently repaird /

Ecclesia de Lynton

Compertum est that the churchyard walles is not repaird / Item the mancell is not perfight in all place.
Item the wedowe of Thomas Hunte of Lynton withdrawith from the church of Lynton / ij. kene that shuld fynde a lamp before Seynt Nicholas in the quere and a taper before our lady in the church

Ecclesia de Lose.

Compertum est that the Curat is not resident / Item that the steple lakkith reparacion/
Item that Richard Codyng withdrawith keen bequethed by Walter Rich to the churche/
Item that there lakkith a surples and / ij. rochettes. Item a holywater stokk lakkith there /

Ecclesia de Detlyng.

Compertum est that there is withdrawen a certeyn yerely rent of iiijd ob by yere the which shuld be paid owte of a certeyn grownd named Ffrogenfeld which Richard Polhill hath bought/

Ecclesia de Maidstone.

Compertum est that a man toke seyntuary in the churchyard and (a Lee and the Constable John Cokke toke hym by violence/
Item that the chapell of Seynt Ffaith annexid to the College of Maidstone is not maynteyned wt suche devine service as it aught to be but lieth it desolate/
Item that the churchyard there lyeth open and is not closid but hogges and other bestes come there into hit/.
Item that Sir Gilys caryeth daggs at mydnyght and so hurt a pore man by the same/
Item he goeth to Sutton and aboute in a canvas doblet and hose and arowes unpreestly.
Item he walkith nyghtly and is a comen walker wt a knyff by his side aboute the towne/.
Item he is a comune fornycator and so is comuned in somuch that he caused a woman to renne her wayes/.
Item it rayneth uppon Seynt Thomas aulter. Item there lakkith a Collectory booke/.
Item they lak Antiphonaris to synge on / for theym that they have ar blynde and no man may skant se in them/.
Item that the Albis and the bookes ar at great reparacions and no thing seen to/.
Item the organs ar not good nor suche as shuld become to suche a place/.
Item that they lakk / ij. clerkes the which war wont to be there of olde season/.

Acta habita et facta super comperta in visitacione Rmi in Xpo pris et dni domini Willmi pmissione diuina Cant' Archiepi totius Anglie primatis et aplice sedis legati visitacionem suam ordinariam et metropoliticam actualiter in sua Ciuitate et dioc' Cant' exercen per venabilem virum magrm Robertum Woodward decretorum doctorem in Ciuitate et dioc' dicti Reuerendissimi pris Cant' Archiepi Commissarium specialiter deputatum sequitur.

Decanatus Cant'.

Eccl'ia sci Dunstani prope Cant'.

Undecimo die mensis Decembris Anno dni millesimo quingentesimo undecimo in eccl'ia Cath' Xpi Cant' coram predicto dno Commissario, Comparuit dns Ricus ffordman Cantarista in eccl'ia sancti Dunstani [illegible] dab' iudicis vt asserunt Johes Kooper et dixit qd idem Johes nullas decimas debitas / curato ibm / videlt pipionum Croci aut aliorum fructuum subtraxit / Sed singulis annis pro huiusmodi decimis suis eidem curato quinque solid' soluit et satisfecit.

Item eodem die predictus dns Ricus ffordman fatebatur qd non celebrat ibm, nec interest diuinis aliquando / dns commissarius iniunxit eidem qd celebret missam in dicta eccl'ia ad minus ter in septimana pro fundatore et qd intersit diuinis officiis diebus dnicis et festiuis, cessante causa rationabili sub pena excommunicacionis.

Item eodem die comparuit Isabella lambard et negauit qd protulit aliqua verba diffamatoria de Katerina Herst [illegible] / qd est communis diffamatrix vicinorum suorum. Decimo septimo die mensis antedicti comparuit Katerina Herst et assumpsit in se ad probandum negata per prefatam Isabellam / cui dns commissarius diem martis prox' post fm Epiphie domini ad producendum testes prefixit et assignauit. Quo die veniente dns commissarius dimisit prelibatam Isabellam et iniunxit ei qd decetero non habeat verba diffamatoria de vicinis suis sub pena excom.

Item dicto xj° die mensis Decembris comparuit dictus Ricus ffordman pro magro Johe Kooper / et dixit qd dictus Johannes non subtrahit ab eccl'ia predicta / q. Busshell firmarii pro messuagio vocato le Stonehall Nono die Januarij Anno dni predicto comparuerunt Iconomi dicte eccl'ie et exhibuerunt quoddam vetus Rentale de possessione dicti q. Busshell firmarii, ac cartam de prima concessione eiusdem redditus.

Eodem xj° die Decembris comparuit Georgius Aylond de eadem paroch' et dixit qd non subtraxit aut subtrahit aliquas pecunias debitas dicte eccl'ie sancti Dunstani / nec nouit qd eadem eccl'ia percipit vnum denar' annualem de tento vocato le Tabirde. Nono die Januarij Anno dni predicto Iconomi eiusdem eccl'ie comparuerunt et exhibuerunt Rentale de collectione eorundem redditus / et cartam de prima donacione eiusdem.

Item predictis die et Anno comparuit Johannes Tulle et dixit qd non nouit de aliquo redditu annuo libere cere exeunte de tento suo situato in Crokkerlane, neque subtrahit talem redditum. Iconomi sancti Dunstani comparuerunt nono die Januarij Anno predicto et exhibuerunt rentale et cartam de huiusmodi libere cere concessione dicte eccl'ie.

Item dicto xj° die mensis Decembris comparuit dns Philippus [illegible] magister hospitalis pauperum sacerdotum Cant' et dixit qd non tenetur ad sustentacionem capellani in dicta capella sce Trinitatis alias sancte Anne, quia non habet terras et tenta ad onus huiusmodi supportandum, dicit tamen qd si poterit procurari sustentabit. Nono die mensis Januarij Anno dni predicto comparuerunt Iconomi eccl'ie sancti Dunstani, quibus dns commissarius iniunxit ad probandum negata per predictum dnm Philippum magistrum dicti hospitalis die martis prox' post fm sancti Gregorij pape prox'. Quo die veniente videlt xvij° die mensis Marcij Anno dni predicto / comparuerunt dicti Iconomi / et quia nichil probarunt dns commissarius dimisit predictum dnm Philippum / magistrum prelibati hospitalis.

Item idem dns Philippus dixit vt supra qd non tenetur ad reparacionem dicte capelle, sed Iconomi nichil probauerunt et sic dns Commissarius dimisit eum vt supra.

Item dicto xj° die Decembris in eccl'ia Xpi Cant' coram prefato dno commissario comparuit Reuerendus in Xpo pater Thomas dei gra Sidonien Epus prior domus sancti Gregorij Cant' proprietarius eccl'ie sancti Dunstani Cant' Cui dns commissarius iniunxit qd sufficienter reparabit fenestras in Cancello ibm tam in vitriacione qm in aliis reparacionibus citra fm Pasche prox' sub pena sequestracionis fructuum ibm.

Item predicto xj° die Decembris Anno dni quo supra comparuerunt Iconomi eccl'ie paroch' sancti Dunstani predicti et dixerunt qd Johannes Percyvall recessit extra dioc', et est in sanctuario apud Westm.

Item eodem die iidem Iconomi affirmarunt qd Relicta Johis Cooper ab hac luce migrauit in tanta inopia qd bona sua non sufficiebant circa sepulturam eiusdem et sic ipsa detectio est desperata.

Item dicto die prefati Iconomi dixerunt qd Johannes Aylond executor testamenti et vltime voluntatis Johis Robert ab intestato decessit, et nesciunt quis administrat eius bona, sed patet ipsam detectionem desperatam.

Item eisdem die et loco comparuerunt coram dno commissario Johannes Grene et Agnes vxor eius ac Alina [illegible] Wodde et fatebantur qd non frequentant eccl'iam paroch' aliquando / quibus dns commissarius iniunxit qd frequentant eccl'iam ibidem diebus dnicis et festiuis sub pena excommunicacionis.

Item prescriptis die et loco coram prelibato dno commissario comparuerunt Georgius Aylond et Ricus Shelton alias Wolcelard et fatebantur qd non frequentant eccl'iam suam tempore diuinorum / et dns commissarius iniunxit eisdem qd decetero frequentant eorum eccl'iam paroch' diebus dnicis et festiuis sub pena excommunicacionis.

Eccl'ia sancti Martini.

Undecimo die mensis Decembris Anno dni predicto Coram dno commissario In eccl'ia Cath' Xpi Cant' Comparuit personaliter Johes Holendeu in psona citacione sibi facta et fatebatur qd debet eccl'ie sancti Martini predicte ex legato Johis Thornthyn . [illegible] Cui dns commissarius iniunxit qd satisfaciat dicte eccl'ie eandem summam [illegible] citra fm Natiuitatis sancti Johis Bapte sub pena excom.

Item dictis die et loco comparuit Alina ffooke Relicta et executrix Stephi ffook et fatetur qd habet in manibus suis de bonis dicte eccl'ie sancti Martini in denariis xl d / et xxxvj quarteria brasij que bona semper fuit et est parata eadem deliberare. dns commissarius iniunxit eidem Aline qd deliberet Iconomis dicte eccl'ie eadem bona citra fm Pasche prox' sub pena excom.

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi eiusdem eccl'ie quibus per dnm commissarium iniunctum fuit ad reddendum compotum bonorum dicte eccl'ie citra fm purificacionis Beate Marie prox' sub pena excom. penultimo die Januarij comparuerunt Iconomi predicti et exhibuerunt compotum tam de receptis qm de expositis pro predicta eccl'ia.

Eccl'ia de Northgate

Undecimo die mensis Decembris Anno dni predicto / comparuit Reuerendus pater Thomas prior domus sci Gregorij Cant' et fatetur qd per Canonicos domus sue facta et sacramentalia ministrantur fratribus et sororibus hospitalis sci Johis extra Northgate et habitantibus infra precinctum eiusdem hospitalis / et qd predecessores sui a tempore fundacionis eiusdem hospitalis sic semper consueuerunt. dns commissarius assignauit dicto priori ad exhibendum fundacionem eiusdem citra fm Pasche prox'.

Item dictis die et loco comparuit Johes Barret et dixit qd cessio facta pro reparacione eccl'ie predicte non fuit debite.

cessata quia diversi habentes possessiones in eadem parochia non erant assessata Dominus Commissarius
iniunxit prefato Johanni Barret ad solvendum dictam summam super domo sua assessatam citra festum Nativi- #
tatis sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excommunicationis
Dominus Commissarius remisit Nicholaum Duston domino Archiepiscopo quia non moratur in diocesi Cant'
Dominus Commissarius iniunxit Johanni Kroker ad solvendum Iconomis predicte ecclesie de Northgate
vs viijd assessat' super se pro tento suo in eadem parochia citra festum Penthecostes proxime sub pena
excommunicationis
Thomas Wamflet comparuit et dixit quod non habet aliquod tentum in eadem parochia
Willelmus Cules comparuit Cui dominus Commissarius iniunxit ad satisfaciendum prefate ecclesie xvjd super
eum assessat' pro tento suo in eadem parochia situat' citra festum Assumptionis beate Marie virginis #
proxime sub pena excommunicationis

Ecclesia sancti Pauli

Undecimo die mensis Decembris Anno domini predicto In ecclesia Christi Cant' comparuit Johannes
Hebbyng cum Georgio Sutton et dixerunt quod detectio illos concernens est coram domino Archiepiscopo et sic
dominus Commissarius remisit eos ad dominum Archiepiscopum et cetera
Item dicto die et loco comparuit magister Johannes Williams Rector ecclesie parochialis sancti Georgii
Cant' et dixit quod non habet in custodia sua fundacionem ipsius Cantarie
Item comparuit Willelmus Mott et fatetur quod non frequentat ecclesiam suam parochialem quia non audet pro
timore arrestacionis dicit tamen quod diebus dominicis et festivis accedit ad Monasterium sancti Augustini et ibidem audit
divina
Item idem Willelmus dicit quod non solvit salarium aquebaiuli ibidem Cui dominus Commissarius iniunxit ad solvendum
salarium aquebaiuli a retro citra festum pasche sub pena excommunicationis
Item dicto die et loco comparuit Johanna Lurkyn et dixit quod vocata fuit coram domino Archiepiscopo pro ipsa detectione
Ideirco dominus Commissarius dimisit eam

Ecclesia de Sturrey

Undecimo die mensis Decembris Anno domini predicto comparuit Johannes Wynter de Sturrey et fatetur
quod habet in manibus suis duas vaccas cum firma earundem pro xj annis Cui dominus Commissarius iniunxit
quod deliberet Iconomis dicte ecclesie de Sturrey ipsas duas vaccas et firmam earum citra festum pasche proxime
sub pena excommunicationis
Item predictus Johannes Wynter negavit quod noverit aut dixerit eis personas Iconomis que faciunt aliqua
bona ecclesie predicte aut habuerit talia verba contenta in ipso articulo aut eis consimilia et petiit terminum
ad purgandum se super eodem Cui dominus Commissarius diem Veneris proxime post festum Epiphanie domini
proxime ad purgandum se sexta manu assignavit Quo die veniente videlicet nono die Januarii comparuit predictus
Johannes et cum Willelmo Mayer Joanne Kemp Thoma Lambard Rolando Malaber et Roberto a Leghe de
Sturrey predictis tunc se purgavit et dimissus est
Item predictis die et loco comparuit vicarius de Sturrey videlicet dominus Willelmus Hykson et lectis articulis contra
eum detectis Dominus Commissarius iniunxit eidem quod celebret missam diebus dominicis et festivis ac in quarta
et sexta feriis ad minus singulis septimanis nisi causa rationabili impedierit sub pena sequestrationis fructuum
Item iniunctum est eidem domino Willelmo Hykson quod pernoctet in vicaria sua continue per se vel alium presbiterum
pro sacramentis ministrandis necessitatis tempore sub pena sequestrationis fructuum suorum ibidem
Item iniunctum est predicto domino Willelmo Hykson quod immediate post matutinas ac primam et horas decantatas
et dictas procedat ad missam celebrandam sic quod ante horam undecimam missa finita sit sub pena predicta
Item predictus dominus Willelmus Hykson dicit quod non subtrahit aliquam parcellam Rosi pertinentem parochianis
ibidem Nono die Januarii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi de Sturrey iuxta citacionem sibi factam
quibus Dominus Commissarius iniunxit ad probandum quod vicarius habet et detinet talem parcellam Rosi die Martis
proxime post festum sancti Gregorii pape proxime futuri Quo die veniente videlicet xvij die mensis Martii Iconomi
predicti nichil probaverunt Ideirco Dominus Commissarius dimisit vicarium predictum
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie de Sturrey quibus Dominus Commissarius iniunxit
quod sufficienter reparabunt Navim ecclesie predicte citra festum Assumptionis beate Marie proxime sub pena excommunicationis
Item Dominus Commissarius iniunxit eisdem Iconomis quod reparent Campanile ibidem in le shyngelyng
citra festum omnium sanctorum proxime sub pena excommunicationis
Item ad detectionem Johannis Wynter pro duabus vaccis idem Johannes dedit responsum et habet iniunctum
ut supra in primo articulo istius parochie

Ecclesia sanctorum Cosme et Damiani

Undecimo die mensis Decembris Anno domini predicto coram domino Commissario comparuit Magister Rogerus
Dowdale vicarius ecclesie parochialis sanctorum Cosme et Damiani de Blean et certificavit quod dominus
Robertus de Stoynesfeld recessit diocesi

Ecclesia de Nakynton

Undecimo die Decembris Anno domini predicto comparuerunt Iconomi de Nakynton quibus dominus Commissarius
iniunxit quod provideant unum vestimentum unum Calicem et unum superpellicium citra festum Assumptionis beate
Marie virginis proxime futurum sub pena excommunicationis

Ecclesia de Tanyngton

Undecimo die mensis Decembris Anno domini predicto In Ecclesia xpi Cant coram prefato domino Commissario comparuit Reverendus pater Thomas prior Domus sancti Gregorij Cant proprietarius Rectorie de Tanyngton et dixit quod deservivit Cure ibidem per Canonicum Domus sue ut bene potuit quia privilegiatus est / Dicit etiam quod scindit quasdam certas arbores crescentes circa Cimiterium et credit quod bene potuit ita succidere Tamen valor earundem non excedit xx s / Dominus Commissarius ex certis causis continuavit usque adventum domini Archiepiscopi

Item dictus Reverendus pater dixit quod non est ibidem mansum pro vicario nec fuit a tempore cuius contrarij memoria hominum non existit Sed sunt ibidem terre vocate le vicarage / Sub etiam continuavit usque adventum domini Archiepiscopi

Ecclesia de Hakyngton

Undecimo die mensis Decembris Anno domini predicto comparuerunt Magister Johannes Williams Rector ecclesie sancti Gregorij Cant et Robertus Johnson quibus iniunctum est quod vendant mesuagium cuiusdam Johannis Sadrey et pecunia inde percepta disponant secundum eius testamentum in ecclesia predicta citra festum sancti Michaelis Archangeli proximo futurum sub pena excommunicationis

Ecclesia de Herbaldoun

Undecimo die mensis antedicti comparuit Reverendus pater Johannes Sirmiensis Episcopus Rector ecclesie parochialis sancti Michaelis predicte Cui Dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparabit Cancellum ibidem ac eius Rectoriam ibidem citra festum Assumptionis beate Marie proximo futurum Et quod provideat Cure ibidem cum Capellano idoneo sub pena sequestrationis fructuum

Item dictis die et loco iniunctum est Iconomis ecclesie predicte quod sufficienter faciant reparari clausuram Cimiterij ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximo sub pena excommunicationis

Item die et loco antedictis Johannes Caldam de parochia predicta comparuit et fatetur quod habuit et habet in custodia sua tres vaccas pertinentes ad ecclesiam predictam et est indebitatus Iconomis ibidem pro firma et proficuo earundem pro iiij^or^ annis Cui Dominus Commissarius iniunxit ad satisfaciendum Iconomis ibidem firmam predictam citra festum sancti Johannis baptiste proximo futurum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco iniunctum est Iconomis ecclesie predicte ad sufficienter reparandum Cancellum et Campanile ibidem citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximo sub pena excommunicationis

Ecclesia sancte Marie Bredman

Undecimo die mensis Decembris Anno domini millesimo quingentesimo undecimo In ecclesia Cathedrali xpi Cant coram prefato Magistro Roberto Woodward Commissario comparuit Johannes Collam de parochia predicta et fatetur quod habet uxorem superstitem et paratus est ei adherere si venerit / Dicit quod ipsa recessit ab illo

Item dictis die et loco iniunctum est Johanni Lambard de parochia predicta quod solvat Iconomis ecclesie predicte xij s iiij d citra festum pasche Willelmo Thomson vj s iiij d citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste et Willelmo Bere vj s citra festum Assumptionis beate Marie virginis de debitis et legatis Thome Goldesmyth et uxoris eius sub pena excommunicationis

Item Dominus Commissarius commisit domino Archiepiscopo computa predicte parochie de Bredman coram Johanne Knyght et officialem domini Archiepiscopi Cant ac Magistrum Thomam Laurence eius scribam

Ecclesia beate Marie Bredyn

Undecimo die Decembris Anno domini predicto comparuit Domina Mildreda Priorissa Domus sancti Sepulchri Cant Monialium quam Dominus monuit ad sufficienter reparandum fenestras Cancelli ibidem in vitro citra festum pasche proximo et murum eiusdem Cancelli citra festum penthecostes proximo sub pena sequestrationis fructuum

Item dictis die et loco comparuit vicarius predicte ecclesie Cui Dominus Commissarius iniunxit ad debite serviendum cure predicte in celebrando missam in ecclesia predicta ebdomadatim sub pena sequestrationis fructuum suorum ibidem

Item eodem die comparuerunt Iconomi eiusdem ecclesie quibus Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum fenestras ecclesie in vitreatione citra festum pasche proximo sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Agnes Sheldwyche et dixit quod possidet talem peciam terre ibidem Dicit tamen quod tam parochiani ibidem quam alij inhabitantes Civitatem Cant faciunt ipsam terram communem ponendo et iactando ibidem stercora domorum suarum quominus non potest custodire clausuram eiusdem

Item dictis die et loco comparuit Rogerus Clerk et dixit quod dicta ecclesia est sibi indebitata / Tamen dixit quod vult satisfacere Iconomis dicte ecclesie vj s viij d Cui Dominus Commissarius iniunxit eidem ad solvendum ipsam summam citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximo sub pena excommunicationis

Ecclesia sancte Mildrede

Undecimo die mensis Decembris Anno domini predicto Coram Domino Commissario comparuit domina Johanna Hempsted monialis sancti Sepulchri iuxta Cant et dixit quod non subtrahit redditum xiiij d annorum xx de mesuagio suo in parochia sancti Georgij Cant situato quia nescit talem redditum debitum / dicit tamen quod si possit probare parata est satisfacere xvj^o^ Die mensis Januarij Anno domini predicto Iconomi sancte Mildrede comparuerunt quibus Dominus Commissarius iniunxit quod probent huiusmodi redditum citra festum penthecostes proximo et monuit predictam Dominam Johannam ad interessendum xiij^o^ die mensis Junij Anno domini millesimo quingentesimo xij^o^ quo comparuit prefata domina Johanna quam Dominus Commissarius dimisit pro eo et ex eo quod Iconomi predicti nihil probaverunt

Item predicto xj^o^ Die Decembris comparuit Isabella Parable filia et executrix testamenti et ultime voluntatis Margerie Wastlande et fatetur quod non perimplevit voluntatem predictam sed impedivit quominus potuit perimplere legatum ecclesie predicte quia non vendidit domum Dominus Commissarius monuit eam ad comparendum die Lune viz quintodecimo die Januarij ad dicendum causam rationabilem siquam pro se habeat quare excommunicari non debeat pro eo quod non vendidit huiusmodi Domum iuxta et secundum testamentum predicte Margerie matris sue Quo die veniendo comparuit prefata Isabella et quia nullam causam saltem legittimam allegavit Dominus Commissarius declaravit eam excommunicatam xix^no^ die mensis Februarij Anno domini predicto comparuit prenominata Isabella et petijt beneficium absolucionis quam Dominus Commissarius permittit per eam prestito Juramento de parendo Juri absoluit et Iniunxit eidem quod vendat huiusmodi mesuagium citra festum Pasche proximum et de pecunia inde percepta perimpleat testamentum predictum citra festum Natiuitatis sancti Johannis baptiste sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum est Johanni a Barton quod amoueat famulam suam a domo sua et quod euitet consortium eiusdem preter in locis permissis sub pena excommunicacionis

Ecclesia sancti Andree

Undecimo die Decembris Anno domini predicto comparuit Johannes Brokyt Camerarius Ciuitatis Cantuarie pro maiore et communitate eiusdem Ciuitatis et dixit quod non subtrahunt aliquas decimas opellarum siue pistarij

Item dictis die et loco Dominus Commissarius dimisit compertum pro fundacione Cantarie in ecclesia sancti Andree predicte quia tenementa sunt in possessione Willelmi Capell militis commorantis in Ciuitate London vocetur coram domino Archiepiscopo

Item eisdem die et loco predictus Dominus Commissarius dimisit executores testamenti et ultime voluntatis Thome Lansyn videlicet magistrum Rogerum Chirche pro ipsa detectione quia extra diocesim vocetur coram domino archiepiscopo

Ecclesia sancte Crucis de Westgate

Undecimo die mensis Decembris Anno domini predicto comparuit Reuerendus pater dominus Thomas prior Domus sancti Gregorij iuxta Cantuariam vicarius ecclesie parochialis sancte Crucis predicte et dixit quod postquam institutus et inductus erat vicarius ibidem per quinque Annos deseruiuit cure ipsius ecclesie per Canonicum Domus sue et postea per dominum Johannem Pesemede capellanum per tres annos vel circiter usque festum Pasche ultimum Ex quo deseruiunt cure huiusmodi per Canonicum sufficienter doctum Dixit etiam quod si posset habere presbiterum secularem vellet Idem dominus vicarius dixit quod dixit parochianis ibidem quod si velint prouidere capellanum idoneum ipse salarium huiusmodi capellano soluere paratus esset

Item idem Dominus prior dixit quod dimisit mansum vicarie sue ibidem cuidam laico et credit quod ita potest dimittere

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quos Dominus Commissarius monuit ad tractandum cum consilio domini Archiepiscopi pro denarijs sancti Petri exeuntibus ut dixerunt de manerio de Westgate et sic remissi sunt ad dominum Archiepiscopum

Item Iniunctum est prefato Domino priori quod sufficienter reparabit fenestram Cancelli predicte ecclesie citra festum Assumpcionis beate Marie virginis proximum sub pena sequestracionis fructuum

Ecclesia beate Marie de Castro

Undecimo die mensis Decembris Anno domini predicto comparuit Johannes Cotell et fatetur quod erat gardianus ffraternitatis Sancti Johannis baptiste Negat tamen se habere aliquam summam in manibus suis ad eandem fraternitatem pertinentem Dominus Commissarius Iniunxit eidem ad reddendum compotum die Lune proximo post festum Epiphanie domini proximum quo die veniens comparuit et exhibuit compotum et dimissus est

Dominus Commissarius ex certis causis remisit Johannem Hamond domino Archiepiscopo

Item dictis die et loco Johannes Stephyn comparuit iuxta citacionem sibi factam et fatetur quod habet in manibus suis de bonis dicte ecclesie vjs viijd Unde Dominus Commissarius Iniunxit ad soluendum dictos vjs viijd in festis Natalis domini et pasche proximis per equales porciones sub pena excommunicacionis

Ecclesia sancti Georgij

Undecimo die Decembris Anno domini predicto comparuerunt Iconomi sancti Georgij quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum Cancellum ibidem citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuerunt Rector ecclesie predicte et Iconomi ibidem et dixerunt quod contenti sunt quod ipsa detectio pro redditu vjs tractaretur in foro seculari et sic dominus Commissarius dimisit ipsos

Item dictis die et loco comparuit Johannes Hale et dominus Commissarius monuit eum ad comparendum coram domino Archiepiscopo in proximo suo aduentu ad respondendum coram eodem domino Archiepiscopo ad istam detectionem

Ecclesia beate marie magdalene

viij° die mensis Decembris Anno domini millesimo quingentesimo xj° coram domino Commissario comparuerunt omnes carnifices commorantes in parochia predicta Quibus dominus Commissarius Iniunxit quod non aperient shopas suas nec vendant carnes diebus dominicis sub pena excommunicacionis Insuper Iniunctum est eisdem carnificibus quod frequentent ecclesiam parochialem ibidem tempore diuinorum diebus dominicis et festiuis sub predicta pena

Item predictus dominus Commissarius Iniunxit Patricio Cornelys Sutori quod frequentet ecclesiam suam parochialem tempore diuinorum sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit dominus Willelmus Cony Rector ecclesie predicte Unde Dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum Cancellum ibidem et fenestras eiusdem in vitriacione citra festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena sequestracionis fructuum

Item dictis die et loco comparuit Johannes ffryske et dixit quod quidam Johannes Carlill defunctus in vita sua edificauit domum iuxta ecclesiam predictam racione cuius lumen dicte ecclesie parum impeditur dixit tamen quod vult conuenire et tractare cum Iconomis et parochianis ibidem pro huiusmodi luminis impedimento viij° die mensis Junij Anno domini millesimo quingentesimo xij° comparuerunt Iconomi ecclesie predicte et dixerunt quod Johannes ffryske composuit cum eis

Ecclesia sancte Margarete

Magister Thomas Wattz sacre Theologie professor Rector ecclesie parochialis predicte tempore visitacionis

Resignauit

Ecclia Omnium sanctorum

viij° die mensis Decembris Anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclie predict / Quibus dominus Commissarius Iniunxit ad reddendum compotum de bonis ecclie antedicte citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum

Item dictis die et loco Iniunctum est Johanni Elys Willmo Trego Ricardo Coly / Roberto Ryley Johanni Whitman Willmo Elys et Johanni Benet parochianis ibidem quod frequentant ecclesiam suam parochialem diebus dominicis et festivis sub pena excommunicationis

Item dictus Dominus Commissarius Iniunxit Iconomis predict ad reparandum campanile citra festum Assumpcionis beate marie virginis proximum sub pena excommunicationis

Ecclia sancti Alphegi

viij° die Decembris Anno predicto Henricus Henrison Willmus Beket Katherina Johnson Johanna Cosst Jacobus Coryer Jacobus Jasper Johannes Richardson Johannes Froward et uxor eius / Jacobus Carder et Cornelys Coryer comparuerunt quibus Iniunctum est quod frequentant ecclesiam suam parochialem diebus dominicis et festivis sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco Dominus Commissarius Iniunxit Johanni Foker et Jacobo Jasper quod amoveant a domibus suis diebus dominicis et festivis et presertim tempore divinorum lusores ad tabulas et cardes et alios ludos prohibitos sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi ecclie predict et dixerunt quod dicte mulieres recesserunt a diocesi Cant et commorantur in Civitate London

Decanatus de Westbere

Ecclia sancti Laurentij in Thaneto

Duodecimo die mensis Decembris Anno domini millesimo quingentesimo xj° In ecclia Cath xpi Cant coram prenominato Domino Commissario comparuit Ricus Norwood executor testamenti et ultime voluntatis Johannis Kethe et dicit quod summa petita pro ecclia predict restat in manibus cuiusdam Thome Lyncoln quem dicit debere fore vocandum citra xj diem mensis Martij proximum Quo die veniente comparuit predictus Thomas Lincoln iuxta citacionem sibi fact et recognovit quod debet ecclie predicte pro legato Roberti Kethe / xjli vjs viijd Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad solvendum eandem summam citra festum Penthecostes sub pena excommunicationis Insuper dictus Thomas promisit quod si possit probari de maiori summa solvet

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dict ecclie et dixerunt quod nesciunt audire de testamento vel ultima voluntate Juliane Seyntnicolas nec qui erant ipsius testamenti executores

Ecclia de Swalclif

Duodecimo die mensis Decembris comparuit Dominus Rector ecclie parochialis de Swalclyff Cui Dominus Commissarius Iniunxit quod sufficienter reparari faciet fenestram cancelli ibidem citra festum nativitatis Johannis Baptiste proximum sub pena sequestracionis fructuum suorum

Item Iniunctum est eidem Domino Rectori predict quod reparet sufficienter Rectoriam suam ibidem citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena sequestracionis fructuum suorum ibidem

Item dictis die et loco Iniunctum est Iconomis ecclie predict ad providendum sufficiens missale citra festum pasche proximum sub pena excommunicationis

Item ipsis die et loco comparuit dominus Jacobus Comer capellanus parochialis ibidem iuxta citacionem sibi factam et negavit articulum sibi obiectum Cui Dominus Commissarius diem Jovis proximum post festum purificacionis beate Marie virginis proximum ad purgandum se quinta manu assignavit Quo die veniente Idem dominus Jacobus comparuit et legitime se purgavit et dimissus est

Item Idem dominus Jacobus Comer negavit articulum videlicet quod staret sub fenestra parochianorum ibidem in hora x post meridiem ac se legitime purgavit ut supra et sic Dominus Commissarius dimisit eum

Capella de Hothe

Duodecimo die mensis Decembris Anno domini predicto comparuit Magister Leonardus Eglesfeld iuxta citacionem sibi factam Cui Dominus Commissarius Iniunxit quod deserviet cure capelle de Hothe per capellanum idoneum et quod idem capellanus celebret septimanatim ut ab antiquo consuevit sub pena sequestracionis fructuum ibidem

Item dictis die et loco comparuit Dominus Johannes Chalcot Cantarista ibidem Cui dominus Commissarius Iniunxit ad debite serviendum cantarie sue ibidem et ad residendum in eadem sub pena sequestracionis fructuum nisi aliter dispensatum fuerit cum eo per dominum Archiepiscopum

Item Iniunctum est Iconomis et parochianis capelle de Hothe predict ad providendum pyxidem et Crismatorium citra festum Pasche proximum / Et ad reparandum campanam fractam citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum et quod emendent porticum ecclie et domum pertinentem eidem ecclie citra festum Omnium Sanctorum proximum futurum sub pena xls applicandorum ad reparacionem pontis Roffen /

Item dictis die et loco comparuit Symon Fantyng iuxta citacionem sibi factam et dicit quod habet in manibus suis xxvjs viijd ex legato Ricardi Fantyng debit capelle predict / Et Dominus Commissarius Iniunxit eidem Symoni quod satisfaciat dictam summam Iconomis ibidem citra festum purificacionis beate marie proximum sub pena excommunicationis

Item dictus Symon fatetur ex legato Willmi Fany xs quos Dominus Commissarius Iniunxit solvere Iconomis predict citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis / Nono die Julij Anno domini millesimo quingentesimo xij° comparuerunt Iconomi de Hothe predict et in presencia dicti Symonis monicionem citra eundem diem affirmaverunt quod idem Symon non satisfecit dictas summas xxvjs viijd et xs nec aliquam porcionem inde quem Dominus Commissarius declaravit excommunicatum eo quod non paruit monicionibus et Iniunctionibus predict xxj die mensis July predict comparuit prefatus Symon et submisit se et petiit beneficium absolucionis quem Dominus Commissarius absolvit primitus Iurat de parendo Iuri Et incontinenter Dominus Commissarius ex consensu Iconomorum Iniunxit eidem Symoni ad satisfaciendum dictas summas citra festum sancti Michaelis proximum sub pena reincidencie

Item predictis die et loco comparuit Benedictus Dubiose et dicit quod est indebitatus ecclie predict quantum nescit Assumpsit se ad computandum cum Iconomis citra festum purificacionis beate marie proximum et ad intimandum dno Commissario diem Jovis proximum post dictum festum Adveniente dicto die Jovis prefatus Benedictus comparuit et allegavit diversa impedimenta quo minus poterat computare cum dictis iconomis. Et dominus commissarius assignavit sibi ad computandum cum eisdem iconomis citra diem vicesimum post festum sancti Valentini proximum et super suo compoto ad solvendum iconomis predictis summam debitam. Et ad comparendum die mercurii extunc proximo sequente ad referendum huiusmodi compotum et summam solutam. Etiam dominus commissarius monuit iconomos dicte capelle ad interessendum. Crastino die venerunt tam predictus Benedictus quam iconomi prefati compareuerunt. Et dictus Benedictus dixit quod computavit cum iconomis et solvit eisdem xx s. Et debet eisdem xxx s. Unde dominus commissarius iniunxit ad solvendum eisdem xxx s citra festum pasche proximum sub pena excommunicacionis.

Thomas Cole comparuit predicto xij° die Decembris anno domini prescripto et fatetur quod est a retro per vj annos de redditu dicte ecclesie annuatim iiij d. Dominus commissarius iniunxit eidem Thome quod satisfaciat redditus predictos a retro existentes citra festum Purificacionis beate Marie proximum sub pena excommunicacionis.

Henricus Knott de Cosmusblean comparuit et dixit quod antequam citatus erat composuit cum iconomis et iconomi id affirmaverunt.

Robertus Hunte comparuit virtute citacionis sibi facte et dixit quod duxit in uxorem relictam Ricardi Porter et paratus est satisfacere ecclesie predicte iij s iiij d ex legato predicti Ricardi quos satisfecerit tunc ibidem.

Willelmus Pylcher executor testamenti Thome Baker comparuit virtute citacionis etc. et dominus commissarius iniunxit eidem quod satisfaciat iconomis de Hothe iij s pro redditu existente a retro per predictum Thomam defunctum citra festum Purificacionis beate Marie proximum vel ad comparendum die Iovis extunc proximo sequente quare non. Dicto die Iovis advenientes compareuerunt iconomi ecclesie predicte et dixerunt quod dictus Willelmus composuit cum eisdem.

Item dictis die et loco comparuit Symon Fantyng et dixit quod est paratus ad solvendum xxx s Johanni Esky xl s legatos per Ricardum Fantyng. Dominus commissarius iniunxit ei quod satisfaciat citra festum Natalis domini proximum sub pena excommunicacionis.

Item eisdem die et loco comparuit dominus Johannes Chalrott cantarista de Hothe predicte et requisivit pro dilapidacione eiusdem cantarie. Dominus commissarius remisit eum magistro Leonardo Eglesfeld rectori de Berlond administratori bonorum domini Willelmi Haymond ultimi cantariste eiusdem.

Item iniunctum est iconomis capelle predicte quod sufficienter reparabunt capellam predictam in tegulis et aliis necessariis reparacionibus citra festum Assumpcionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicacionis.

Item dominus commissarius iniunxit eisdem iconomis ad reparandum portam cimiterii dicte capelle citra festum pasche proximum sub pena excommunicacionis.

Ecclesia sancti Nicholai at Wade in Thaneto.

vij° die mensis Decembris anno domini predicto comparuit Willelmus Crumpe civitatis Cantuariensis monitus ad requisicionem iconomorum dicte ecclesie sancti Nicholai, quem dominus commissarius interrogavit de certo pondere plumbi subtracto ab ecclesia predicta. Qui quidem Willelmus dixit quod non administravit neque administrat aliqua bona premencionata David Crumpe defuncti. Sed dixit quod relicta eiusdem David modo defuncta et quidam Johannes Pykkyng civitatis London erant executores testamenti eiusdem defuncti. Et quia dictus Johannes Pykkyng est extra diocesim dominus commissarius commisit ipsam detectionem domino Archiepiscopo et monuit eosdem iconomos ad prosequendum ipsam materiam coram eo.

Item iconomi dicte ecclesie dixerunt quod nesciunt qui fuerunt aut sunt executores Johannis Hampton nec prestarunt huiusmodi iuramentum.

Ecclesia sancti Johannis in Thaneto

Iniunctum fuit per dominum cancellarium magistro Thome Lawrence procuratori Abbatis et Conventus sancti Augustini ad solvendum pensionem vicario predicte sancti Johannis.

Item iniunctum fuit ut supra eidem procuratori ad restituendum decimas a dicto vicario subtractas.

Item predicto xij° die Decembris anno quo supra iconomi ecclesie sancti Johannis compareuerunt quibus dominus commissarius iniunxit ad reparandum clausuram cimiterii ibidem et servant eundem cimiterium ab immundis animalibus videlicet porcis et aliis citra festum Natalis domini proximum sub pena excommunicacionis.

Item dictis die et anno comparuit Willelmus Sawyer cui dominus commissarius iniunxit ad satisfaciendum legatum matris sue ecclesie predicte citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste sub pena excommunicacionis.

Item prefatis die et anno Arnoldus Lambyrd comparuit et dixit quod non habet aliquas terras pertinentes dicte ecclesie. Dominus commissarius monuit iconomos ad prosequendum ipsam materiam in iure coram eo.

Item iniunctum fuit magistro Thome Lawrence ut supra ad edificandum et providendum mansionem pro vicario.

Item fuit iniunctum eidem magistro Thome ut supra ad reparandum cancellum ibidem in tectura ac aliis reparacionibus.

Ecclesia de Chistelet

Dominus Johannes Whelonger capellanus ibidem stipendiarius recessit diocesim ut iconomi et alii parochiani dixerunt.

Item dictis die et loco comparuit Robertus Notte frater hospitalis sancti Bartholomei iuxta Sandwicum et dixit quod non tenetur ad solucionem par sotularium argenteorum pro crucifixo de Chistelet quia domus que assignata fuit venditioni pro eisdem sotularibus non potest vendi. Dixit etiam quod non tenetur solvere unum quarterium ordei dixit quod si possit probari quod tenetur quod vult satisfacere. Iconomi predicte ecclesie exhibuerunt unam cartam de concessione predicti quarterii ordei et allegaverunt quod ipsi volunt emere predictam domum et satisfacere predicte ecclesie legata. Dominus commissarius iniunxit prefato Roberto Notte ad satisfaciendum tam predictum quarterium ordei quam par sotularium citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicacionis.

Ecclesia de Whitstaple

vij° die mensis Decembris anno domini predicto comparuit procurator magistri et sororum de Plasshe proprietariorum ecclesie predicte cui dominus commissarius iniunxit ad providendum capellanum idoneum ad deserviendum dicte cure citra festum pasche proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem.

Item iniunctum est eidem procuratori ad reparandum sufficienter rectoriam ibidem citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena sequestracionis fructuum eorundem.

Item sunt iniunctum predictis procuratori quod fenestra supra summum altare sit sufficienter reparata in vitreatione citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena sequestrationis ut supra

Item dictis die et loco comparuerunt Johannes Brode, Thomas Elmer, Johannes Tyse, Willelmus Kyssher, Jacobus Grymys et dicunt quod non detinent aliquas terras pertinentes. Willelmus Elmer dicit tamen quod si possit probari quod detinet restituent. Et dominus commissarius iniunxit prefato Willelmo Elmer ad probandum premissa die Jovis proxima post festum Purificationis beate Marie proximum. Quo die veniente prefato Willelmo Elmer nichil probante dominus commissarius dimisit partes predictas

Item predictis die et anno comparuit Johannes Estow cui dominus commissarius obiecit detectionem contra eum compertam qui respondit et confessus est famam negando quod tenet aliquam mulierem preter uxorem suam. Cui dominus commissarius ad purgandum se quinta manu die Jovis post festum Purificationis assignavit. Quo die adveniente comparuit prefatus Johannes et quia defecit in purgatione sua dominus commissarius declaravit eum pro convicto et monuit eum ad comparendum die Mercurii proxima post festum Sancti Valentini proximum ad recipiendum penitentiam. Quo quidem die Mercurii prefatus Johannes comparuit. Cui inde dominus commissarius iniunxit quod duobus diebus dominicis proxime futuris in ecclesia de Whitstaple nudis pedibus et capite toga et camisia solummodo indutus cum cereo precii duorum denariorum precedet processionem ibidem et quod secunda dominica offerat huiusmodi cereum ad manus curati post evangelium alte misse lectum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Holtham iuxta citationem sibi factam et negavit articulum sibi obiectum et ex certis causis dominus commissarius dimisit per proprium iuramentum et monuit eum quod debite frequentat ecclesiam suam parrochialem diebus dominicis et festivis sub pena excommunicationis

Item iniunctum est iconomis dicte ecclesie ad providendum sacristam sufficientem citra festum Purificationis beate Marie proximum sub pena excommunicationis

Item dicti iconomi dicunt quod aquebaiulus predicte ecclesie facit debitum officii sui in omnibus

Item predictis die et loco Johannes Brode executor testamenti et ultime voluntatis Roberti Hardy defuncti comparuit. Cui dominus commissarius iniunxit ad comparendum die Jovis proxima post festum Purificationis beate Marie virginis proximum et ad exhibendum testamentum dicti Roberti et ad reddendum compotum super administratione et executione eiusdem. Quo die veniente comparuit prefatus Johannes Brode et exhibuit tam testamentum quam compotum

Ecclia de Sesalter

vij° die mensis Decembris anno domini predicto comparuerunt executores testamenti et ultime voluntatis Willelmi Snelt dum vixit de Sesalter quibus dominus commissarius iniunxit ad solvendum legata dicti Willelmi videlicet ad reparationem dicte ecclesie xx s. et ad reparationem capelle Sancti Alphegi ibidem vj s. viij d. et ad reparationem capelle Sancti Petri ibidem vj s. viij d. et ad reparationem ecclesie de Dagland vj s. viij d. citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuerunt executores Margarete Cropp quibus dominus commissarius iniunxit ad solvendum iconomis ecclesie predicte xx d. ex legato dicte Margarete citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicationis

Item executores predicti dixerunt quod tenementa et terre que erant legata ad venditionem ad complendum testamentum prefate Margarete vendantur sed dicte solutionis pro eisdem nondum venerunt. Dominus commissarius iniunxit eisdem ad providendum capellanum quam cito contingit pecunias ad celebrandum pro anima dicte Margarete sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Elyanora Swanton de parochia predicta et dicit quod composuit cum vicario de Sesalter pro lumine anime legato summo altari ecclesie predicte per Simonem Swanton maritum suum defunctum. Et iconomi predicte ecclesie id affirmarunt

Item dictis die et loco comparuerunt iconomi ecclesie predicte et dixerunt quod heredes Johannis Osbarne custodiunt huiusmodi terras iure hereditario et dicti heredes responderunt eisdem iconomis quod nichil habent huiusmodi terras nisi competendum [illegible] in iure eorum. Et dominus commissarius dimisit ab iure eos

Item dictis die et loco comparuit Ricardus Porte de predicta parochia et dicit quod vicarius prosequitur ipsum coram [illegible] in [illegible] pro ista materia. Dominus commissarius dimisit illum

Item dicti executores Willelmi Snelt dicunt quod idem Willelmus voluit in testo suo presbiterum celebrare in ecclesia predicta pro anima sua per spacium dimidii anni et quod capellanus qui celebrabit per idem tempus erat [illegible] de [illegible] eorum

Ecclia de Westbere

vij° die mensis Decembris anno domini predicto comparuit dominus Peter vicarius parochie de Westbere. Cui dominus commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum rectoriam ibidem citra festum Annunciationis beate Marie proximum futurum sub pena sequestrationis fructuum ibidem

Item dictis die et anno iniunctum est tam Thome Hersyng quam Thome Gilbert ad solvendum salarium aquebaiuli ibidem ut alii parochiani solverunt sub pena excommunicationis

Ecclia de Mynster in Thaneto

vij° die mensis Decembris anno domini predicto comparuit Willelmus Hendy et fatetur quod debet ecclesie de Mynster predicte xxxvj s. vj d. Et dominus commissarius iniunxit eidem Willelmo ad solvendum debitum suum iconomis dicte ecclesie citra festum Sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et anno comparuerunt executores Willelmi Baker et dixerunt quod sunt in tractatu cum iconomis et parochia de Mynster predicta

Item iconomi predicte ecclesie comparuerunt et dixerunt quod Willelmus Hamond satisfecit eisdem debitum suum

Ecclia de Reculuer

vij° die mensis Decembris anno domini predicto comparuerunt Simon Fantyng et uxor eius executores testamenti Thome Grympe quibus dominus commissarius iniunxit ad exhibendum testamentum predicti Thome et ad reddendum compotum super executione eiusdem testamenti die Jovis proxima post festum Purificationis beate Marie virginis proximum. Quo die veniente comparuerunt executores predicti et tam testamentum exhibuerunt quam compotum. Quibus visis dominus commissarius iniunxit eisdem ad solvendum iconomis dicte ecclesie omnia legata eidem ecclesie citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Hendy et dixit quod indebitatus est dicte ecclesie quantum nescit. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad computandum cum Iconomis dicte ecclesie et ad satisfaciendum summam per eum debitam citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Thomas Hermyn cui Dominus Commissarius iniunxit ad reddendum compotum super executione testamenti Willelmi ffathfeld et ad exhibendum testamentum eiusdem Willelmi die Jovis proximo post festum purificationis beate marie virginis proximum futurum. Quo die veniens comparuit predictus Thomas Hermyn et exhibuit testamentum et compotum predictum quibus inspectis Dominus Commissarius assignavit eidem Thome ad solvendum Iconomis predictis xls vjs viijd citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicationis

Robertus Harvlot comparuit. Et Dominus Commissarius iniunxit eidem ad solvendum Iconomis predicte ecclesie xls ex legato Johannis Hermyne defuncti citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum futurum sub pena excommunicationis. Et etiam iniunctum est prefato Roberto ad solvendum legatum Nicholai Harvlott videlicet xxvjs viijd sub pena predicta

Jacobus Evall comparuit et fatetur se debere dicte ecclesie xxvjs viijd pro legato Thome Pampolett quos ad solvendum Dominus Commissarius iniunxit citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Laurentius Pamplet comparuit et dixit quod composuit cum Iconomis et parochianis dicte ecclesie pro legato Thome Pamplet

Item dictis die et loco comparuerunt quatuor ex tenentibus de Chelmyngton et negarunt detentionem alicuius redditus pertinentis ecclesie predicte quia non tenentur ad aliquam solutionem. Dominus Commissarius monuit Iconomos predicte ecclesie ad probandum subtractionem huius redditus die Jovis proximo post festum purificationis beate marie virginis proximum futurum. Quo die veniente non comparuerunt Iconomi predicti. Et sic Dominus Commissarius dimisit eos dictos tenentes

Item dictis die et loco comparuerunt heredes Johannis Consaunt quibus Dominus Commissarius iniunxit ad solvendum Iconomis dicte ecclesie redditum iiijd per annum debitum dicte ecclesie citra festum pasche proximum futurum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Johannes ffyssher cantatis cantuariensis unus executorum testamenti et ultime voluntatis Johannis Evvane defuncti et dixit quod dicta ecclesia non percipiet de bonis dicti Johannis annuatim iiijd ex devotione sua. Dominus Commissarius iniunxit eidem executori ad comparendum die Jovis proximo post festum purificationis beate marie proximum ad dicendum causam quare compelli non debeat. Quo die veniente comparuit et quia nullam causam allegavit Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad satisfaciendum dictum redditum citra festum pasche proximum futurum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Leonardus Eglisfeld vicarius de Reculver predicte cui Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum vicariam ibidem citra festum sancti Michaelis archangeli proximum sub pena sequestrationis fructuum ibidem

Item Dominus Commissarius iniunxit Cantariste ibidem et aquebaiulo quod tempore divinorum sint in choro ibidem psallendum et legendum et non in alio loco infra eandem ecclesiam sub pena excommunicationis

Item iniunctum est Iconomis dicte ecclesie ad reparandum cimiterium ibidem ita quod porci et alia animalia dumdo in eodem non pascentur citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena excommunicationis

Item iniunctum est eisdem Iconomis ad providendum Antiphonar cum bonis legatis per Willelmum Kirkfeld cum dies solutionis assignat executoribus eiusdem advenerit

Item dicti Iconomi dicunt quod sunt concordes cum aliis personis que erant indebitat dicte ecclesie

Item iniunctum est domino Johanni Mychell Cantariste ibidem quod honeste se gerat inter vicarium et parochianos non seminando inter eos discordiam sub pena iuris

Iste tres ultime materie sunt comperte in parochia de Hoth ante in isto decanatu

Ecclesia de Herne

vij° die mensis decembris Anno domini predicto comparuit dominus Willelmus Mychell Cantarista de Herne cui Dominus Commissarius iniunxit ad reparandum domos pertinentes cantarie sue citra festum sancti Michaelis archangeli proximum sub pena excommunicationis nisi congruum terminum obtinuerit a domino Archiepiscopo

Item dictis die et loco comparuit Johannes Cantelupe firmarius Johannis ffynoux militis capitalis Justiciarii et dixit quod dictus dominus suus non subtrahit aliquem redditum pertinentem cantarie de Herne. Dixit etiam quod dominus suus est promptus respondere huic comperto in eo iure //

Item Dominus Commissarius iniunxit eidem domino Willelmo Mychell ad inquirendum pro subtractione terrarum et redditium pertinentium cantarie sue et ad prosequendum eorum subtrahentes pro interesse ipsius sue cantarie in iure etc.

Item Dominus Commissarius remisit negotium concernens vicarium de Herne examinationi domini Archiepiscopi

Item dictis die et loco comparuit Jacobus Hyx de Mynster in Thaneto et dixit quod iuste possidet terras nuper Hamonis Hyx in Herne predicte et quod satisfecerit pro eisdem. Dominus Commissarius iniunxit eidem Jacobo ad comparendum die lune proximo post Andream in aula proximo ad probandum premissa et ad exhibendum testamentum dicti Hamonis Hyx. Quo die adveniente comparuit prefatus Jacobus et per testamentum dicti Hamonis exhibitum et testes sufficientes probavit premissa per eum allegata et sic Dominus Commissarius dimisit eum

Item Dominus Commissarius remisit negotium concernens legatum Thome Lamsond domino Archiepiscopo. Cuius magister Rogerus Chirche executor testamenti sui moratur extra diocesim

Item Dominus Commissarius remisit istud compertum domino Archiepiscopo ut supra

Item Dominus Commissarius remisit domino Archiepiscopo istam detectionem ut supra

Item dictis die et loco comparuit Edwardus Monyngs generosus executor testamenti et ultime voluntatis Antonij Loveryk defuncti unius dum vixit executoris testamenti Nicholai a Dane cui Dominus Commissarius iniunxit ad solvendum Iconomis dicte ecclesie de Herne pro legato dicti Nicholai xxs in festis sancti Michaelis archangeli et Natalis domini per equales portiones sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod executores Dunstani Boucher composuerunt cum eis

Item comparuerunt ut supra executores Hamonis Hyx et testamento eiusdem Hamonis exhibito per Jacobum Hyx ut supra Dominus Commissarius iniunxit eisdem executoribus ad solvendum Iconomis dicte ecclesie annuatim legata eidem ecclie debita citra festum Assumptionis beate marie virginis prox sub pena excon

Item Dictis die et loco comparuit quidam Willmus Turnor de parochia de Chistelet qui duxit in vxorem Relictam Thome Otley et in presentia predict Willmi Turnor yconomi ecclie de Herne allegarunt quod dictus Thomas Otley defunctus singulis annis in vita sua solvit dict ecclie reddit viijd. Dominus Commissarius Iniunxit prefato Willmo Turnor ad solvendum yconomis predictis ipsum redditum per duos annos existentem a retro citra festum Pasche prox vel ad comparendum die lune prox post dominicam in albis prox ad dicendum causam rationabilem siquam pro se habeat quare ad solucionem huiusmodi redditus compelli non debeat. Quo die veniente comparuit vnus yconomorum dict ecclie et allegavit quod dictus Willmus non satisfecit predict viijcim denarios per annum pretensos ipso Willmo Dominus Commissarius decrevit eundem Willmum ab ingressu ecclie fore suspendendum. Die lune prox post festum sancti Johannis ante portam latinam comparuit predictus Willmus Turnor et obtento beneficio absolucionis interrogatoque an habuerit aliquam causam allegandam quare ad solucionem dict redditus et etiam arreragiorum compelli minime debeat nullam causam saltem legitimam allegavit nec proposuit. Dominus Commissarius Iniunxit eidem Willmo ad solvendum ipsam summam a retro existentem yconomis dict ecclie ante festum Corporis xpi prox futur sub pena excommunicationis Et ad comparendum die lune prox post dictum festum ad certificandum huiusmodi solucionem. Adveniente dicto die lune post festum Corporis xpi videlicet xxjo die mensis Junij comparuerunt predicti ecclie yconomi et certificaverunt Dno Commissario quod dict Willmus Turnor non paruit monicionibus suis. Dominus Commissarius per suum decretum ipsum Willmum excommunicandum fore decrevit et pro excommunicato declaravit in scriptis. Vicesimoquinto die mensis Junij antedict comparuit prefatus Willmus Turnor et petijt beneficium absolucionis prestitoque Iuramento de parendo Iuri Dominus Commissarius absolvit eundem Willmum a sententia excommunicationis Et tunc ibm solvit yconomis dict ecclie tres solidos pro redditu duorum annorum et dimissus est

Item yconomi predicti dicunt quod tenent terram vocatam le Staz sunt in tractatu cum parochianis

Item yidem yconomi dicunt quod subtrahunt tercie composuerunt cum parochianis

Item Dictis die et loco comparuit Valentinus Cebbe de eadem parochia Cui Dominus Commissarius Iniunxit quod tempore diuinorum sit in ecclia orans sedendo non fabulando aut garrulando sub pena excommunicationis

Decanatus de Bregge

Ecclia de Well

Quartodecimo Die mensis Januarij Anno Dni millesimo quingentesimo xjo In ecclia Cath xpi Cant comparuerunt yconomi ecclie de Well predict quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad reparandum sufficienter clausuram Cimiterij citra festum Nativitatis sancti Johannis bapt prox et scalam Campanarij citra festum Assumptionis beate marie prox sub pena excon

Item Dictis die et anno comparuit Willmus Isaac generosus et dixit quod paratus est satisfacere ecclie predict bona existentia in manibus suis pertinentia eidem ecclie cum quo responso yconomi dict ecclie contentabantur

Item Dictis die et loco comparuit Clemens ffekyn apparitor dicti decanatus et certificavit se citasse relictam Ric Cook sororem hospitalis sancti Laurentij domus exempte pro qua dominus Willmus Deno monachus gardianus dicti hospitalis comparuit et allegavit quod dict mulier non tenetur respondere tamen non cuiusdem petijt copiam articuli et ad respondendum eidem xxo die mensis predict. Quo die veniente comparuit prefat Dns Willmus gardianus nomine dict mulieris et dixit quod non subtrahit bonum legatum per maritum suum dicit tamen quod si possit probari solvet. Dominus Commissarius Iniunxit yconomis ad probandum xjo die mensis Martij prox futur. Quo die veniente quia dict yconomi nichil proposuerunt aut probaverunt Dominus Commissarius dimisit dict mulierem

Item Dictis die et loco comparuit Magister Johannes ffrankelyn Rector ecclie paroch de Ikham et dicit quod non detinet fundacionem Cantarie contra fundacionem eiusdem et tunc ibm exhibuit ipsius Cantarie fundacionem qua visa Dominus Commissarius dimisit eum

Ecclia de Broke

xviijto die mensis Januarij Anno Dni predict comparuit Dominus Simon Sainsold Rector ecclie predict Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad reparandum Cancellum ibm citra festum Assumpcionis beate marie prox futur sub pena sequestracionis fructuum suorum

Item Dictis die et loco comparuerunt yconomi dict ecclie et dicunt quod singula legata sunt soluta

Item Dominus Commissarius Iniunxit eisdem yconomis ad reparandum navem ecclie ibm citra festum Nativitatis sancti Johannis bapt prox sub pena excon

Item yconomi predict dicunt quod Johannes Howlyn Willmus Howlyn et Johannes Repon satisfecerunt dicte ecclie

Item Dictis die et loco comparuit Willmus William et fatetur quod debet yconomis dicte ecclie xxvjs viijd Dominus Commissarius de consensu yconomorum predict ecclie Iniunxit dict Willmo ad solvendum xiijs iiijd eisdem yconomis in festo Natalis Domini prox et xiijs iiijd in festo Natalis Dni extunc prox sequen et ad inveniendum fideiussores pro solucione dictarum summarum yconomis prefatis citra festum Pasche prox sub pena excommunicationis

Ecclia de Bocton Aluph

xviijto die Januarij Anno Dni predict comparuit Johannes Rhode et dicit quod debet ecclie predict x marcas Et dominus Commissarius Iniunxit eidem quod satisfaciat dict x marcas yconomis predict ecclie citra festum Omnium sanctorum prox futur sub pena excon

Item Dictis die et loco comparuerunt yconomi dict ecclie et dixerunt quod Iuliana ffegnall satisfecit legatum Thome Swyfte factum dicte ecclie

Item dicte die et Anno comparuit Johannes at Lese iuxta citacionem sibi factam et dixit quod nunquam diffamavit Agnetem Petyt et dicta Agnes comparens dixit quod idem Johannes publice diffamavit eam dicendo quod carnaliter cognovit eandem Agnetem Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad purgandum se quarta manu die Martis prox post festum sancti Gregorij pape prox futur. Quo die veniente comparuit prefatus Johannes at Lese et cum nemo sibi obiciat legitime se purgavit et dimissus est

Ecclia de Walthm

viij^to die Januarij Anno Dni predict comparuit Philippus Dourt de Wy et negavit aliquam subtractionem trium acrarum terre per eum fact' dimidiandar' inter ecclias de Waltham et Broke. Iconomi de Broke et Waltham assumpserunt in se ad probandum Die Martis prox' post festum Sancti Gregorij pape prox'. Quo die veniente predicti Iconomi de Broke produxerunt Willmum William et Iconomi de Waltham predict produxerunt Thomam a Court et Simonem a Court quos in contumaciam predicti Philippi Dourt petierunt admitti et onerari vinculo Iuramenti ac examinari. Quibus admissis iuratis et diligenter examinatis deposuerunt de noticia et sciencia sua quod quidam Stephanus a Court legavit in testamento suo tres acras terre dividend' inter ecclias predictas que tres acre sunt in manibus prefati Philippi Dourt. Et incontinenti Dominus Commissarius decrevit eundem Philippum citari erga nonum diem Aprilis prox'. Quo die veniente comparuit prefatus Philippus iuxta citacionem sibi factam. Cui dominus Commissarius declaravit dicta testium per eum examinator'. Et interrogavit ab eodem Philippo utrum habuisset aliquam causam racionabilem quare compelli non debeat ad restitucionem qui respondit quod non. Et consequenter Dominus Commissarius iniunxit eidem Philippo ad satisfaciendum dicte ecclie de Broke et ecclie de Walthm citra festum Sancti Michaelis Arch' prox' futur' sub pena excom'

Ecclia de Bekysborn

viij^to die Januarij Anno Dni predicto comparuit Willmus Lyonet iuxta citacionem sibi factam Cui Dominus Commissarius iniunxit quod audiet et intersit divina officia in ecclia sua parochiali diebus dominicis et festivis futur' sub pena excom'

Item iniunctum est eidem Willmo quod coherceat linguam suam a verbis diffamatoriis vicinorum ibidem sub pena excommunicacionis

Item predicto die et loco comparuit Johanna Clarynbold et negavit articulum sibi obiect' Cui Commissarius monuit ipsam Johannam quod evitet consortium vicarij de Patrykesbourn except' loco publice sub pena excom' et dimisit eam eo quod indixit purgacione predict' vicarius

Ecclia de Charthm

viij^to die Januarij Anno Dni prescripto comparuerunt Iconomi ecclie predict et dixerunt quod Ricus Culpeper et alij executores testamenti Dne Elizabeth Dne de Brygbourne late sunt extra diocesim cuius pretexto Dns Commissarius istam detectionem dno Archiepo remisit

Item Dominus Commissarius iniunxit eisdem Iconomis quod sufficienter reparari faciant in clausura Cimiterium ibm citra festum Assumpcionis beate Marie prox' sub pena excom'

Item dicto die et Anno comparuit Dominus Robertus Pole vicarius de Chilham executor testamenti magistri Roberti Sheffeld et dixit quod non novit quod magister Robertus predictus habuit in manibus suis de bonis dicte ecclie dicit quod si possit probari solvet et satisfaciet Iconomi ecclie predict assumpserunt in se ad probandum quod habuit in custodia sua xxvj s Die Martis prox' post festum Sancti Gregorij pape prox' Adveniente dicto die Martis dicto dno Roberto Pole absente Iconomi ecclie predict comparuerunt et produxerunt Stephanum Wryght et Willmum Elsted de eadem parochia qui iurarunt quod dict' magister Robertus Sheffeld habuit in suis manibus de bonis dict' ecclie xxvj s de noticia sua Et consequenter Dominus Commissarius decrevit dictum dnum Robertum Pole moniendum fore ad audiendum voluntatem suam erga xxvij diem Julij prox' Quo die veniente comparuit dictus Dominus Robertus Cui Dominus Commissarius iniunxit quod satisfaciet Iconomis dict' ecclie de Charthm predict xxvj s citra festum Pasche prox' sub pena exc' ad reparacionem pontis Roffen' applicand'

Item dicto die et Anno comparuit Nicolaus Lotte et fatetur quod debet dicte ecclie viij s assumpsit in se ad solvendum eosdem infra octo dies sub pena Iuris

Item Iconomi dicunt quod nesciunt quis administrat bona Thome Redeman defuncti Et ideo ipsa detectio est desperata

Item dicto die et Anno comparuit Willmus Crumpe Cui iniunctum est quod faciat obitum Alicie petitto modo a retro per duos annos videlicet unum illorum a retro existend' in quadragesima prox' et alium infra octavas Sancti Johannis Baptiste prox' et deinceps annuatim unum obitum citra festum Sancti Mathei apli et cum^t quousque xx anni completi sunt et finiti sub pena excommunicacionis

Ecclia de Crundale

viij^to die mensis Januarij Anno Dni predict comparuit Dominus Dand Rector ecclie predict Cui Dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter repararet Cancellum ibm citra festum Assumpcionis beate Marie prox' sub pena sequestracionis fructuum suorum

Item iniunctum est eidem Rectori ad reparandum et plene edificandum Rectoriam suam ibm citra festum Omnium Sctorum prox' futur' sub pena predict'

Ecclia de Pethm

viij^to die Januarij Anno Dni predict iniunctum est Iconomis de Pethm ad reparandum Campanile ibm citra festum Assumpcionis beate Marie prox' futur' sub pena excommunicacionis

Item dicto die et loco comparuerunt Nicholaus Hamon et Thomas Fawne ac alij et negaverunt aliquam negligentiam in eis de luminar' omnium sanctorum in dicta ecclia Iconomi eiusdem ecclie assumpserunt in se ad probandum possessionem terrarum assignatarum ad exhibicionem dicti luminaris die Martis prox' post festum Sancti Gregorij prox' Quo die veniente comparuerunt Iconomi predicti et quia nihil probaverunt Dominus Commissarius dimisit ipsam materiam

Item comparuit Willmus Hamond Cui Dns Commissarius iniunxit ad solvendum Iconomis dicte ecclie xxij s iiij d citra festum Pasche prox' vel ad probandum solucionem eorundem allegant solucionem sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco iniunctum est Iconomis predictis ad providendum libros necessarios et ad reparandum Antiphonar' citra festum Assumpcionis beate Marie virginis prox' sub pena excom'

Item iniunctum fuit eisdem Iconomis ad providendum pro duabus albis deficientibus pro duobus vestimentis in dicta ecclia citra festum Nativitatis Sancti Johannis Bapte prox' futur' sub pena excommunicacionis

Item predictis die et anno comparuit Johannes Colman firmarius Rectorie ibm Cui Dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparari faciat fenestras in Cancello ibm in vitreacione eo quod sunt obscure citra festum Assumpcionis beate Marie virginis prox' sub pena sequestracionis fructuum ibm

Item eisdem die et loco comparuerunt Iconomi predicti et Johannes Godfrey de parochia predicta et dixit quod composuit cum predictis Iconomis et ipsi Iconomi id affirmarunt

Ecclia de Sturmouth

viij° Januarii Anno domini predicto comparuit Magister Leonardus Eglesfeld procurator Rectoris de Sturmouth Et dominus Commissarius Iniunxit pro eo quod celatura cancelli non est ~~munita~~ sufficienter quod celat eundem cancellum citra festum pasche proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem

Item Iniunctum est eidem procuratori ad reparandum mansum ibidem citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena predicta

Item dicto procuratori Iniunctum est quod moneat dictum Rectorem ad residendum personaliter ibidem vel ad exhibendum dispensacionem citra festum Natiuitatis sancti Johannis baptiste sub pena predicta

Item est etiam Iniunctum eidem procuratori ad prouidendum Capellanum idoneum dicte Cure ad deseruiendum et ad ministrandum sacramenta et sacramentalia ibidem ad residendum citra festum pasche sub pena predicta

Item dominus Commissarius remisit Iconomos dicte ecclesie domino Archiepiscopo pro calice

Ecclia de Chelynden

viij° die mensis decembris Anno domini predicto comparuit dominus Willelmus Pemberton Rector de Chelynden et allegauit exilitatem beneficii sui predicti petiitque augmentationem Et dominus Commissarius remisit eum Iuri communi pro eo quod Petrus de Lech exhibuit nonnulla instrumenta super pensione predicta assignatione

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus Iniunctum est ad prouidendum le bere pro corporibus mortuorum sepeliendis citra festum pasche proximum sub pena excommunicationis

Item Iniunctum est eisdem quod sufficienter reparauerunt clausuram cimiterii ibidem citra festum Natiuitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item Iniunctum est prefatis Iconomis ad prouidendum lucernam citra festum pasche proximum futurum sub pena predicta

Ecclia de Challok

viij° die mensis Januarii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi et dixerunt quod Johannes Thurston composuit cum eis pro quinque marcis

Item Iniunctum est eisdem Iconomis ad reparandum le Rodelofte citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena excommunicationis

Item iidem Iconomi dicunt quod dominus Ricardus Carsard recessit

Ecclia de Godmersham

viij° die mensis Januarii Anno domini predicto comparuit Thomas Sharpe de Chilham et dixit quod nichil debet ecclesie de Godmarsham de notitia sua dixit tamen quod si possit probari quod tenetur soluere aliquas pecunias dicte ecclesie quod soluet Tercio die februarii Iconomi predicte ecclesie comparuerunt et exhibuerunt nonnulla Rentalia et alia munimenta diuersorum redditum annuatim debitorum dicte ecclesie in quibus continetur quod dictus Thomas habuit in manibus suis terras ex quibus a tempore cuius contrarii hominum memoria non existit Iconomi ecclesie predicte annuatim percipere consueuerunt xvjd Dominus Commissarius decreuit eundem Thomam Sharpe vocandum fore ad dicendum causam rationabilem si quam pro se habeat quare ad solucionem dicti redditus compelli non debeat xvij die mensis Aprilis proximo Quo die veniens comparuit predictus Thomas Et quia nullam causam saltem legitimam allegauit sed confessus est quod occupauit huiusmodi terras per spacium sex annorum Dominus Commissarius Iniunxit eidem quod soluat Iconomis ecclesie predicte viijs legalis monete Anglie pro sex annis a retro existentibus et xvjd annis singulis deinceps pro huiusmodi redditu citra festum sancti petri quod dicitur Ad Vincula sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Thomas a Bery et fatetur quod debet predicte ecclesie pro denariis sancti petri per tres annos a retro pro quolibet anno quatuor denarios Et dominus Commissarius Iniunxit ad satisfaciendum Iconomis ipsius ecclesie xijd pro ipsis tribus annis citra festum pasche proximum sub pena excommunicationis

Item comparuit Georgius Hilles et fatetur quod habet terras quas perquisiuit de Ricardo Willm Rede et quod nichil soluit denarios sancti petri pro eisdem terris Dominus Commissarius Iniunxit eidem ad componendum et satisfaciendum Iconomis dicte ecclesie citra festum Natiuitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item Robertus ffreynall comparuit et quia nullam causam allegauit quare teneretur ad solucionem denariorum sancti petri Dominus Commissarius Iniunxit sibi ad soluendum Iconomis predicte ecclesie denarios per ipsum a dicta ecclesia subtractos citra festum Natiuitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Thomas Rolf executor testamenti domini Thome prime cantariste in ecclesia predicta et dixit quod solutum est Iconomis dicte ecclesie xls [illegible] pro legato dicti domini Thome

Ecclia de Chilham

viij° die mensis Januarii Anno domini predicto Iconomi ecclesie de Chilham comparuerunt quibus dominus Commissarius Iniunxit ad prouidendum pro libris dicte ecclesie necessariis citra festum Natiuitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item Iniunctum est eisdem Iconomis ad prouidendum pheretrum pro corporibus mortuorum sepeliendis citra festum pasche proximum sub pena excommunicationis

Item Iniunctum fuit prefatis Iconomis quod sufficienter reparabunt unum ostium ibidem citra festum sancti [illegible] proximum futurum sub pena excommunicationis

Item Iniunctum est ipsis Iconomis ad prouidendum superpellicia necessaria citra festum Pentecostes proximum sub pena excommunicationis

Item Iconomi ecclesie predicte dicunt quod omnia alia comperta in eadem parochia sunt coram Domino Archiepiscopo terminanda/

Ecclesia de Wykham

viijº die Januarij Anno Domini predicto In ecclesia Cathedrali Christi Cantuariensis comparuerunt Iconomi ecclesie de Wykham quibus Dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparabunt Cimiterium ibidem in clausura citra festum festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item Iniunctum est ipsis Iconomis ad reparandum fenestras dicte ecclesie in vitro citra festum Pasche proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Magister Jacobus Devonis Rector ibidem et dixit quod non habet aliud beneficium aut beneficia nisi solomodo Rectoriam suam predictam quam firmat ut tenetur ut dixit/ Dominus Commissarius iniunxit eidem quod firmat ipsam, curam debite faciens ibidem residere per seipsum, vel per presbiterum sufficienter doctum sub pena sequestrationis fructuum suorum ibidem

Item Iconomi dicte ecclesie dicunt quod rector ecclesie predicte reparare incepit et promisit pro meremio tegulis et alijs necessarijs pro Capella de Hoke

Item dictis die et loco comparuit ut supra Magister Jacobus Devonis Rector predictus Cui Dominus Commissarius iniunxit quod non permittet porcos et alias bestias immundas depascere in Cimiterio ibidem sub pena sequestrationis fructuum suorum/

Ecclesia de Ikham

viijº die Januarij Anno Domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie de Ikham quibus Dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparabunt navem ecclesie predicte citra festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste proximum et Campanas ibidem citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicationis/

Item Iniunctum est Magistro Johanni Franklyn Rectori ibidem ad reparandum Cancellum suum ibidem citra festum Pasche proximum sub pena sequestrationis fructuum suorum/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Freke de Well et fatetur quod debet dicte ecclesie vj s viij d ex legato Alicie Lede/ Dominus Commissarius iniunxit sibi ad soluendum Iconomis dicte ecclesie huiusmodi vj s viij d citra festum Pentecostes proximum sub pena excommunicationis/

Ecclesia de Stodmarshe

viijº die Januarij Anno Domini predicto coram Domino Commissario comparuerunt Iconomi de Stodmarsh quibus Iniunctum fuit ad sufficienter reparandum Campanile ibidem citra festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item Iniunctum fuit eisdem Iconomis ad providendum pro vna alba citra festum Pasche proximum sub pena excommunicationis/

Item Iniunctum fuit predictis Iconomis quod provideant calicem citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Agnes Goldesmythe et allegavit solucionem vj s viij d Et Dominus Commissarius iniunxit eidem Agneti ad probandum huiusmodi solucionem vel ad satisfaciendum eandem summam Iconomis dicte ecclesie citra festum Pasche proximum futurum sub pena excommunicationis/ penultimo die Aprilis comparuerunt Iconomi et affirmaverunt quod prefata Agnes satisfecit dictam summam

Item predictis die et loco comparuit Willelmus Davyson executor testamenti Willelmi at Wode et obtulit se soluturum summam petitam per Iconomos ibidem si possit probari modo debito/ et incontinenti Iconomi predicti assumpserunt in se ad probandum quibus Dominus Commissarius assignavit diem Lune proximum post festum Purificationis beate Marie proximum futurum/ Quo die venerunt comparuerunt Iconomi predicti et produxerunt Johannem Wylloughby et Jacobum Cadbury in testes quibus admissis iuratis et examinatis eorumque depositionibus inspectis/ Dominus Commissarius iniunxit prefato Willelmo Davyson ad satisfaciendum Iconomis predictis petitum per ipsos citra festum Pasche proximum sub pena excommunicationis/

Ecclesia de Litlebourne

xvijº die mensis Januarij Anno Domini millesimo quingentesimo xjº comparuit Thomas Tressor et allegavit quod non tenetur ad solucionem xviij d per annum ecclesie de Litlebourne/ Et consequenter Iconomi dicte ecclesie dixerunt quod pater predicti Thome et idem Thomas temporibus suis soluerunt huiusmodi redditum preter certam summam per dictum Thomam subtractam/ Dominus Commissarius monuit eundem Thomam ad comparendum xijº die mensis Maij proximo ad dicendum causam rationabilem siquam pro se habeat quare ad solucionem dicti redditus xviij d per annum et etiam arreragiorum vel ad componendum cum eisdem medio tempore quo die venerunt comparuerunt tam predictus Thomas quam Iconomi ecclesie predicte predicte/ et affirmaverunt quod dictus Thomas composuit cum eis pro arreragijs et soluit eisdem vj s viij d Et Dominus Commissarius iniunxit prefato Thome quod annuatim soluat dicte ecclesie xviij d sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicti et dixerunt quod Johannes Freke composuit cum eis pro arreragijs xvj annorum/ Et incontinenti Dominus Commissarius iniunxit prefato Johanni ad soluendum dicte ecclesie xviij d annuatim pro redditu predicto sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco Iconomi predicti affirmaverunt quod heredes Thome Fukpett soluit eis ex vj s viij d

Item dictis die et loco comparuit Ricardus Lukyn et negat quod tenetur ad exhibicionem huiusmodi luminis dicit tamen quod si possit sufficienter probari quod tenetur exhibebit/ Dominus Commissarius iniunxit Iconomis predicte ecclesie ad probandum die Lune proximo post festum Sancti Valentini proximum/ Quo die venerunt Iconomi predicti nichil probaverunt Et sic Dominus Commissarius dimisit dictum Ricardum/

Ecclesia de Stellyng

xvijº die mensis Decembris Anno Domini predicto comparuit venerabilis pater Dominus Johannes dei gratia Syrmiensis Episcopus Rector ecclesie parochialis de Hardys magna cum Capella de Stellyng —

et inde Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum cancellum de Stellyng predict' citra festum
Assumptionis beate marie prox' sub pena sequestracionis fructuum

Ecclesia de Preston

xviii° die mensis Decembris Anno domini predicto comparuerunt Iconomi de preston quibus dominus
Commissarius iniunxit ad reparandum clausuram cimiterij ibidem vel ad vocari faciendum priorem de
Kyngeslangley coram domino Archiepiscopo citra festum sancti michaelis Archangeli prox' sub pena excommunicacionis/
Item dictis die et loco comparuit magister Johannes Williams unus canonicorum de Wyngham et dicit
quod canonici predicti non tenentur ad solucionem redditus predict' / Et dominus commissarius monuit Iconomos
dicte ecclesie ad probandum huiusmodi redditum coram domino Archiepiscopo
Item dictis die et loco dominus commissarius ad peticionem Johannis Roper generosi remisit istam
materiam Iuri communi/

Ecclesia de Staple

xviii° die mensis Decembris Anno domini predicto ~~comparuerunt~~ comparuerunt Iconomi predicte ecclesie
et dixerunt quod sunt in tractatu cum domino Johanne Russell pro tali/
Item dictis die et loco comparuit Symon Gylter de Staple et negavit quod detinet aliquas decimas
debitas dicte ecclesie nec vult / Dominus commissarius iniunxit eidem Symoni ad solvendum dicte ecclesie omnes
decimas per eum subtract' sub pena iuris/
Item idem Symon Gylter dicit ut supra quod non detinet aut subtrahit aliquas huiusmodi decimas
de ordeo collecto post messem / Dominus commissarius iniunxit eidem Symoni ad satisfaciendum tales
decimas sub pena iuris/
Item predictus Symon dicit quod non detinet aliquam peciam terre spectantem Rectorie de Staple dicit
quod si possit probari quod detinet restituet / Dominus commissarius iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad probandum
citra festum pasche prox' et ante idem festum dictus Symon ab hac luce migravit / Et dominus
commissarius remisit istud negocium Iuri communi/

Ecclesia de Addesham

xviii° die mensis Decembris Anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie predicte quibus dominus
Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum partem australem navis ecclesie ibidem citra festum Nativitatis
sancti Johannis baptiste prox' sub pena excommunicacionis/
Item iniunctum est Iconomis predictis ad reparandum cancellum beate marie ibidem in tegulando eundem
citra festum sancti michaelis Archangeli prox' futur' sub pena excommunicacionis/
Item iniunctum est eisdem Iconomis ad reparandum muros cimiterij ibidem citra festum Assumptionis beate
marie prox' sub pena excommunicacionis/
Item dictis die et loco Iconomi predicti dixerunt quod dominus Robertus Pole vicarius de Chelham
executor testamenti magistri Roberti Sheffeld composuit cum eis pro debito dicti magistri Roberti/
Item dictis die et loco comparuit Johannes Beke et dicit quod composuit cum Iconomis pro denarijs
sancti Petri/

Ecclesia de Brigge

xviii° die mensis Decembris Anno domini predicto comparuit dompnus Robertus Dover monachus
monasterij sancti Augustini Gardianus domus sororum sancti Laurentij prope Cant' et negavit huiusmodi
redditum xxd / Et dominus commissarius monuit Iconomos ecclesie de Brigge ad probandum huiusmodi
redditum xxiij die Januarij prox' / Quo die veniente comparuerunt Iconomi et exhibuerunt Rentale
et diversos compotus Iconomorum dicte ecclesie de percepcione dicti redditus / Et dominus commissarius decrevit
predictum dompnum Robertum Dover gardianum prefatum vocandum fore citra xxiiij diem mensis Marcij
ad audiendum voluntatem suam vel ad dicendam causam quare ad solucionem dicti redditus compelli non
debeat / Quo die veniente comparuit prefatus Dompnus Robertus Dover / Et dominus commissarius
iniunxit eidem ad solvendum dictum redditum et arreragia Iconomis dicte ecclesie vel ad comparendum coram
domino Archiepiscopo ad dicendum causam quare non/
Item dictis die et loco comparuit Willelmus Isaak generosus / Et dominus commissarius iniunxit
quod solvat redditum xijd per annum debitum predicte ecclesie annuatim de cetero / Et quod componat cum Iconomis
dicte ecclesie pro arreragijs citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste prox' sub pena excommunicacionis/
Item dictis die et loco comparuit Thomas Yong de parochia predicta et dicit quod composuit cum
Iconomis dicte ecclesie tam pro redditu vjd per annum quam pro arreragijs [illegible] Et Iconomi id
affirmarunt/
Item predictis die et loco comparuit Nicholaus Parker et negavit huiusmodi redditum / Et dominus iniunxit
Iconomis ad probandum xxiij° die Januarij prox' / Adveniente dicto xxiij die Januarij Iconomi exhibuerunt
Rentale ut supra / Et dominus commissarius iniunxit eidem Nicholao ad solvendum huiusmodi redditum
et arreragia vel alias ad componendum cum Iconomis predictis citra festum Assumptionis beate marie prox'
sub pena excommunicacionis/
Item prescriptis die et loco comparuit magister Marcellus Ramsey vicarius de Brigge / Et dominus
Commissarius iniunxit quod deserviat cure ibidem per presbiterum idoneum et secularem quamcito commode poterit et
quod tempore medio nullus religiosus ministret parochianis suis ibidem sacramenta aut sacramentalia
cessante causa rationabili sub pena sequestracionis fructuum suorum/
Item idem magister Marcellus vicarius predictus dicit quod nunquam denegavit aliquibus personis
sacramenta ecclesie propter non solucionem debitorum suorum nec intendit aut vult / Si posset
aliter probari submittit se correctioni

Ecclesia de Patrykesbourne

xvij° die mensis Decembris Anno domini predicto coram prefato domino Commissario comparuit magister Marcolinus Rawsby vicarius ecclesie de Patrykesbourne et negat huiusmodi articulum / Et dominus Commissarius iniunxit eidem ad comparendum die Lune videlicet xxj die mensis Januarij proxime cum duobus suis vicinis et duobus laicis ad purgandum se super crimine incontinencie cum Alicia Claryngbold / Quo die veniente comparuit prefatus Magister Marcolinus vicarius predictus et cum

Ecclesia de Borham

xvij° die mensis Decembris Anno domini predicto comparuit Robertus Watts firmarius Rectorie de Borham Et dominus Commissarius iniunxit quod scindat arbores crescentes ultra Cimiterij semitas citra festum Pasche proxime sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi ecclesie predicte quibus dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparabunt navem ecclesie ibidem citra festum Assumpcionis beate Marie virginis proxime sub pena excommunicationis

Item iniunctum est eisdem Iconomis quod reparari faciant clausuram Cimiterij predicti et quod non permittant animalia immunda depascere in eadem sub pena excommunicationis

Ecclesia de Busshoppesbourne

xvij° die mensis Decembris Anno domini predicto Iconomi ecclesie parochialis de Busshoppesbourne comparuerunt quibus dominus Commissarius iniunxit ad providendum legendam sufficientem citra festum Pasche proxime sub pena excommunicationis

Ecclesia de Kyngeston

xvij° die mensis Decembris Anno domini predicto comparuit Ricardus Nethersole et fatetur quod habet in manibus suis xls de bonis dicte ecclesie de Kyngeston et paratus erit ad deliberandum eandem summam ad diem sibi assignandum Et dominus Commissarius iniunxit ad solvendum eandem summam xls dicte ecclesie Iconomis citra festum Sancti Michaelis archangeli proxime sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco iniunctum est Thome Nethersole executori testamenti Michaelis a Dene ad solvendum Iconomis dicte ecclesie legatum quoddam matraz citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excommunicationis

Item Iconomi dicte ecclesie dicunt quod Johannes Kryste satisfecit xls legat' ex testamento Thome Dene

Item eidem Iconomi dicunt quod Johannes at Wode composuit cum eis pro xiij s iiij d dicte ecclesie legatis per testamentum Christine Fynche

Item dictis die et loco iniunctum est Iconomis predictis quod provideant unum Gradale citra festum Pasche proxime unum Antiphonarium citra festum Sancti Michaelis archangeli proxime et unum superpellicium ac unum Rochet quam cito commode poterunt sub pena excommunicationis

Ecclesia de Wy

xviij° die mensis Decembris Anno domini predicto comparuit Thomas Kempe miles et negat aliquam detentionem alicuius redditus aut firme debite pro uno cum manerio de Tremworthe Dicit quod si detinet paratus est respondere coram domino Archiepiscopo / Dominus Commissarius remisit eum prefato domino Archiepiscopo

Item prefatus Thomas Kempe miles respondit ut supra et dominus Commissarius eum remisit ad dominum Archiepiscopum

Item idem Thomas Kempe negavit ut supra et dominus Commissarius remisit eum domino Archiepiscopo

Item dictis die et loco comparuit Johannes Porter et negat articulum sibi obiectum Dominus Commissarius iniunxit eidem quod non habeat huiusmodi verba diffamatoria seu alia aliqua verba ad infamiam vicinorum suorum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuerunt executores Willelmi Roose et dicunt quod sunt et fuerunt parati ad liberandum xx s legatos per prefatum Willelmum Iconomis dicte ecclesie Dominus Commissarius iniunxit eisdem executoribus ad satisfaciendum dictam summam citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excommunicationis

Item Iconomi predicti dicunt quod nesciunt qui erant executores Henrici Londen nec qui administrabant bona sua et putant istam detentionem desperatam

Item Iconomi predicti dicunt ad istam detentionem ut supra dixerunt in proximo comperto

Item dictis die et loco comparuerunt executores Magistri Willelmi Wryght dum vixit magistri Collegij de Wye et dicunt quod volunt deliberare Iconomis predicte ecclesie xxvj s viij d quandocumque opus inceptum fuerit ad quod legatum fuit Dominus Commissarius iniunxit eisdem executoribus ad solvendum Iconomis predictis eandem summam quando requisiti fuerint pro opere huiusmodi incipiendo sub pena excommunicationis

Item executores predicti dixerunt quod non detinent aliquam partem bonorum predicti Magistri de Wye que pertinet dicte ecclesie de noticia sua

Item predicti executores dicunt quod componere volunt cum Iconomis et parochianis pro parte librorum legatorum dicte ecclesie citra festum Pentecostes proxime futurum et ad solvendum summam super qua concordati fuerint ad quod faciendum dominus Commissarius iniunxit eisdem executoribus sub pena excommunicationis

Item Iconomi predicte ecclesie dicunt quod materia concernens Willelmum at Woode pro vij acris terre est in Jure comuni

Item dictis die et loco comparuit magister Johannes Sadlere magister Collegij de Wye Cui dominus Commissarius Iniunxit ad reddendum compotum de bonis dicti annuatim ut tenetur per statuta eiusdem Collegij sub pena sequestracionis fructuum

Item dictus magister Johannes Sadlere dicit quod sunt ibi duo socij et aliud intendit providere quamcito comode poterit ad alia in eodem articulo negat

Item prefatus magister Johannes Sadlere dicit quod non legit statuta quia socij habent huiusmodi statuta in manibus suis Dominus Commissarius Iniunxit eidem quod legat ipsa statuta temporibus constitutis sub pena excommunicacionis

Item Dominus Commissarius remisit domino Archiepiscopo negocium concernens dispensacionem magistri Collegij de Wye

Item magister Robertus Gosbon, Dominus Simon Goffith, Ricardus Mante et Johannes Helvet executores prefati magistri Willelmi Wright defuncti dum vixit magistri predicti Collegij ut supra comparuerunt quibus Dominus Commissarius Iniunxit quod incipiant ad celandum chorum ecclesie predicte citra festum Sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicacionis

Item predictus magister Johannes Sadlere dicit quod habet ibidem presbiterum parochialem idoneum et sufficienter instructum et bonis moribus preditum

Item dictus magister Johannes Sadlere dicit quod non continetur in statutis Collegij predicti quod magister non recipiet famulum aut clericum in dicto collegio aut removeret aliquem a dicto collegio sine consensu sociorum eiusdem Collegij Immo dicit quod ad magistrum tantum pertinet eleccio sive remocio famulorum

Item prefatus magister Johannes Sadlere et dicit quod vendidit quandam Willelmo Stephyn consanguineo suo et Wyon sue ordeum et frumentum ut bene potuit Dicit eciam quod non abstinuit se a consorcio prout sibi iniunctum fuit per dominum Commissarium et submisit se correctioni Et dominus continuavit istam materiam quoad ulteriorem processum fiendum in eadem usque adventum domini Archiepiscopi

Item ubi compertum est quod Ricardus Halke de Wye impediret solemnizacionem matrimonij inter Thomam Becher et Agnetem Halke prefatus Ricardus dedit responsum coram Domino Archiepiscopo et matrimonium inter partes predictas est solemnizatum

Decanatus Sandwici

5

Capella de Worthe

Decimo die mensis Januarij Anno domini millesimo quingentesimo undecimo In ecclesia Cathedrali Christi Cantuariensi coram prenominato domino Commissario comparuit Ricardus Broke ville Sandwici et negat subtraccionem alicuius legati Johannis Burton Dicit tamen quod si Iconomi dicte Capelle probaverint tale legatum paratus est satisfacere Et consequenter Dominus Commissarius monuit Iconomos predictos ad probandum huiusmodi legatum viij° die mensis Aprilis proximo Quo die veniente comparuerunt Iconomi predicti et dixerunt quod nesciunt probare dictum legatum Et sic Dominus Commissarius dimisit prefatum Ricardum Broke

Item dictis die et loco comparuit Thomas Aleyn frater hospitalis Sancti Bartholomei iuxta Sandwicum et dicit quod non subtraxit vaccam legatam dicte Capelle Et incontinenti Iconomi dicte Capelle in se assumpserunt ad probandum quibus Dominus Commissarius assignavit viij diem mensis Maij proximo Adveniente ipso viij die mensis Maij Iconomi predicti in presentia prefati Thome Aleyn produxerunt Henricum Adam in testem et Aliciam Callwell quibus Iuratis et examinatis super depositionibus inspectis Dominus Commissarius Iniunxit prenominato Thome Aleyn ad deliberandum Iconomis Capelle predicte unam vaccam vel valorem inde citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis

Item predicti Iconomi dicunt quod Patricius Froste et Thomas Adam composuerunt cum eis

Ecclesia de Hame

xviij° die mensis Januarij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie parochialis de Hame quibus Iniunctum fuit quod reparabunt Cancellum ibidem in clausura citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum fuit eisdem Iconomis ad reparandum porticum ecclesie predicte citra festum Penthecostes proximum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum fuit eisdem Iconomis ad reparandum sufficienter Campanile ibidem citra festum Assumpcionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum fuit predictis Iconomis quod sufficienter reparari faciant navem ecclesie predicte citra festum Omnium Sanctorum proximum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum fuit prefatis Iconomis quod provideant processionale et superpellicium citra festum sancti Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum futurum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum fuit prescriptis Iconomis ad providendum portiforium completum citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum fuit prenominatis Iconomis ad reparandum fontem Baptismalem ita quod teneat aquam citra festum Purificacionis beate Marie sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Dominus Johannes Parker vicarius de Wodnesborowe firmarius Rectorie de Hamme Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum Cancellum ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem

Item Iniunctum est predicto domino Johanni vicario prescripto quod deserviri faciat dicte ecclesie per presbiterum secularem et non per religiosum quamcito comode poterit sub pena sequestracionis fructuum dicte ecclesie

Ecclesia de Colrede

xviij° die mensis Januarij Anno domini predicto Iconomi ecclesie parochialis de Colrede comparuerunt quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad providendum unum vestimentum pannos lineos et alia necessaria pro altaribus citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum Ac eciam portiforium et Antiphonarium citra festum Nativitatis domini proximum sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit dominus Ricardus Keysell vicarius ibidem Cui Dominus Commissarius Iniunxit quod sufficienter reparet Cancellum ibidem in vitriando fenestras citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena sequestracionis fructuum suorum ibidem

Ecclesia de Knolton

Decimoseptimo die mensis Januarij anno domini predicto Vincentius Engeham comparuit et allegavit quod non sunt parochiani plures quam ipse nec unquam fuit de noticia sua. Dominus Commissarius iniunxit eidem Vincentio quod provideat pro calice ad deserviendum dicte ecclesie proprie et non ex mutuo citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicationis.

Item iniunctum est eidem Vincentio ad reparandum sufficienter clausuram cimiterij ibidem citra festum Pasche proximum sub pena excommunicationis.

Ecclesia de Berveston

Dominus Henricus Tankerd Rector de Berveston est remotus a dicto beneficio suo per dominum Archiepiscopum propter suam irregularitatem. Et ideo omnes detecta in ipsa parochia sunt finita et determinata coram domino Archiepiscopo.

Ecclesia de Tilmanston

xvij° die Januarij anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie de Tylmanston quibus dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum ecclesiam predictam citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco iniunctum est domino Johanni Baly firmario vicarie ibidem quod faciat reparari domos vicarie predicte citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena sequestrationis fructuum ibidem.

Item dictis die et loco comparuit Johannes Pollok unus veterum gardianorum et fatetur se debere dicte ecclesie xl s. Dominus Commissarius iniunxit sibi ad solvendum Iconomis modernis dictos xl s citra festum Pasche sub pena excommunicationis. Comparuit etiam Johanna relicta Thome a Cherche nuper Iconomi dicte ecclesie et allegavit solucionem factam per dictum Thomam dum vixit ut patet per billas compoti eiusdem. Dominus Commissarius monuit eandem Johannam ad reddendum compotum Iconomis de solucione predicta et ad introducendum billas predictas diem lune proximum post festum Purificationis. Quo die veniente comparuit prefata Johanna et exhibuit billas predictas in presentia Iconomorum qui affirmarunt quod computavit et sic dimissa est.

Ecclesia de Waldreshare

xvij° die mensis Januarij anno domini predicto comparuit dominus Johannes Hartley capellanus et dicit quod non est ibidem institutus sed deservit cure ut capellanus parochialis. Abbas et Conventus de Langdon sunt patroni eiusdem.

Item iniunctum est dicto Johanni ad debite deserviendum dicte cure quamdiu erit capellanus parochialis ibidem sub pena excommunicationis.

Item idem dominus Johannes dicit quod deservit cure sue de Eythorn per fratrem Augustinensem. Dominus Commissarius iniunxit eidem quod deserviat dicte cure sue per seipsum vel quod provideat pro presbitero seculari citra festum Annunciationis beate Marie proximum sub pena sequestrationis fructuum suorum ibidem.

Item dictis die et loco comparuit Symon Pers nomine Johannis Monynge et allegavit quod dictus Johannes est in notoria egritudine ita occupatus quod non potest comparere. Et idem Symon assumpsit in se per iuramentum ad respondendum pro dicto Johanne. Tunc dominus Commissarius iniunxit quod idem Johannes solveret ecclesie predicte ad opus campanilis ibidem vj li xiij s iiij d ex legato citra festum Pasche proximum sub pena excommunicationis nisi Iconomi ipsius ecclesie longiorem terminum sibi dederint.

Item dictis die et loco comparuit Stephanus Dele de Nonyngton et negat quod debuit aliquam summam pecunie debite dicte ecclesie de Waldreshare. Dicit tamen quod Johannes Crafford generosus et Thomas Baker ac alij arbitratores inter ipsum et Johannem Monynge arbitrarunt quod solveret ad manus dicti Johannis Monynge xiij s iiij d pro ecclesia predicta quos solvit et satisfecit. Dominus Commissarius decrevit prefatum Johannem Monynge vocandum fore erga xvj^(um) diem Maij proximum. Quo die veniente comparuit Edwardus Monynge filius predicti Johannis. Tunc dominus Commissarius iniunxit quod pater suus solvat Iconomis ecclesie predicte xiij s iiij d quos recepit de prenominato Stephano Dele ad opus ecclesie predicte infra mensem postquam requisitus fuerit sub pena excommunicationis.

Item dicto xvj° die mensis Maij iniunctum est dicto Edwardo quod pater suus exhibeat capellanum celebraturum in ecclesia de Waldreshare per dimidium annum et in parochia de Lyden per quarterium anni quia celebravit ibidem unum quarterium. Et quod incipiat huiusmodi servicium in festo sancti Michaelis Archangeli proximo sub pena excommunicationis.

Ecclesia de Wodnesborowe

xvij° die mensis Januarij anno domini predicto dominus Johannes Parker comparuit et dicit quod requisivit a parochianis ibidem utrum si velint habere missam. Et dominus Commissarius iniunxit Iconomis et parochianis dicte ecclesie ad providendum pro aquebaiulo ad deserviendum dicto vicario quotiens venerit sub pena excommunicationis.

Ecclesia de Estry

xvij° die mensis Januarij anno domini predicto comparuerunt Iconomi de Estry quibus dominus Commissarius iniunxit quod reparabunt le rodeloft ibidem citra festum Natalis domini proximum sub pena excommunicationis.

Item iniunctum est eisdem Iconomis ad sufficienter reparandum navem ecclesie predicte citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena excommunicationis.

Item iniunctum est predictis Iconomis ad providendum libros pro novis festis citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis.

Item dicti Iconomi dicunt quod Willelmus Sylkyn alias Breton recessit ultra mare et non intendit redire.

Item dictis die et loco comparuit Robertus Stonne et fatetur quod ipse et Juliana uxor eius sunt infra gradus consanguinitatis. Et dominus Commissarius divorciavit eosdem.

Ecclesia de Estlangden

xvij° die mensis Januarij anno domini predicto comparuerunt Willelmus Beke et Willelmus Sybbe et negant quod habent testamentum cuiusdam Nicolai Beke nec erant executores ipsius testamenti. Iconomi tunc ibidem dixerunt quod credunt istud [illegible] disperatum.

Ecclesia de parva Mongeham

xvij° die mensis Januarij anno domini predicto dominus Commissarius iniunxit domino Thome Wydeot curato rectoris de parva Mongeham quod debite deserviat cure ibidem sub pena sequestrationis fructuum eiusdem et quod presbiter sit ibi continue residens sub pena predicta.

Item dictis die et loco comparuit Johanna Hornyd vidua et dicit quod habet in manibus suis iij s viij d de bonis dicte ecclesie / Et Dominus Commissarius iniunxit ad soluendum dictam summam citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximo sub pena excommunicacionis /

Item iniunctum est eidem Johanne ad soluendum Iconomis dicte ecclesie ij s. iiij d. citra festum Assumpcionis beate marie proximo sub pena excommunicacionis /

Item iniunctum est prefate Johanne quod satisfaciat Iconomis dicte ecclesie viij d. existentes in manibus suis ut dicit citra festum Penthecostes proximo sub pena excommunicacionis /

Item iniunctum est predicte Johanne ad deliberandum Iconomis prefate ecclesie vnum modium frumenti ex legato Johannis Rever citra festum pasche proximo sub pena excommunicacionis /

Item iniunctum est dicte Johanne quod tradet dictis Iconomis vnum quarterium brasij ex legato mariti sui citra festum pasche proximo sub pena excommunicacionis /

Item iniunctum est Iconomis predicte ecclesie quod prouideant aquebaiulum sufficientem citra festum pasche proximo sub pena excommunicacionis /

Item iidem Iconomi dicunt quod habent predictum prosteramento ac superpellicium et lucernam /

Ecclia de magna Mongeham

xviij° die mensis Januarij Anno domini predicto coram Domino Commissario comparuit Johannes Crasted firmarius Rectorie de magna Mongeham / Et Dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparari faciet Cancellum ibidem citra festum Assumpcionis beate marie proximo sub pena sequestracionis fructuum ibidem /

Item dictus Johannes Crasted dicit quod Rector dicte ecclesie non tenetur ad exhibicionem lampadis in choro de noticia sua. Dicit tamen quod si parochiani ibidem probauerint ipse de bonis Rectoris exhibebit. Dominus Commissarius iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad probandum xxj° die mensis Maij / Quo die venerunt Iconomi nec comparuerunt cum probacionibus et ideo dimissus /

Ecclia de Sutton

xviij° die mensis Januarij Anno domini predicto comparuit Dominus Johannes Joyns presbiter parochialis et firmarius ecclesie de Sutton / Et Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum cancellum ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximo sub pena excommunicacionis et eciam monuit Iconomos dicte ecclesie ad comparendum die lune proximo post dictum festum ad certificandum de huiusmodi reparacione / Quo die comparuerunt Iconomi et affirmarunt quod predictum Cancellum sufficienter reparatur

Item dictis die et loco comparuit Johannes Stephyn de Deale et dicit quod non detinet vel subtrahit aliquas terras neque tenementa pertinentia dicte ecclesie de Sutton / Dicit tamen quod si possit sufficienter doceri quod detinet restaurabit et consequenter monuit Iconomos dicte ecclesie ad probandum xxj die mensis Maij proximo sub pena dimissionis / Quo die comparuerunt Iconomi predicti et dixerunt quod nesciunt probare et sic Dominus Commissarius dimisit dictum Johannem Stephyn /

Item Dominus Commissarius iniunxit Iconomis predictis ad reparandum et emendandum ac bene custodiendum ornamenta ibidem de cetero sub pena excommunicacionis /

Item iidem Iconomi dicunt quod vestimentum legatum dicte ecclesie est eis deliberatum ad vsum ecclesie /

Ecclia de Ryngwold

xviij° die mensis Januarij Anno domini predicto comparuit Johanna Stace Et Dominus Commissarius obiecit articulum et dicta Johanna negauit et dixit quod erat tempore visitacionis domini in parochia de Kyngeston Et Dominus Commissarius monuit eam quod decetero non habeat verba diffamatoria vicinorum suorum sed quod honeste se gerat sub pena excommunicacionis /

Ecclia de Deale

xviij° die mensis January Anno domini predicto comparuerunt Iconomi de Deale quibus Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum ecclesiam ibidem et porticum eiusdem citra festum Assumpcionis beate marie proximo sub pena excommunicacionis /

Item iniunctum est eisdem Iconomis quod reparabunt clausuram Cimiterij ibidem citra festum Assumpcionis beate marie predictum sub pena excommunicacionis /

Testamentum Henrici Ffrith approbatur

Item dictis die et loco comparuerunt Johannes Spydelman et Cecilia Prince et fatebantur quod contraxerunt matrimonium adinvicem / Dominus Commissarius iniunxit eisdem ad procurandum huiusmodi matrimonium in facie ecclesie publice solempnizari inter eosdem citra festum pasche etc. sub pena excommunicacionis /

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicti et affirmarunt quod Cecilia Ryzyng recessit a dicta parochia de Deale quo vel ad quam parochiam se transtulit nesciunt /

Ecclia de Walmer

xviij° die mensis Januarij Anno predicto comparuit Abbas de Langdon virtute citacionis sibi facte proprietarius vt asserit ecclesie parochialis de Walmer Et Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum Cancellum de Walmer citra festum Assumpcionis beate marie proximo sub pena sequestracionis fructuum /

Ecclia de Westlangdon

xviij° die mensis Januarij Anno domini predicto comparuit Abbas de Langdon / Et Dominus Commissarius iniunxit quod debite deseruiri faciet Cure de Westlangdon sub pena sequestracionis fructuum ibidem /

Item dictis die et loco comparuit Henricus West Et iniunctum est ad deliberandum lez legat de bonis dicte ecclesie citra festum Purificacionis beate marie virginis proximo sub pena excommunicacionis ac vaccam existentem in manibus suis citra festum sancti Georgij proximo sub pena predicta / Dicit insuper prefatus Henricus quod missale erat combustum quando domus sua erat combusta et non in defectu suo Iconomi dicte ecclesie id affirmarunt quare Dominus Commissarius eum dimisit quoad restitucionem huiusmodi missalis

Item Iconomi dicte ecclesie dicunt quod vxor cuiusdam Thome Danby transtulit se ad aliam diocesim ut audiverunt dici a diuersis personis

Item dictis die et loco Dominus Commissarius prefato Henrico West ad frequentandum debite ecclesiam suam parochialem diebus dominicis et festiuis temporibus diuinorum sub pena excommunicacionis

Ecclia de Sybertiswold

xviij° die mensis Januarij Anno domini predicto comparuit Dominus Robertus Ffyssher vicarius ecclesie predicte

et dicit quod Abbas Sancti Radigundis composuit cum eo pro pensione
Item Iniunctum est Abbati predicto comparenti per unum Canonicorum suorum quod debite reparari faciat Cancellum ecclesie predicte citra festum Assumptionis beate Marie / virginis proxime sub pena sequestracionis fructuum ibidem
Item Iniunctum est prefato Canonico ut quo supra ad faciendum sedilia in Cancello predicto citra festum pasche proxime sub pena predicta /

Apud ffolkeston

xviij die mensis Januarij Anno domini predicto comparuit Willelmus a Were mandatarius et dicit quod Georgius Mannynghm et ipse sunt concordes Et sic dominus Commissarius dimisit istam materiam

Ecclesia de Sholdon

xviij° die mensis Januarij Anno domini predicto comparuit dominus Walterus Wyme capellanus ibidem et dicit quod temporibus retroactis stipendium eius non excessit viij marc' / Dicit tamen quod modo habet annuatim x marc' et dicit quod intendit ibidem deservire continue
Item dominus Commissarius monuit eundem dominum Waltero ad debite deserviendum cure ibidem continue inibi residendo quamdiu ibidem fuerit conductus pro Capellano parochiali sub pena excommunicacionis
Item dictis die et loco comparuit Georgius Mannynghm et negavit subtractionem huiusmodi vjs viijd Dicit tamen quod si Iconomi probaverint satisfaciet / Dominus Commissarius Iniunxit gardianis dicte ecclesie ad probandum huiusmodi debitum xx die mensis Marcij proxime / Quo die veniente Iconomi predicte ecclesie nihil probaverunt / Et sic dominus Commissarius dimisit dictum Georgium
Item predictis die et loco comparuit magister Johannes Richardson et dicit quod non novit de aliqua composicione huiusmodi / Et Iconomi dixerunt quod audiverunt dici quod fuit talis compositio tamen dicunt quod nesciunt probare Et sic dimissi /

Ecclesia de Norbon

xviij° die mensis January Anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie parochialis de Norbon quibus dominus Commissarius Iniunxit quod manutenerent lumina necessaria in dicta ecclesia ex antiquo tempore fundata in eadem sub pena excommunicacionis
Item dictis die et loco comparuit dominus Thomas Sampson et confessus est quod erat quoddam vetus lumen in dicta ecclesia in honore Sancti Augustini quod quidem lumen non erat de novo reparatum per spacium viij annorum nec erat per idem tempus illuminatum / Dicit etiam quod sexdecim anni iam elapsi sunt a tempore quo habuit huiusmodi luminis vastum ut bene potuit quia sepius monuit Iconomos et parochianos dicte ecclesie quod reparari facerent huiusmodi lumina Interrogatus quantum cere habuit in dicto lumine dicit quod tres libras et dicit quod si parochiani ibidem manutenere velint huiusmodi lumen paratus est eis deliberare huiusmodi ceram / Et consequenter Iconomi predicti dixerunt quod dictus vicarius habuit xxj lb cere in dicto lumine et dictus vicarius negavit / Et dominus Commissarius Iniunxit dictis Iconomis ad probandum xx° die mensis Marcij proxime / Quo die veniente comparuerunt Iconomi et dixerunt quod audiverunt ab antiquis et senioribus suis quod illud lumen erat magnum lumen in dicta ecclesia dicunt tamen quod nesciunt probare quod dictus vicarius habuit tantas libras cere / Et sic dominus Commissarius dimisit vicarium predictum /
Item dictis die et loco comparuit Johannes Crafford Junior pro Johanne Crafford seniore patre suo et allegavit quod dictus pater suus infirmatur sicut fide et c' / predictus Johannes filius dixit quod prefatus pater suus non subtraxit summam xs ab ecclesia predicta de porcia sua / Dicit quod si possit sufficienter probari quod subtraxit paratus est et erit ad satisfaciendum huiusmodi summam / Et consequenter dominus Commissarius Iniunxit Iconomis predicte ecclesie ad probandum subtractionem eiusdem summe xx° die mensis Marcij proxime / Quo die veniente comparuerunt Iconomi ecclesie predicte et dixerunt quod predictus Johannes Crafford composuit cum eis /
Item dictis die et loco comparuit dominus Johannes Stephynson Capellanus et fatetur quod habet in manibus suis unam vaccam pertinentem ecclesie parochiali de Norbon / Dominus Commissarius Iniunxit eidem domino Johanni ad deliberandum huiusmodi vaccam Iconomis dicte ecclesie citra festum Sancti Georgij proxime sub pena excommunicacionis
Item Iconomi predicte ecclesie dixerunt quod omnes subtrahentes salarium aquebajuli satisfecerunt et composuerunt
Item dicti Iconomi dixerunt quod Rogerus Lychefeld misit ad illos filium suum et quod contentatur ad solvendum dictum legatum cum qua responsione parochiani sunt contenti et dimissi sunt /
Item dictis die et loco comparuit dominus Johannes Tesdale Capellanus de parva Mongeham et dicit quod corpora mortuorum decedencium in dicta parochia de parva Mongeham ibidem sepeliunt semper et non in alio loco Dicit etiam quod non potest aliter probari tempore quo ipse ibidem stetit Capellanus parochialis
Item comparuerunt Jacobus Crispe et Robertus Stephyn et dixerunt quod bona Agnetis Bredell remanent in manibus suis et sunt parati ad deliberandum eadem bona / Et dominus Commissarius ex certis causis commisit eisdem administracionem huiusmodi bonorum et prefixit eisdem diem lune proxime post festum sancti Gregorij pape ad exhibendum Inventarium Quo die veniente exhibuerunt et sic dimissi
Item dictis die et loco comparuerunt Robertus Marsshe et Willelmus Marsshe quibus dominus Commissarius Iniunxit quod solvant ad salarium aquebajuli ibidem porcionem suam citra festum pasche proxime sub pena excommunicacionis
Item Iniunctum est petro Wypar ad solvendum salarium aquebajuli ibidem citra festum pasche proxime sub pena excommunicacionis /

Ecclesia Sancti Clementis

xviij° die mensis Januarij Anno domini millesimo quingentesimo xj comparuit magister Thomas Lawrence procurator domini Archidiaconi Cant' / Cui dominus Commissarius Iniunxit ad reparandum Cancellum ibidem citra festum Assumptionis beate Marie virginis proxime / sub pena sequestracionis fructuum ibidem
Item dictis die et loco comparuerunt Capellani Cantariarum ibidem / quibus dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum tenementa sua ibidem citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime futurum sub pena iuris
Item Iniunctum est Iconomis predicte ecclesie ad reparandum le gutter super altare Sancte Appollonie in predicta ecclesia citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excommunicacionis
Item dictis die et loco comparuit Johannes Halyngbury et dicit quod habet in manibus suis de bonis dicte ecclesie xiijs iiijd ex legato patris sui defuncti et paratus est deliberare ipsam summam citra festum Assumptionis beate Marie virginis proxime futurum sub pena excommunicacionis
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi luminis Sancti Georgij in dicta ecclesia quibus dominus Commissarius Iniunxit ad reddendum compotum coram parochianis et fratribus luminis predicti citra festum pasche proxime sub .

pena excom et ad exhibendum eundem compotum die martis prox post Quindenam in albis prox sub pena predict
Quo die venerunt comparuerunt gardiani predict et exhibuerunt compotum/
Item Iconomi ecclie predict dixerunt quod promiserunt pro libro de novis festis
Item dicti Iconomi dixerunt quod dominus Ricardus Hynde nuper vicarius dicte ecclie defunctus est et dominus
Jacobus Dowlyng etiam defunctus erat unus executor et sic nesciunt quis habet huiusmodi librum/
Item dictis die et loco comparuit Johannes Cokk et negat subtractionem legati huius predict per eum aliquo modo
Dicit tamen quod si posset probari quod subtraxit restituet/ Dominus Commissarius iniunxit Iconomis dicte ecclie
ad probandum dicti legati subtractionem die martis prox post festum sancti Gregorii prox futur/ Quo die
venerunt Iconomi predicte ecclie non comparuerunt cum probationibus et sic dominus Commissarius dimisit
prefatum Johannem Cokk
Item predictis die et loco comparuerunt Thomas Aldy et Nicolaus Aldy executores testamenti et ultime
voluntatis Nicolai Burton dum vixit ville Sandwici et fatentur se debere dicte ecclie unam sectam
vestimentorum legatorum in testamento dicti Nich/ Et dixerunt quod intendunt providere infra tempus sibi
assignand Dominus Commissarius iniunxit eisdem Thome et Nicolao ad providendum huiusmodi sectam vestimentorum
infra duos annos prox post festum Natalis domini tunc prox futur sub pena iuris

Ecclia beate Marie in Sandwico

xvij° die mensis Januarii Anno domini predicto comparuit dominus Ricardus Drake Cantarista in ecclia predict
Cui dominus Commissarius iniunxit quod celebret missam pro animabus fundatorum suorum in ebdomada quater
ad minus cessante causa rationabili sub pena excom
Item dominus Ricardus Drake Cantarista predict dicit quod non tenetur ad celebrationem misse nominis Jhesu
ibidem de notitia sua/ Dicit tamen quod pro tempore suo desinet protestando quod ipsa Cantaria et Capellani eiusdem
non sunt onerat et obligat ad observationem ipsius misse per istam suam confessionem nisi eis placuerit
Item predictis die et loco Iconomi ecclie beate Marie ville predict comparuerunt et dixerunt quod cum Alicia Wilson
ville prefat qui vir eius cum modo inhibet a predicta villa Sandwici immediate post visitationem reverendissimi
patris domini Archiepi se transtulerunt et quo aut ad quam diocesim recesserunt/ nesciunt/
Item dictis die et loco comparuerunt Executores Thome Munde et negaverunt subtractionem alicuius legati
cuiusdam Margarete aut alicuius pretio vide/ et parati sunt respondere parti querelanti in iure cor/ Dominus
Commissarius monuit prefatam Ceciliam ad prosequendum eosdem executores in iure cor/ et dimisit eosdem
Executores quo ad istam detectionem/
Item Iconomi predict ecclie dixerunt quod dominus Jacobus Dowlyng moritur quibus administratio ipsius domini
Jacobi bonorum commissa est/ nesciunt/

Ecclia sancti petri.

xvij° die mensis Januarii Anno Domini millesimoquingentesimo undecimo comparuerunt Iconomi eccle
predict quibus dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter manutenendum et subeundum reparationem
Campanilis ibidem ac ad bene reparandum illud campanile in omnibus reparationibus necessariis citra
festum Assumptionis beate Marie virginis prox sub pena excom
Item iniunctum est Iconomis ad reparandum et renovandum atque emendandum omnes libros dicte eccle pertinentes
citra festum Assumptionis beate Marie virginis tunc futur sub pena excom/
Item iniunctum est Iconomis predict ecclie ad sufficienter reparandum vestimenta dict ecclie citra festum
Pasche prox sub pena excom/
Item dominus Commissarius iniunxit prefatis Iconomis ad reddendum compotum de bonis dicte ecclie in manibus
suis existent et ad eorum manus provenien a toto tempore quo ibidem steterunt Iconomi/ Et quod omnes parochiani
sint presentes tempore huiusmodi compotus/ Ita quod reddatur citra festum sancti Gregorii pape et quod etiam
exhibeant huiusmodi compotum die martis prox post Quindenam in albis prox futur/ Quo die venerunt
comparuerunt gardiani predict/ et exhibuerunt compotum
Item Iconomi predicte ecclie dixerunt quod Johannes Pytter recessit diocesis ad quam diocesim se transtulit
nesciunt/
Item dictis die et loco comparuit magister Leonardus Egylsfeld Rector ecclie paroch Sancti Petri ville
predict/ Cui dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum Cancellum ibidem in omnibus reparationibus
necessariis citra festum Assumptionis beate Marie virginis prox sub pena sequestrationis fructuum suorum/
Item Iconomi ecclie predict dixerunt quod Johannes Shepherd frater domus sancti Thome iuxta villa modo cohabitat
cum fratribus eiusdem domus

Decanatus Dovorr.

Ecclia sancte Margarete at Clyff

Quarto die mensis Februarii Anno domini millesimo quingentesimo undecimo/ In ecclia xpi Cant comparuit
magister Walterus Grene vicarius sancte Margarete at Clyff Cui dominus Commissarius iniunxit ad reparandum
sufficienter fenestras Cancelli ibidem citra festum Pasche prox sub pena sequestrationis fructuum suorum ibidem
Item dictus magister Walterus vicarius predictus dicit quod nulla anima ex negligentia sua decessit sine sacra-
mentis ecclie infra dict paroch de notitia sua/ Dicit tamen quod si posset probari submittit se correctioni/
Item dominus Commissarius iniunxit eidem magistro Walterio vicario predict quod non incipiat divina officia
videlicet matutinas et missam diebus dominicis et festivis ante horam octavam et quod missa sit finita ante horam
undecimam sub pena predict/
Item iniunctum est eidem magistro Walterio quod debite reparari faciet vicariam suam ibidem citra festum Assumptionis
beate Marie virginis prox sub pena sequestrationis fructuum suorum eiusdem vicarie
Item dictis die et loco dominus Commissarius iniunxit dicto magistro Walterio vicario predict quod non scindat
aliquas arbores crescent extra procinctum Cimiterii/ neque alteras arbores stantes et crescent prope viam processional
existentes necessarias pro defensione ecclie ibidem sub pena iuris/
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dict ecclie et dixerunt quod leprosus recessit a dict paroch/

Ecclesia de Benyfeld

Quarto die mensis Februarii Anno domini predicto comparuit vicarius de Benyfeld cui dominus Commissarius assignavit ad prosequendum Priorem de Combwell coram domino Archiepiscopo pro relaxacione pensionis sue /

Item dictis die et loco comparuit magister domus dei Dovor' et dicit quod non tenetur solvere decimas victualium et batellorum depastorum infra dictam parochiam quia privilegiata est ut dicit / Dominus Commissarius iniunxit eidem ad exhibendum huiusmodi privilegium suum in proxima Curia tenenda apud Dovor' die veneris videlicet xiiii die mensis Marcii comparuit prefatus magister et exhibuit privilegium et dimissus est

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus dominus Commissarius iniunxit ad reparandum Cancellum beate marie ibidem in tectura tegulare citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis proximum sub pena sequestracionis /

Item iniunctum est predictis Iconomis ad reparandum sufficienter le arche in dicta ecclesia citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena excommunicationis /

Ecclesia de Leden

Quarto die Februarii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus iniunctum est per dominum Commissarium quod debite reparent le roodeloft ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis /

Item dictis die et loco comparuit Abbas de Langdon proprietarius dicte ecclesie cui dominus Commissarius iniungit ad sufficienter reparandum Cancellum ibidem in celatura citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem /

Item iniunctum est dicto ad providendum Capellanum idoneum ad dictam ecclesiam de Lyden ad deserviendum eidem citra festum pasche proximum sub pena sequestracionis fructuum eiusdem /

Item iniunctum est predicto Abbati ad providendum locum pro Capellano dicte ecclesie citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena sequestracionis fructuum suorum ibidem /

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie de Leden a quibus dominus Commissarius interrogavit quis habuit in manibus suis huiusmodi Calicem qui quidem Iconomi responderunt quod Johannes Monynge generosus / Et incontinenter dominus Commissarius decrevit eundem Johannem vocandum fore erga viii diem mensis Aprilis proximum / Quo die veniente comparuit prefatus Johannes monynge iuxta monicionem sibi factam et fatetur se habere huiusmodi Calicem in manibus suis de bonis dicte ecclesie et custodit eandem ad usum dicte ecclesie et paratus est ipsam deliberare et etiam inserere in Inventario bonorum pertinencium ad dictam ecclesiam / Tandem dominus Commissarius iniunxit ad inserendum prefatum Calicem in Inventario bonorum dicte ecclesie in proxima visitatione domini Archiepiscopi Cant' sub pena excommunicationis /

Item iniunctum est Abbati de Langdon ad solvendum pensionem predictam viii d. / Curiato de Leden predicto annuatim sub pena Iuris / vel ad comparendum octavo die Aprilis proximum ad dicendum causam quare non /

Ecclesia de westclyff

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus dominus Commissarius iniunxit ad providendum missale continens festa nova / videlicet quinque vulnerum domini nostri Jhesu Christi / de visitatione beate marie virginis / de transfiguracione domini / de nomine Jhesu ac etiam portiforium legibile et alios libros necessarios citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena excommunicationis /

Ecclesia de Ewell

Quarto die mensis Februarii Anno domini predicto comparuerunt Willelmus Aylford de Ryver et Johannes More de Ewell carnifices quibus dominus Commissarius iniunxit quod amodo non vendant carnes diebus dominicis aut festivis et presertim dominicis sub pena excommunicationis /

Item dictis die et loco iniunctum est Thome Toweneher molendinario ibidem quod non molet aliqua grana dominicis diebus aut festivis cessante rationabili causa sub pena excommunicationis /

Ecclesia de Charleton

Quarto die mensis Februarii Anno domini predicto comparuit magister domus dei Dovorr' et dicit quod non tenetur reddere decimas agnorum et lane ecclesie predicte quia domus sua privilegiata est / Dominus Commissarius iniunxit eidem magistro ad exhibendum huiusmodi privilegium in proxima Curia tenenda apud Dovorr' die veneris videlicet xiiii° die Marcii comparuit prefatus magister et exhibuit privilegium suum et dimissus est /

Item dictis die et loco comparuit dominus Thomas Chesell Rector de Charleton et cum eo magister Walterus Grene deputatus suus ibidem tempore quo dictus quidam Johannes Stephenson obiit / Et dicit quod audivit confessionem eiusdem et quia recepisset eucharistiam in die pasche adtunc xiiii^{cim} diebus non lapsis ideo non ministravit sibi sacramentum /

Item dictus Rector dicit quod modo personaliter residet in dicto beneficio suo iniunctum est ei per dominum Commissarium quod ibidem residat, debitam hospitalitatem ministrare faciendo etc. sub pena suorum fructuum sequestracionis

Item dominus Commissarius iniunxit eidem Rectori quod sufficienter reparabit horreum Rectorie predicte citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena sequestracionis / Ac etiam quod non scindat arbores crescentes in cimiterio que sunt necessarie pro defensione ecclesie sub pena predicta

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et affirmaverunt quod Rector predictus liberavit sibi vendentes et Rentale ac alia munimenta concernencia ecclesiam predictam /

Item dictis die et loco comparuit dominus Rogerus Dailey Rector sancti Jacobi Dovorr' et dicit quod non transit in processione infra parochiam de Charlton nec subtrahit aliquas decimas pertinentes Rectori de Charleton ut dicit /

Ecclesia de alkham

Quarto die mensis Februarii Anno domini predicto comparuit Abbas sancte Radegundis proprietarius ecclesie de alkham cui dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparari faciet Cancellum ibidem in coopertura citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus dominus Commissarius iniunxit ad providendum antiphonarium citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena excommunicationis /

Item Iniunctum est eisdem iconomis ad providendum crismatorium sufficientem et bonum citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum est dictis iconomis ad providendum corporale et loculum pro sacramento deferendo infirmis tempore eorum visitacionis citra festum Penthecostes sub pena excommunicacionis

Item predictus Abbas Sancte Radegundis ut supra comparuit et dicit quod non tenetur ad inveniendum ornamenta dicte ecclesie nec unquam audivit de tali composicione / Dicit tamen quod si parochiani ibidem probaverint paratus est et erit ad faciendum quod suum est

Item Iniunctum est iconomis predicte ecclesie quod sufficienter reparabunt navem ecclesie predicte citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum est prefatis iconomis ad reparandum portam Cimiterij ibidem ac muros eiusdem citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Pette et fatetur se debere dicte ecclesie xxvj s. viij d. quos ad solvendum dicte ecclesie iconomis Dominus Commissarius iniunxit citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Colley et dicit quod composuit cum iconomis dicte ecclesie et iconomi dicunt tunc ibidem hoc affirmarunt /

Item dicti iconomi exponunt quod Thomas Blak et Johannes Swanton composuerunt cum eis /

Item iidem iconomi tunc ibidem affirmarunt quod Willelmus Marshe composuit cum eis /

Item dictis die et loco comparuit Abbas Sancte Radegundis et negat quod subtraxit aliquam peciam terre pertinentem vicario de Alkham / Dicit tamen quod si possit probari quod restituet / Dominus Commissarius monuit vicarium ad probandum quarto die mensis Aprilis proximo / Quo die veniente comparuit vicarius et produxit quatuor testes quibus admissis iuratis et examinatis eorumque deposicionibus inspectis Dominus Commissarius iniunxit prefato Abbati ad restituendum prefatam peciam terre sub pena Iuris /

Item dictis die et loco Iniunctum est iconomis Capelle beate Marie de Megge ad restituendum et solvendum vicario de Alkham ceram ij lb annuatim in die Sancti Anthonij ut ab antiquo consuetum est sub pena excommunicacionis

Ecclia de Swynefeld

Quarto die mensis Februarij Anno domini predicto comparuerunt iconomi predicte ecclesie quibus dominus Commissarius iniunxit ad reparandum sufficienter navem dicte ecclesie citra festum Assumpcionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicacionis / Dicti iconomi exponunt quod cancellum eiusdem modo reparatur

Ecclia de Ryver

Quarto die mensis Februarij Anno domini predicto comparuit Johannes Cray cui Dominus Commissarius iniunxit quod frequentet ecclesiam suam parochialem diebus dominicis et festivis cessante causa racionabili sub pena excommunicacionis

Item dictus Johannes negavit quod habuit aliqua huiusmodi verba in dicto articulo contenta / Dominus Commissarius monuit eum quod de cetero non habeat talia verba sub pena excommunicacionis /

Item dictis die et loco comparuit Johannes Shepherd et fatetur quod habet in manibus suis de bonis dicte ecclesie iiij s. viij d. / Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad solvendum eandem summam iconomis dicte ecclesie citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis /

Ecclia de Hougham

Quarto die Februarij Anno domini predicto comparuerunt iconomi dicte ecclesie quibus Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum dictam ecclesiam citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Johannes Browne et dicit quod non est tale legatum in testamento patris sui dicte ecclesie factum / Dicit etiam quod si esset non tenetur ad solucionem quia non est executor

Item dictis die et loco Iniunctum est domino Ricardo Dovor' comparenti pro priore Dovor' ad sufficienter reparandum cancellum ecclesie de Hougham citra festum Assumpcionis beate Marie virginis proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem /

Item dictis die et loco comparuit Hemyng Bowherd ville Dovor' cui Dominus Commissarius iniunxit ad solvendum iconomis dicte ecclesie pro iiijor annis a retro de denariis Sancti Petri pro quolibet anno ij d. citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum est Everard Goldsmyth quod solvat dictis iconomis pro denariis Sancti Petri a retro existentibus per duos annos iiij d. citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuerunt iconomi ecclesie parochialis beate Marie Dovor' et negant quod tenentur ad solucionem ij d. per annum dicte ecclesie de Hougham / Dominus Commissarius iniunxit iconomis dicte ecclesie de Hougham ad probandum die Veneris videlicet xiijo die mensis Marcij proximo / Quo die veniente iconomi predicti nichil probarunt et sic Dominus Commissarius dimisit predictos iconomos Sancte Marie Dovor' /

Ecclia de ffolkeston

Quarto die mensis Februarij Anno domini predicto comparuit Willelmus Baker et fatetur quod pater suus legavit dicte ecclesie xl s. viij d. pro nova cruce emenda et paratus est ipsam summam solvere / Dominus Commissarius iniunxit eidem Willelmo quod quandocumque iconomi et parochiani ibidem sunt parati ad emendum novam crucem quod idem Willelmus adtunc deliberet predictam summam xl s. viij d. eisdem iconomis sub pena excommunicacionis /

Item idem Willelmus dicit quod expendidit circa emendacionem vicarie nove de summa xl s. viij d. xlij s. viij d. vel circiter / Dominus Commissarius iniunxit eidem Willelmo ad exhibendum suum compotum de exposicione sua quarto die Aprilis proximo sub pena excommunicacionis / Quo die veniente comparuit et exhibuit compotum suum et remanet in manibus suis nondum expositi xl s. quos ad solvendum ad reparacionem vicarie tempore videlicet xx s. citra festum Sancti Michaelis archangeli proximum et alios xx s. citra festum Sancti festum Sancti Petri quod dicitur ad vincula tunc proximum / Dominus Commissarius iniunxit sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Magister domus dei Dovor' pro domino Johanne Hebbyng fratre eiusdem domus / cui Dominus Commissarius iniunxit quod dictus dominus Johannes Hebbyng solvat et satisfaciat iconomis dicte ecclesie xx s. legatos per quendam Johannem Hebbyng defunctum citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Johannes Rede/ cui Dominus Commissarius Iniunxit ad providendum capellanum ad celebrandum in dicta ecclesia per unum quarterium et quod idem capellanus incipiat huiusmodi in festo sancti Mathie apostoli prox sub pena excommunicacionis/ Et etiam ad solvendum Iconomis dicte ecclesie xxs legat operibus eiusdem citra festum pasche prox sub pena excommunicacionis/ Et quia dictus Johannes allegavit solucionem summe legate luminibus/ Dominus Commissarius Iniunxit eidem Johanni ad reddendum compotum de bonis dicti defuncti ac de solucione huiusmodi legat iiijto die mensis Aprilis prox/ Quo die veniens comparuit Willelmus Baker et verbo allegavit quod dictus Johannes est in carceribus fact fide etc/ exhibuit compotum pro eodem quo viso et admisso Dominus Commissarius dimisit dictum Johannem/

Item dictis die et loco comparuit Thomas Rede executor testamenti patris sui defuncti et dixit quod testamentum patris sui est in manibus domini Officialis Dominus Commissarius Iniunxit sibi quod accedat ad officialem et coram eo assumat vel refutet onus eius testamenti et hoc citra festum pasche prox sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum est prefato Johanni Rede ad solvendum vjs viijd Iconomis dicte ecclesie pro vestimento emendo citra festum pasche prox sub pena excommunicacionis

Ecclesia de Hawkyng

Quarto die mensis Februarii Anno domini millesimo quingentesimo undecimo Iconomi dicte ecclesie comparuerunt et dixerunt quod Rector est in servicio domini Regis cum magistro Edwardo Ponyngs in Gelderland

Item Iconomi predicti dixerunt quod cura ibidem modo deservitur per presbiterum secularem

Item Iniunctum est domino Ric procuratori Rectoris ibidem quod sufficienter reparabit ortum Rectorie ibidem citra festum Assumptionis beate Marie virginis prox sub pena sequestrationis fructuum ibidem/

Item dictis die et loco comparuit prior de Folkeston et negat subtractionem aliquorum parochianorum dicte parochie de Hawkyng procurator Rectoris dixit quod ipse nescit probare et sic Dominus Commissarius dictum priorem dimisit/

Item dictis die et loco Iniunctum est Iconomis dicte ecclesie ad reparandum clausuram cimiterii ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis bapt prox sub pena excommunicacionis/ Insuper Dominus Commissarius monuit Malcolm Woode quod non sinat animalia sua depascere in cimiterio predicto medio tempore sub pena excommunicacionis/

Ecclesia de Cheriton/

Quarto die Februarii Anno domini predicto comparuit Capellanus parochialis et dixit quod Rector eiusdem ecclesie est in servicio domini Regis cum magistro Rotulorum in partibus transmarinis

Item Iconomi dicte ecclesie comparuerunt et dixerunt quod receperunt debita dicte ecclesie de omnibus subtrahentibus huiusmodi debita

Ecclesia de Newenton

Quarto die Februarii Anno domini predicto comparuit Dominus Hugo Braymonger vicarius ibidem et dixit quod est in servicio magistri Rotulorum et intendit eandem vicariam dimittere et postea dimisit/

Item dictis die et loco Iniunctum est prefato domino Hugoni Braymonger ad sufficienter reparandum cancellum ibidem citra festum Assumptionis beate Marie virginis prox sub pena excommunicacionis ac sequestrationis fructuum ibidem/

Item dictis die ac loco comparuit Johannes Moore et fatetur quod habet in manibus suis ex bonis dicte ecclesie de legato Thome Smyth patris Nowell summam xxvjs viijd que quidem legata sunt ad emptionem Antiphonalis pro dicta ecclesia/ Dominus Commissarius Iniunxit eidem Johanni quod quamcito parochiani ibidem intendunt emere huiusmodi librum quod deliberet et solvat Iconomis dicte ecclesie xxvjs viijd sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco Iconomi predicte ecclesie dixerunt quod Johannes Chilton composuit cum eis pro xvjs viijd

Item comparuit Thomas Wilmyngton et fatetur quod debuit dicte ecclesie xvjs allegando solucionem Dominus Commissarius Iniunxit eidem Thome ad probandum huiusmodi solucionem citra festum pasche prox vel ad solvendum eandem summam citra festum Assumptionis prox sub pena excommunicacionis/ xxiiijto die mensis Septembris comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod dictus Thomas Wilmyngton composuit cum eis

Item quia magister Edwardus Ponyngs miles et magister Ruddell sunt extra diocesim Dominus Commissarius remisit causam matricem domini archiepiscopi/

Ecclesia de Bukland

Quarto die Februarii Anno domini predicto comparuit Dominus Thomas Chesfeld Rector de Charlton et dixit quod dicte terre sunt infra fines et limites parochie de Bukland tamen dixit quod ipse et predecessores sui fuerunt in possessione percipiendi huiusmodi decimas et dixit se prescribi/ Et Dominus Commissarius monuit eum quod non subtrahat decimas ibidem earundem quousque probaverit prescriptionem per eum allegatam et quod incipiat prosequi huiusmodi suam prescriptionem in iure etc/ citra festum Penthecostes sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Abbas sancte Radegunde et dixit quod non detinet aut subtrahit decimas aliquas pertinentes ecclesie de Bukland de noticia sua/ dixit tamen quod si prior et conventus Dovor probaverint quod subtrahit satisfaceret

Item Iniunctum est Dompno Johanni Cornewall monacho prioratus Dovor capellano parochiali de Bukland quod deserviet dicte cure in divinis horis debitis et quod ministrabit sacramenta temporibus necessariis sub pena excommunicacionis/

Item predictus Dompnus Johannes Cornewall dixit quod prior domus sue prioratus Dovor licenciatus est ad deserviendum cure ibidem per monachum/

Item Iniunctum est dicto Dompno Johanni quod succidat arbores existentes prope dictam ecclesiam que sunt nocive eidem ecclesie citra festum Penthecostes sub pena excommunicacionis

Ecclesia sancti petri Dovorr

Quarto die mensis Februarii Anno domini predicto comparuit Dominus Thomas Spyrk Rector ibidem et dixit quod residet in beneficio suo predicto tamen dixit quod ad requisitionem magistri Ponyngs deservivit in castro Dovor per sex menses/ Sed dixit quod pernoctavit in Rectoria sua predicta per totum dictum tempus et etiam habuit continue ibidem presbiterum parochialem/

Item dictis die et loco comparuit Robertus Flete et dixit quod ipse est firmarius terrarum et tenementorum que nuper fuerunt Henrici Palgrey quequidem terre et tenementa idem Henricus perquisivit de quodam Kyrk utrum pertinent ecclesie predicte vel non nescit/ Si parochiani ibidem aliquem titulum habuerint ad illa terre et tenementa tam Willelmus Grotte miles quam ipse sunt parati ad respondendum pro eisdem in iure etc et sic Dominus Commissarius eos ad ius commune remisit

Item dictis die et loco comparuit Robertus Rodeland modo de parochia sancte marie Dovor et fatetur quod in suo adventu ad dictam villam promisit se esse parochianum sancti petri et quia violavit huiusmodi suam promissionem et fidem Dominus Commissarius iniunxit eidem quod offerat unum cereum ponderis unius libre cere ad Imaginem sancti petri Et quod amodo sit parochianus ibidem sub pena excommunicationis

Eclia sancti Jacobi

Quarto die mensis februarii Anno domini predicto comparuit Dominus Rogerus Darby Rector ibidem et Dominus Commissarius iniunxit eidem quod sufficienter reparabit Rectoriam ibidem citra festum Penthecostes proximum sub pena sequestrationis fructuum

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod Johannes Copuldyke infirmatur Dominus Commissarius assignavit eorum Iconomis ad monendum eundem ad comparendum iii^o die Aprilis proximum si esset sanus Quo die veniens comparuit prefatus Johannes et dixit quod non subtrahit duas acras terre pertinentes ad summum altare ecclesie predicte Dicit tamen quod si possit probari paratus est restituere

Item dictis die et loco comparuit Magister Domus Dei Dovorr et dixit quod non detinet ab ecclesia predicta decimas tenuarum acrarum prati quia Rector sancti Jacobi qui modo est neque predecessores sui aliquas decimas habuerunt ibidem ex mera iusticia sed ex iniusticia ut dicit

Item ~~Domus~~ dictus Magister Domus Dei comparuit pro Roberto Butter et dixit quod idem Robertus nullas decimas subtrahit a dicta ecclesia

Item dictis die et loco comparuit Thomas Jorday Tunc Dominus Commissarius iniunxit quod non absentet se ab ecclesia sua parochiali dominicis diebus Dominicis et festivis sub pena excommunicationis

Item materia concernens priorem et conventum Dovor contra Rectorem sancti Jacobi predicti est coram domino Archiepiscopo

Eclia sancte marie Dovor

Quarto die mensis februarii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie beate marie quibus Dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparabunt clausuram cimiterii ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item Dominus Commissarius iniunxit prefatis Iconomis ad reparandum Campanile dicte ecclesie citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena excommunicationis

Item Iniunctum est eisdem Iconomis ad renovandum ornamenta ac vestimenta dicte ecclesie citra festum pasche proximum sub pena excommunicationis

Item predictis die et loco Iniunctum est Iconomis predictis quod reddant compotum suum et ad exhibendum Inventarium bonorum eiusdem ecclesie apud Dovorr die veneris proximum post festum sancti Mathie apostoli proximum sub pena excommunicationis Quo die veniens dicti Iconomi comparuerunt et exhibuerunt Inventarium et compotum

Item idem Iconomi dixerunt quod modo Magister domus dei habet presbiterum celebrantem ibidem

Item Iniunctum est Magistro domus dei quod suus presbiter parochialis celebret missam ibidem ad minus iiii^ta et sexta feriis in singulis ebdomadis sub pena sequestrationis fructuum

Eclia sancti Johannis Dovor

Quarto die mensis februarii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod dicta parochia in tanta exilitate est quod non sufficit ad sustentationem Rectoris

Item predicti Iconomi dixerunt quod Rectoria ibidem pretextu premissorum magnam patitur ruinam

Eclia sancti Nicholai Dovor

Quarto die februarii Anno domini predicto comparuit Rector sancti Nicholai Dovor quem Dominus Commissarius remisit domino Archiepiscopo pro relaxatione pensionis ecclesie sue pretextu exilitatis eiusdem

Item dictis die et loco comparuit Thomas a Barrowe Dovor et dixit quod non subtrahit decimas aliquas a Rectore sancti Nicholai Ymmo Dominus Archiepiscopus mandavit eum quod solvet huiusmodi decimas gardinorum suorum Rectori sancti Jacobi

Item dictis die et loco comparuit Johannes Colyn ville Dovor predicte et dixit quod multi diffamant uxorem huiusmodi Ryall nec aliqua habuit de eadem verba ad eius infamiam sonantia quia credit eam honestam Dominus Commissarius remisit materiam communi Iuri

Iniunctio pro reparatione ecclesie sancti martini patet in proximo folio eiusdem parochie subscripta

Eclia sancti martini Dovor

Quarto die februarii Anno domini predicto comparuit Johannes Clarynbold Iconomus sancti Martini ibidem quem Dominus monuit quod sufficienter faciet reparari ecclesiam et etiam Campanile eiusdem ecclesie citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena excommunicationis quia pretextu non reparationis dicte ecclesie Ecclesia sancti Nicholai grave patitur detrimentum

Item Dominus Commissarius remisit domino Archiepiscopo istam materiam concernentem fructus ecclesie sancti martini pro eo quod ipsa parochia est in exilitate gravi

Item ista materia remissa est Domino Archiepiscopo ex causa predicta

Decanatus de Elham

Eclia de Stamford

Penultimo die mensis februarii Anno domini millesimo quingentesimo undecimo In Ecclesia Cathedrali Christi Cant comparuit coram domino Commissario David Clape firmarius Rectorie de Hemmyng Tunc Dominus Commissarius iniunxit quod reparari faciet magnam fenestram in choro ibidem tam in vitriatione quam in aliis reparacionibus necessariis citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena sequestrationis fructuum ibidem

Eclia de Poslyng

Predicto penultimo die comparuit Abbas sancte Radegundis proprietarius ecclesie de Poslyng per Thomam

Myllond sive procuratorem et dicit quod cancellum dicte ecclie de Postlyng debite reparatur/

Ecclia de hynnyng

Quarto die Februarij Anno domini predict comparuerunt Thomas Brokman Johannes Notte et Willelmus Brownyng executores testamenti et ultime voluntatis domini Thome Dyffeld dum vixit vicarij de hynnyng quibus dominus Commissarius Iniunxit ad soluendum Iconomis dicte ecclie vj s. viij d. legat ad opus Campanilis ibidem quandocunque requisiti fuerint per predict ecclie Iconomos ad usum dicti operis sub pena excom/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Notte executor testamentorum Andree Gilbert et Agnete uxoris eius cui dominus Commissarius Iniunxit quod soluat ad opus predict ecclie cum fuerit requisitus per Iconomos eiusdem xiij s. iiij d. sub pena excom/

Item Iconomi dicte ecclie de hynnyng dixerunt quod executores Roberti Brem composuit cum eisdem pro vj s. viij d./

Item dictis die et loco comparuit Christoferus Crow et fatetur quod habet in manibus suis de bonis dicte ecclie ex legato Ricardi Crubbe xiij s. iiij d. et semper fuit paratus eandem summam deliberare Dominus Commissarius Iniunxit eidem Christofero quod soluat Iconomis dicte ecclie predict summam cum per eos requisitus fuerit sub pena excom

Item Iconomi predict ecclie de hynnyng affirmarunt quod executores testamenti Jacobi Brett coram parochianis dicte ecclie confessi sunt xl s. ad usum dicte ecclie et pro ipsa summa cum eisdem composuerunt/

Item dictis die et loco Dominus Commissarius Iniunxit Thome Bryngton filio Christine Bryngton nuper relicte Ricardi Wadell ad soluendum Iconomis dicte ecclie pro nouo gradali emendo vj s. viij d. citra festum Natiuitatis Sancti Johannis baptiste proxime sub pena excom/

Item Iniunctum est Iconomis predicte ecclie ad reparandum muros Cimiterij ibidem citra festum pentecostes proxime sub pena excom/

Item Iniunctum est eisdem Iconomis ad vitriandum fenestras navis eiusdem ecclie citra festum Assumptionis beate Marie Virginis proxime sub pena excom/

Item Iniunctum est ipsis Iconomis ad reparandum libros dicte ecclie et presertim optimum Antiphonale et optimum gradale citra festum natiuitatis Sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excom/

Item Iniunctum est prefatis Iconomis ad prouidendum pro bonis superpelliceis pro dicta ecclia citra festum Pasche proxime sub pena excom/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Hansfeld firmarius vidue Johannis Kete et pro eadem vidua cui dominus Commissarius Iniunxit quod Inveniet et sustentabit unam lampadem in dicta ecclia prout tenetur et secundum quod consueuit Inveniri ibidem sub pena excom/

Item dictis die et loco comparuit David Clape firmarius Rectorie de hynnyng cui dominus Commissarius Iniunxit quod sufficienter reparet le desk in choro ibidem citra festum Pasche proxime sub pena sequestrationis fructuum

Item Iniunctum est eidem firmario ad reparandum muros Cancelli eiusdem ecclie citra festum Assumptionis beate Marie Virginis proxime sub pena sequestrationis fructuum

Ecclia de Horton

Dominus Willelmus Champyon Rector ibidem vocatus ad residendum non comparuit et ideo priuatus est processus eiusdem domini Willelmi priuationis cum decreto eiusdem remanet in custodia Mri Potkyn/

Item Iconomi dicte ecclie de Horton dixerunt quod presbiter parochialis recessit/

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Clyfford nuper Iconomus predicte ecclie cui dominus Commissarius Iniunxit ad reddendum compotum Iconomis modernis et parochianis de bonis dicte ecclie per totum tempus quo ipse ibidem stetit Iconomus citra festum Sancti Gregorij pape proxime et ad comparendum die lune proxima post Quindenam in albis proxime et ad exhibendum huiusmodi compotum et Inventarium dicte ecclie bonorum sub pena excom Quo die veniente dictus Willelmus comparuit et exhibuit compotum cum Inventario/

Item dictis die et loco comparuit Ricardus Hamond de Saltwod executor testamenti Ricardi Kechym et dicit quod non tenetur per testamentum dicti Ricardi aliquid disponere in dicta ecclia de Horton/ Tamen pia dicti Ricardi fuit parochianis ibidem intendit disponere cum viderit parochianos ibidem paratos ad emendum aliquod vestimentum aut librum aut Calicem pro dicta ecclia

Item dictis die et loco comparuerunt Ricardus Halke et Thomas Cralys executores testamenti Petri Bocher et dicunt quod non tenentur ad exhibitionem presbiteri per unum annum per annum dicti Petri/ Dominus Commissarius Iniunxit Iconomis dicte ecclie ad comparendum die lune proxima post quindenam in albis et tunc ad probandum quod dicti executores tenentur ad huiusmodi Capellani exhibitionem/ Quo die veniente comparuerunt dicti Iconomi et quia nichil probauerunt Dominus Commissarius dimisit dictos executores

Ecclia de Byrcholt

Penultimo die mensis Februarij Anno domini predict comparuerunt Iconomi dicte ecclie quibus dictus Commissarius Iniunxit quod sufficienter reparabunt ecclesiam ibidem citra festum Assumptionis beate Marie Virginis proxime sub pena excom/

Ecclia de Elmested

Penultimo die mensis Februarij comparuerunt Iconomi de Elmystede quibus Iniunctum est ad reparandum muros Cimiterij ibidem citra festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excom

Item dictis die et loco comparuit Arnoldus Mapsted et negauit quod tenetur ad sustentationem terre concesse per voluntatem Johannis Warde/ Dominus Commissarius Iniunxit Iconomis dicte ecclie ad probandum die Veneris proxime post festum Sancti Gregorij pape proxime futurum/ Quo die veniente comparuerunt Iconomi predicti Et quia nichil probauerunt Dominus Commissarius dimisit prefatum Mathewm/

Ecclia de Denton

Penultimo die Februarij Iconomi dicte ecclie comparuerunt et dixerunt quod dominus

Rector ibidem ut audiverunt dicti Resignavit beneficium suum predictum / Et dicunt quod cura ibidem deservitur per fratrem predicatorum, ordinis Cantuarien /
Item dictus dominus Commissarius dimisit istam detectionem pro eo quod Rector resignavit huiusmodi beneficium /
Item Iconomi dicunt quod dictus Rector est vocatus coram Officiali et ideo dominus Commissarius dimisit eum /

Ecclia de Wotton

Penultimo die mensis februarij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi et alij parochiani dicte ecclesie et dicunt quod cura ibidem modo bene deservitur /

Ecclia de Stowting

Penultimo die februarij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod firmarius ibidem bene manutenet luminaria in eadem ecclesia iuxta antiquam consuetudinem /
Item dominus Commissarius Iniunxit eisdem Iconomis ad custodiendum Cimiterium ibidem mundum et quod reparabunt clausuram eiusdem sufficienter citra festum Pasche proximum sub pena excon /

Ecclia de Acres

Penultimo die februarij Anno domini predicto comparuit Robertus Gybbons et allegavit quod pater suus infirmatur facta fide etc / Dominus Commissarius Iniunxit eidem quod pater suus compareat cum Iconomis dicte ecclesie pro firma vacce xij annos a retro etc ad comparendum die lune proximo post dominicam in albis ad dicendum causam quare compelli non debeat ad solucionem / Quo die veniente comparuerunt Iconomi et dixerunt quod composuit cum eis /
Item eidem Iconomi dicunt quod Stephanus Marteshale solvit sibi x s debito dicte ecclesie

Ecclia de Elham.

Penultimo die mensis februarij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum Cimiterium ibidem citra festum Assumpcionis beate marie proximum sub pena excon /
Item dictis die et loco comparuit Thomas Ryder et negavit istum articulum Dominus Commissarius monuit eum quod non impediret aliquos parochianos ad offerendum sub pena publice penitentie /
Item dictis die et loco comparuit magister Johannes Webbe vicarius ibidem et negavit articulum istum contra eum obiectum / Dominus Commissarius Iniunxit eidem quod purget se quarta manu videlicet cum duobus sui ordinis et duobus laicis die lune proximo post festum Sancti Gregorij pape proximum / Quo die veniente comparuit prefatus magister Johannes Webbe et cum manu sibi assignata legitime se purgavit et dimissus est
Item dominus Commissarius Iniunxit eidem magistro Johanni Webbe quod debite deserviat cure sue et quod vitet consortium dicte Carline pretextu in loco publico sub pena iuris

Ecclia de Hithe

Penultimo die mensis februarij Anno domini predicto dominus Commissarius remisit Jacobum Lambe domino Archiepiscopo

Ecclia de Saltwood.

Item predicto penultimo die mensis februarij Anno domini predicto dominus Commissarius Iniunxit domino Alexandro Ashington firmario Rectorie de Saltwode ad reparandum Cancellum ibidem in tectura citra festum Assumpcionis beate marie proximum sub pena sequestracionis fructuum
Item dictis die et loco dominus Commissarius Iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad reparandum Cimiterium in clausura citra festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste proximum futurum sub pena excon
Item quia dicti Iconomi sunt in Iure cum subtrahentibus denarios Sancti petri dominus Commissarius dimisit eos

Decanatus de lymne

Ecclia de Brenset

Vicesimotertio die mensis Marcij Anno domini millesimo quingentesimo undecimo In ecclesia Cathedrali Cantuariensi coram domino Commissario comparuit magister Johannes Cadhewe magister Collegij de Wye proprietarius Rector de Brensett et dixit quod non tenetur ad reparandum stallos in choro ibidem /
Item dictis die et loco comparuit dominus Christoferus Jay vicarius ibidem cui dominus Commissarius Iniunxit quod diligenter deserviat sic cure predicte sub pena sequestracionis fructuum ibidem /
Item primo die mensis July Anno domini millesimo quingentesimo duodecimo in ecclesia de Lydde comparuit Rogerus Harlakynden cui dominus Commissarius Iniunxit quod solvet seu faciet solui vicario de Brensett pro decimis suis a retro existen in festo Sancti Michaelis Archangeli vltimo preterito quinque libras et xx s sub pena excon /

Ecclia de Ebeney

xxiiij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit vicarius de Appledore cui dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum Cancellum de Ebeney et fenestras eiusdem Cancelli citra festum Assumpcionis beate marie proximum sub pena sequestracionis fructuum /
Item dictis die et loco comparuit Margareta vxor Johannis Fowle cui dominus Commissarius obiecit articulum et ex certis causis continuavit causam vsque diem Jovis proximum post festum Sancti Johannis ante portam latinam et monuit eandem Margaretam ad comparendum eodem die in ecclesia parochiali Sancti Nicholai de Romeney / Quo die veniente comparuit prefata Margareta et negavit huiusmodi articulum

Et dominus Commissarius iniunxit eidem quod honeste se gerat inter suos vicinos non utendo verbis scandalosis aut iniuriosis sub pena excommunicationis/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Hoblat et fatetur quod debet Iconomis ecclesie predicte pro sepultura uxoris sue in ecclesia predicta vj s. viij d. et paratus est satisfacere/ Dominus Commissarius iniunxit eidem quod satisfaciat Iconomis predictis dictos vj s. viij d. citra festum pentecostes sub pena excommunicationis

Ecclesia sancti Martini de Romeney

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit magister Ricardus Peder vicarius sancti Nicholai de Romeney nomine proprietarij et dixit quod non tenentur ad reparacionem Cancelli ibidem/

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dicunt quod Curentius Fynche mortuus est et non reliquit post eum bona aliqua ad satisfaciendum debita predicte ecclesie/

Ecclesia sancti laurentij de Romeney

xviij° die Marcij Anno domini predicto comparuerunt proprietarij ibidem per magistrum Ricardum Peder vicarium sancti Nicholai ibidem et dixit quod dicti proprietarij non tenentur ad reparacionem Cancelli ibidem

Ecclesia de Hope.

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Dominus Thomas Penyston Capellanus et firmarius Rectorie de Hope/ Tunc Dominus Commissarius iniunxit quod moneat Rectorem ad sufficienter reparandum Rectoriam ibidem citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena sequestracionis fructuum/

Item iniunctum est eidem domino Thome quod reparari faciet fenestram supra summum altare in ecclesia ibidem citra festum predictum sub pena predicta/

Ecclesia de Newchurche

Vicarius de Newchurche licentiatus est per dominum Archiepiscopum/

Item iniunctum est firmario Rectorie ibidem quod sufficienter reparari faciat domos pertinentes ad Rectoriam predictam citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena sequestracionis fructuum/

Item iniunctum est eidem firmario ad emendandum clausuram Rectorie predicte citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena predicta/

Item iniunctum est firmario predicto quod reparet Cancellum ecclesie predicte ubi necesse est reparari citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena sequestracionis fructuum/

Ecclesia de Lydde

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Dominus Commissarius iniunxit quod provideant imaginem In cuius honore dicta ecclesia est dedicata videlicet pro Imagine Sancte Trinitatis citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis/

Item dictis die et loco comparuit magister Johannes Fyssher Capellanus parochialis ibidem et dixit quod omnes defectus reformantur

Item dictis die et loco Dominus Commissarius iniunxit dicto magistro Johanni Fyssher quod moneat tam barbitonsores quam ceteros ad observandum sabbata non aperiendo shopas suas sub pena iuris

Item predictis die et loco comparuit executor testamenti Thome Knyght et fatetur remanere in manibus suis de bonis dicti Thome v li. legato predicti Thome Knyght/ Dominus Commissarius iniunxit eidem executori ad satisfaciendum eandem summam citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicationis/

Item iniunctum est Thome Robyns de Lydde ad solvendum Iconomis dicte ecclesie de Lydde quinque solidos pro quinque annis aretro existentibus de redditu dicte ecclesie citra festum Pentecostes proximum sub pena excommunicationis Et quod deinceps singulis annis solvat predictis Iconomis ipsius ecclesie sub pena excommunicationis/

Item primo die mensis Julij Anno domini millesimo quingentesimo xijmo comparuit Rogerus Harlakynden de Woodchurche et dixit quod nihil debet ecclesie de Lydde/

Ecclesia de Ivychurche

xviij° die Martij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Dominus Commissarius iniunxit quod sufficienter reparari faciant ecclesiam ibidem citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicationis nisi Dominus Archiepiscopus ulterius ipsis concesserit licentiam pro huiusmodi reparacionibus/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Engham generosus Tunc Dominus Commissarius iniunxit ad componendum cum Iconomis de Ivychurche pro legato domini Johannis Goldstone citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicationis/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Rolfe executor testamenti et ultime voluntatis Thome Dodde et Dominus Commissarius iniunxit eidem quod solvat Iconomis dicte ecclesie omnia et singula legata eiusdem Thome facta predicte ecclesie citra festum Natalis domini proximum sub pena excommunicationis/

Item Rector predicte ecclesie licentiatus per dominum/

Item dictis die et loco iniunctum est Johanni Engham generoso firmario Rectorie predicte ad reparandum Rectoriam ibidem citra festum Natalis domini proximum sub pena sequestracionis/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Alee Junior et fatetur tale legatum fore in testamento patris sui Et Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad perimplendum huiusmodi legatum dimittere sub pena excommunicationis/

Item Iconomi predicte ecclesie dicunt quod cantarista ibidem residet continue ibidem et quod habebit terras pertinentes eidem Cantarie in manibus propriis citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum/

Ecclesia de Stone

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Thomas at Hope firmarius vicarie ibidem et dixit quod vicarius est licentiatus/

Item iniunctum est dicto Thome ad sufficienter reparandum vicariam ibidem citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem/

Item iniunctum est eidem Thome ad reparandum Cancellum ibidem in celando supra summum altare citra

citra festum Assumptionis beate marie prox sub pena predict
Item Dicte die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclie et dixerunt quod Alicia Sprye vidua obijt
Item Iconomi predict dixerunt quod Ricardus Cooper subtraxit scriptum et protocollum eiusdem Officiarij dni Regis
seisierunt omnia bona sua et sic putant illud desperatum

Ecclia de Bylsyngton

xxiijo die mensis Marcij Anno dni predict Iconomi de Bylsyngton comparuerunt quibus Dominus
Commissarius Iniunxit quod sufficienter reparabunt cancellum ibm citra festum Assumptionis prox sub pena excoîs

Ecclia de Sevyngton

xxiijo die mensis Marcij Anno dni predict comparuit Relicta Johannis Chamberlayne et fatetur quod est
Executrix testamenti eiusdem Johannis / Dominus Commissarius Iniunxit eidem executrici ad computandum cum
parochianis pro legatis Dicti Johannis citra festum Assumptionis beate marie virginis prox sub pena Iuris
Item Dicte die et loco comparuerunt Iconomi predict ecclie et dixerunt quod sunt in tractatu cum Executoribus
Edwardi Barrey
Item Dicti Iconomi dixerunt quod sunt in tractatu ut supra
Item dixerunt ut supra quod sunt in tractatu cum magistra Barrey
Item sunt in tractatu cum Executoribus Willmi Barrey
Item Iconomi predict dixerunt ut supra quod sunt in tractatu pro omnibus debitis et legatis pertinentibus Edwardo
Barrey et Willmo Barrey
Item Iniunctum est Relicte Johannis Chamberlayne ad componendum cum Iconomis dicte ecclie pro legatis mariti
sui et Johanni Crowhed sub pena Iuris

Ecclia de Kenarton

xxiijo die mensis Marcij Anno dni predict comparuerunt Iconomi dicte ecclie quibus Dominus Commissarius Iniunxit
ad reparandum clausuram Cimiterij, et ad mundandum eundem citra festum sancti Michaelis Archangeli prox sub pena excoîs
Item Iniunctum est dictis Iconomis quod reparabunt navem ecclie predict in sternendo le gutters eiusdem citra festum
Assumptionis beate marie prox sub pena excoîs
Item dicte die et loco comparuit Johannes Fromynglem et fatetur quod aliquando absentat se a dicta ecclia sed non sine
causa rationabili. Dominus Commissarius Iniunxit eidem quod frequentat suam ecclesiam parochialem saltem diebus dnicis et
festivis sub pena excoîs
Item predicto die et loco comparuit Willmus Harte de parochia predict et negavit huiusmodi compertum affirmando quod
non succidit arbores aut silvam ceduam in dnicis aut aliis diebus festivis ante missam seu post. Dominus Commissarius
Iniunxit eidem quod non faciet sed servet ecclesiam ibm in diebus festivalibus et dnicis sub pena excoîs

Ecclia de Snave

xxiijo die mensis Marcij Anno dni predict comparuit Dominus Thomas Tray Rector de Snave. Cui Dominus
Commissarius Iniunxit ad reparandum Cancellum ibm citra festum Assumptionis beate marie prox sub pena sequestrationis
fructuum suorum
Item Dominus Commissarius Iniunxit eidem Rectori quod reparet Rectoriam suam ibm citra festum sancti Michaelis Archangeli
prox sub pena sequestrationis fructuum eiusdem

Ecclia de Romeney

xxiijo die mensis Marcij Anno dni predict Iconomi predict ecclie comparuerunt et dixerunt quod Vincentius Fynche
moritur et nulla bona post eius decessum remanserunt ad solvendum debita sua

Ecclia de Smeth

xxiijo die mensis Marcij Anno dni predict Dominus Johannes Wetherlok Capellanus parochialis ibm comparuit Cui
Dominus Commissarius Iniunxit quod moneat Rectorem de Aldyngton ad sufficienter reparandum Cancellum de Smethe
citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste prox sub pena sequestrationis fructuum eiusdem
Item dicte die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclie quibus Dominus Commissarius Iniunxit quod non sinant animalia
immunda depascere in Cimiterio ibm sub pena excoîs. Et Iconomi predict dixerunt quod Capellanus paroch dimisit
Cimiterium ad firmam et firmarius eiusdem tenetur mundare / Dominus Commissarius Iniunxit Capellano parochiali ibm
quod moneat firmarium eiusdem Cimiterij ad custodiendum eundem Cimiterium mundum sub pena excoîs
Item dicte die et loco comparuit Thomas Knott et postea Thomas Ketham et dixerunt quod sunt a retro de salario
aquebaiuli sed quo ad aliquam summam ad reparationem ecclie solvendam sunt et fuerunt semper parati. Dominus
Commissarius Iniunxit prefatis Thome et Thome quod de cetero solvant ad reparationem predict ecclie et ad salarium
aquebaiuli sicut ceteri parochiani sub pena excoîs

Ecclia de Veteri Romeney

xxiijo die mensis Marcij Anno dni predict comparuerunt Iconomi dicte ecclie et dixerunt quod quidam Johannes Epps
tenetur ad solutionem xl li ex legato Johannis Frode. Dominus Commissarius decrevit dictum Johannem fore citandum erga
diem lune prox post dominicam in albis prox quo die apud Romeney comparuit prefatus Johannes / Cui Dominus Commissarius
Iniunxit ad componendum cum Iconomis dicte ecclie pro legato Johannis Frode citra festum Nativitatis sancti Johannis
Baptiste prox futurum sub pena excoîs
Item dicte die et loco comparuerunt Johannes Brokhill et Willmus Brokhill executores testamenti Willmi
Brokhill patris eorum et dixerunt quod parati sunt et fuerunt cum legato patris sui quandocumque Iconomi predict
ecclie inceperint huiusmodi fenestram
Item dicte die et loco comparuit Dominus Thomas Peryston Capellanus firmarius Rectoris de Veteri Romeney
Cui dominus Iniunxit quod reparet Cancellum ibm citra festum Assumptionis beate marie virginis prox sub pena
sequestrationis fructuum ibm
Item Iniunctum est dicto Dno Thome ad sufficienter reparandum Rectoriam predict citra festum sancti Michaelis Archangeli
prox sub pena sequestrationis fructuum eiusdem

Ecclia de Mydley

Dominus Willmus Fayrway Rector de Mydley residet in alio beneficio suo de Bromley London
Dioc

Ecclia de Demechurche

xxiiij° die marcij anno domini predicto comparuit dominus Johannes Brovone firmarius Rectorie ibidem et dicit quod Rector residet in alio beneficio suo / Dominus Commissarius iniunxit eidem quod debite deserviat aut deserviri faciat cure ibidem sub pena sequestrationis fructuum eiusdem /
Item iniunctum est prefato domino Johanni Brovone ad reparandum sufficienter Rectoriam ibidem citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena predicta /

Ecclia de Snergate

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie de Snergate et dixerunt quod Rectoria ibidem bene reparatur
Item iniunctum est predictis Iconomis quod sufficienter reparaverint navem ecclesie ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis /
Item prefati Iconomi dixerunt quod Edmundus Roper de Fairfeld composuit cum eis tam pro x omnibus quam pro interramento eorundem /

Ecclia de Herst

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto Iconomi dixerunt quod cure ibidem bene deservitur per Rectorem ibidem

Ecclia de Lymne

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie de Lymne quibus dominus Commissarius iniunxit ad reparandum sufficienter muros Cimiterij ibidem citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena excommunicationis
Item iniunctum est eisdem Iconomis quod provideant lucernam et duos Cusshens ad deserviendum in dicta ecclesia citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis
Item dominus Commissarius iniunxit predictis Iconomis ad providendum vestes lineas pro altaribus ibidem citra festum Penthecostes proximum sub pena excommunicationis

Ecclia de Wynlesborough

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto comparuit dominus Walterus Slugge vicarius ibidem et dicit quod non tenetur ad exhibitionem clerici parochialis sive aquebaiuli ibidem sed dicit quod paratus est respondere in Jure ea pro ista detentione /
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod dimiserunt sub talibus redditus et circa composuerunt cum parochianis dicte parochie /

Ecclia de Westhithe

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto comparuit dominus Johannes Poole vicarius de Westhithe et dixit quod Cancellum ibidem est sufficienter reparatum

Ecclia de Mersham

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto comparuit Rector de Mersham et dixit quod Cancellum eiusdem indiget reparatione
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus dominus Commissarius iniunxit ad reparandum muros Cimiterij predicte ecclesie citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis /
Item iniunctum est eisdem Iconomis quod non sinant porcos fodere sepultura mortuorum sub pena predicta

Ecclia de Orlaston

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto comparuit Stephanus Goldhill de Hoggeshill et dicit quod non habet in manibus suis aliquas pecunie summas aut Cuttelbord / Dominus Commissarius iniunxit eidem Stephano ad reddendum compotum suum de bonis dicte ecclesie de toto tempore quo stetit Iconomus predicte ecclesie de Orlaston xvj° die mensis Maij proximo futuro / Quo die comparuit dictus Stephanus et reddidit compotum et dimissus est

Ecclia de Warehorne

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto comparuit dominus Willelmus Marshall Rector de Warehorne Cui dominus Commissarius iniunxit ad personaliter residendum in beneficio suo ibidem sub pena sequestrationis fructuum ibidem Dicit etiam dominus Willelmus Rector quod non manutenent Canonicum celebrantem apud Apuldore nec stult in malis moribus
Item predictus dominus Willelmus Rector dicit quod non ambulat ante introitum chori tempore divinorum / Dominus Commissarius iniunxit eidem quod sit in choro cantando vel dicendo debitis diebus et festivis tempore divinorum non ambulando extra chorum sub pena excommunicationis /
Item dictis die et loco comparuit Edwardus Phelippe et dixit quod paratus est et fuit satisfacere dicte ecclesie denarios sancti Petri / Dominus Commissarius iniunxit eidem quod solvat Iconomis predicte ecclesie huiusmodi denarios citra festum Pasche proximum sub pena excommunicationis
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod Willelmus Colman et Sabina Jacobi Synkler convixerunt a divorcio

Ecclia de Apuldore

xxiiij° die mensis Marcij anno domini predicto Iconomi ecclesie parochialis de Apuldore comparuerunt et dixerunt quod Cancellus ibidem est in reparando et quasi consummato
Item dictis die et loco comparuit vidua Thome Noye de Apuldore Cui dominus obiecit adulterium et ipsa negavit / Et dominus Commissarius iniunxit eidem quod non trahat viros suspectos ad domum suam sed

[illegible] consideracione [illegible] sub pena excoîon

Itm dicto die et loco comparuit Willmus Cokyn et fatet q habet in manibus suis xls legat ad emendacionem vie vocate apud Apulders tamen dicit q non sufficit ad sufficienter emendand ipam viam / Dominus Commissarius Iniungit eidem q cum parochiani ibm incipiant emendare eandem viam q ipe solvat eisdem parochianis dictam summam xls sub pena excoîon/

Ecclia de Rokyng

xxiiij° die mens Marcij Anno Dni predict comparuerunt Iconomi dict ecclie quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad reparand sufficienter portam australem dict ecclie citra festum Assumpcionis beate Marie prox sub pena excoîon/

Ecclia de Henxell

xxiiij° die Marcij Anno Dni predict comparuerunt Iconomi dict ecclie et dixerunt q ecclia ibm sufficienter reparatur in omnibus defectibus/

Itm dicto die et loco comparuit Robertus Baker et dicit q non subtrahit aliquam silvam pertinentem Cantarie in Sandwico / nec fecit aut facit vastum eiusdem silve aliter q specificatur in Indentura et dicit q paratus est respondere ad premissa in Iure eod / Et sic dominus Commissarius remisit eum Iuri eod/

Ecclia de Woodchurch

Penultimo die mens Februarij Anno Dni predict comparuit Johannes White Armiger / Rogerus Harlakynden de parochia predict et dixit q dict Rogerus est in negocijs regijs fact fide sr / Dominus Commissarius continuavit eius comparicionem usq primum diem mens Julij prox / Quo die, veniens comparuit prefatus Rogerus et negat articulum huiusmodi / Et Dominus Commissarius ex certis causis dimisit eum

Itm dictus Rogerus negavit istum articulum / Dominus Commissarius monuit eum q honeste se gerat erga Rectorem et eius Capellanos parochiales sub pena Iuris/

Itm Idem Rogerus negavit q habuit aliquem presbiterum regularem celebrare in domo sua preterq in tempore infirmitatis sue prout bene potuit ut credit

Itm prefatus Rogerus negavit huiusmodi articulum affirmando q claves dict ecclie non erant per eum subtract nec potest sic probari

Itm predictus Rogerus negavit istum articulum Dominus Commissarius Iniunxit eidem q tempore divinorum sit in orando sedendo in sede sua et non confabulando cum aliquo in ecclia sub pena excoîon/

Itm dicto die et loco comparuit Rector ecclie predict / Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparand Cancellum ibm in omnibus reparacionibus necessarijs citra festum Assumpcionis beate Marie virginis prox sub pena sequestracionis fructuum suorum ibm/

Itm Iniunctum est Iconomis predict ecclie ad reparand navem ecclie ibm citra festum Nativitatis Sancti Johannis baptiste prox sub pena excoîon

Itm Iconomi predict dixerunt q Thomas Wytherdyn [illegible]/

Itm Iconomi predict dixerunt q legatum Willmi Harlakynden est in manibus Rogeri Harlakynden primo die mens Julij comparuit Rogerus Harlakynden et negavit q tenetur ad solucionem dict legat / Dominus Commissarius Iniunxit Iconomis ad proband die Jovis prox post festum Sancte Margarete prox apud Lydd / Quo die, veniens Iconomi nichil probaverunt / Et sic Dominus Commissarius dimisit dictum Rogerum/

Itm comparuit Willmus Chobery, vnus heredum Margarete Browne et dicit q ipe Johannes Chobery et Philippus Chobery fratres eius solverunt pro calice et lampade ecclie ... per manus Johannis Clerk xxs vjs viijd / Rogeri Harlakynden xxvjs viijd / Jacobi at Hope vjs viijd / [illegible] Benet xls iiijd / vicesimo primo die mens Aprilis Iconomi predict ecclie comparuerunt et certificaverunt q partes predict composuerunt cum eis

Itm Iconomi predict dicunt q Robertus Scot mortuus et cedunt istam detectionem desperatam/

Itm dict Iconomi dicunt q ut supra q ipa detectio est desperata propter mortem dict Roberti Scott

Ecclia de Shaddokesherst

xxiiij° die mens Marcij Anno Dni predict comparuit Dominus Willmus Crone, Rector ecclie predict Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad reparand Cancellum ibm citra festum Sancti Michis Archi prox sub pena sequestracionis fructuum eiusdem/

Itm Iconomi predict ecclie comparuerunt et dixerunt q modo habent Capellanum parochialem satis abilem et idoneum/

Itm Iconomi dixerunt q Johannes Parker affugit patriam

Ecclia de Kyngessnoth

Abbas de Bello habens pensionem vlt de Rectore predict ecclie de Kyngessnothe non est vocandus coram Domino Commissario Et ideo Dominus Commissarius remisit ipam materiam Dno Archiepo/

Itm xxiij° die mens Marcij Anno Dni predict Dominus Commissarius Iniunxit Rectori dict ecclie ad ostendend causam qualitate huiusmodi beneficij sui coram Dno Archiepo/

Itm dicto die et loco comparuerunt Iconomi dict ecclie quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad providend aquebaiulum et sacristam citra festum Penthecostes prox sub pena excoîon/

Itm Iconomi predict ecclie dicunt q [illegible] denar collect ad usum ecclie sunt ad manus suas deliberat

Itm Iniunctum est Iconomis predict ad emendand graduale cum coopertorio citra festum Pasche prox sub pena excoîon/

Itm Iniunctum est Iconomis eisdem ad reparand fenestram Cancelli beate Marie in vitro citra festum Nativitatis Sancti Johannis baptiste prox sub pena excoîon

Itm Iniunctum est ipis Iconomis ad reparand le gutter inter predictum Cancellum et Chorum citra festum Assumpcionis beate Marie prox sub pena excoîon

Ecclia de Bonyngton

xxiiij° die mens Marcij Anno Dni predict comparuit Rector ibm Cui Dominus Commissarius Iniunxit q debite deserviet aut deserviri faciet cure ibm per seipsum vel Capellanum idoneum sub pena sequestracionis fructum eiusdem/

Item Iniunctum est eidem Rectori ad reparandum Cancellum suum predictum citra festum Assumpcionis beate marie virginis proxime sub pena predicta/

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad reparandum fenestras in navi ecclesie ibidem citra festum sancti Michaelis Archangeli proxime sub pena excommunicacionis/

Item dictis die et loco comparuit Ricardus knyght et negat quod subtrahit x marcas a dicta ecclesia aut aliqua parcella inde / dicit tamen quod si posset probari quod debuit satisfaceret / Dominus Commissarius Iconomis predicte ecclesie ad probandum subtractionem huiusmodi legati diem Martis proxime post Dominicam in albis sub pena iuris/ Quo die adveniente comparuit prefatus Ricardus Et huiusmodi Iconomi predicti non produxerunt testes / Dominus Commissarius dimisit dictum Ricardum/

Ecclia de Boroughmershe

xxiiij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Dominus Alexander Lyffyngton firmarius domini Roberti Motton Rectoris ibidem Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum ~~clausuram Cimiterij~~ Cancellum ibidem citra festum sancti Michaelis Archangeli proxime sub pena sequestracionis

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter Reparandum clausuram Cimiterij ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis bapt. proxime sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Robertus Hooke et dixit quod non tenetur ad maiorem summam quam xx d annualim pro sustentacione lampade in dicta ecclesia quia sic dimisit easdem ad firmam racione magni oneris ex reparacione murorum marisci [illegible] de qualibet acra marisci ibidem/

Item Iniunctum est Iconomis dicte ecclesie ad providendum Calicem alium pro eadem ecclesia citra festum Natalis domini proxime sub pena excommunicacionis

Item Iniunctum est Domino Alexandro predicto nomine Rectoris ibidem quod debite reparari faciat Rectoriam ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excommunicacionis

Ecclia de Sellyng

xxiiij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod omnia ibidem bene se habent

Item Dominus Commissarius Iniunxit prefatis Iconomis ad reparandum clausuram Cimiterij ibidem citra festum Assumpcionis beate marie proxime sub pena excommunicacionis

Ecclia de aldyngton

xxiiij° die mensis Marcij Anno domini prescripto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie de Aldyngton quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad reparandum Clausuram Cimiterij dicte ecclesie citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excommunicacionis

Decanatus de Charryng

Ecclia de Charyng

Decimo die mensis Marcij Anno domini millesimo quingentesimo xj° In ecclesia Cathedrali Christi Cantuariensis Coram domino Commissario comparuit Hugo atte Hatche iuxta citacionem sibi factam et dixit quod est executor testamenti magistri Johannis Newcome et exhibuit testamentum eius Cui Dominus Commissarius Iniunxit quod exhibeat Capellanum divina celebrantem in ecclesia predicta per spacium quinque annorum et quod incipiat huiusmodi servicium in festo pasche proxime sub pena excommunicacionis et quod componat cum Iconomis predicte ecclesie citra eundem festum pro Calice et vestimento sub pena predicta/

Item dictis die et loco comparuit vicarius de Charryng et dixit quod Capella de Pette reparatur

Item predictus Hugo atte Hatche dicit quod habet in manibus suis de bonis dicte ecclesie v marcas ex legato patris sui Iniunctum est dicto Hugoni ad solvendum Iconomis dicte ecclesie ipsam summam quandocumque opus ad quod legatur inceptum fuerit sub pena excommunicacionis

Item predictus Hugo atte Hatche dixit quod composuit cum Iconomis dicte ecclesie de Charryng pro residuo bonorum Thome West et Iconomi predicte ecclesie id affirmarunt

Item Iconomi dixerunt quod materia concernens Cantariam de Newland contra priorem de Ledes pendet coram domino Archiepiscopo

Item dictis die et loco comparuit vidua Johannis Brykley de Ospryng et dixit quod illud gradale erat in custodia sua pro plegio xl s viij d et quod maritus suus modo defunctus vendidit huiusmodi librum pro iiij°r marcis / Dominus Commissarius Iniunxit eidem quod solvat Iconomis dicte ecclesie xl s videlicet xx s in festo Nativitatis sancti Johannis Baptiste et xx s in festo Natalis domini proxime sub pena excommunicacionis

Item dictis die et loco comparuit Supprior monasterij ecclesie Christi Cantuariensis nomine prioris domus sancti Jacobi prope Cantuariam et dixit quod non tenentur ad talem consuetudinem Et dominus Commissarius ex certis causis remisit eum domino Archiepiscopo

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Brent executor testamenti Johannis Brent et dicit quod non tenetur ad construccionem totius fenestre Dominus Commissarius Iniunxit eidem Willelmo ad construendum dictam fenestram vel ad comparendum coram domino Archiepiscopo ad dicendum causam quare non citra festum Natalis domini proxime sub pena iuris/

Item dictis die et loco comparuit Henricus atte Mede Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad solvendum Iconomis ecclesie predicte annuatim vj s pro redditu assignato ad opus eiusdem ecclesie / Et quod satisfaciat pro quinque annis aretro existentibus citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proxime sub pena Sequestracionis

Item Dominus Geraldus Sheppard procurator Rectoris de Charryng dicit quod Rector quod tenetur ad solvendum dict' iiij d. Et insuper dicit quod Rector paratus est respondere huiusmodi comperto in Iure coram Domino Commissario. Commissarius remisit dictum Iconomum astantem ad ius commune/

Item dictis die et loco comparuit Dominus Willelmus Robynson Cantarista de Pluckley Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad residendum in Cantaria sua predicta sub pena sequestrationis. Dictus Dominus Willelmus negavit quod tenetur ad lecturam Evangelii in ecclesia de Charyng. Dicit tamen quod si probatum fuerit observabit/

Ecclia de Egerton

Decimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod inquisierunt pro testamento Thome Pemyll et nesciunt invenire ubi sit nec quis est executor eius testamenti.

Item dictis die et loco comparuit Rogerus Brent et fatetur quod habet in manibus suis ex legato Johannis Eyllsele pro ecclesia predicta vjs viijd. Dominus Commissarius Iniunxit eidem Rogero ad deliberandum Iconomis dicte ecclesie ipsam summam citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis/

Item predictis die et loco comparuit Dominus Ricardus Sheppard vicarius de Charyng nunc Rector ibidem et assumpsit in se nomine eiusdem Rectoris ad reparandum stalles in choro ibidem citra festum assumptionis beate Marie Virginis proximum sub pena sequestrationis fructuum eiusdem/

Ecclia de Betrisden

Decimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie de Betrisden et dixerunt quod tam vicaria ibidem quam capella beate Marie infra eandem parochiam modo debite reparantur.

Item predictis die et loco comparuit Vincentius Mundy executor testamenti et ultime voluntatis Johannis Bysshop et fatetur quod dictus Johannes Bysshop legavit dicte ecclesie xs quos tunc ibidem deliberavit Iconomis ecclesie predicte.

Item dictis die et loco comparuit Reverendus pater Thomas prior Domus Sancti Gregorii et dicit quod non tenetur ad exhibitionem vestimenti [illegible] in dicta ecclesia. Dicit tamen quod si possit probari quod tenetur exhibebit/ Dominus Commissarius assignavit Iconomis dicte ecclesie ad probandum. Postea Iconomi predicti dixerunt quod sunt in tractatu cum Priore predicto.

Ecclia de Frythenden

Rector de Frythenden residet in alio beneficio suo.

Item Iniunctum est Iconomis predicte ecclesie ad reparandum sufficienter clausuram Cimiterii ibidem citra festum Assumptionis beate Marie Virginis proximum sub pena excommunicationis.

Ecclia de Hawkeherst

Decimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod [illegible] Clarke fuit cum eis ad componendum pro legato Willelmi Freche videlicet xli. Et sic sunt concordes pro eadem summa.

Item dicti Iconomi dixerunt quod Rector predicte ecclesie nonnullas reparationes incepit et conduxit operarios ad finiendum omnia opera sua ibidem et credunt quod intendit facere ibidem residentiam personalem continue.

Item predictis die et loco comparuit Thomas Donok executor testamenti et ultime voluntatis Thome a Freche et dixit quod legatum Thome a Freche factum dicte ecclesie erat iiij li de quibus solvit xls. Dicit etiam quod terre predicti Thome erant vendite ad implendum eius testamentum et voluntatem et quod pecunia huiusmodi venditionis nondum venit ad manus suas. Tamen dicit quod vult satisfacere Iconomis dicte ecclesie predictam summam xls in festis pasche et Sancti Michaelis Archangeli proximis per equales portiones. Ad quod faciendum Dominus Commissarius Iniunxit eidem Thome Donok sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Georgius Couchehurst et dixit quod toto tempore quo mansit in Rectoria de Hawkehurst nichil solvit sacriste ibidem quia non tenetur. Dicit tamen quod debet pro duobus annis et dimidio antequam erat firmarius Rectorie predicte pro quolibet anno vjd. Summa xvd. Dominus Commissarius Iniunxit eidem Georgio quod satisfaciat Iconomis ecclesie predicte ipsam summam citra festum pasche proximum sub pena excommunicationis.

Robertus Badcok comparuit et dixit quod debet Iconomis dicte ecclesie pro salario sacriste ibidem ijs. Dominus Commissarius Iniunxit eidem Roberto ad satisfaciendum dictos ijs citra festum pasche proximum sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod sacrista predicte ecclesie debite deservivit officio suo a tempore visitationis domini Archiepiscopi et credunt de continuo sic faciendo.

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Marter. Cui Dominus Commissarius obiecit omnes articulos contra eundem Willelmum compertos quos publice negavit. Et petiit quod possit se purgare super eisdem coram domino Archiepiscopo. Cuius petitionem Dominus Commissarius concessit.

Item Iconomi predicte ecclesie de Hawkehurst dixerunt quod Willelmus Bray recessit a dicta parochia et transtulit se in aliam diocesim.

Item Iconomi prenominati dixerunt quod Johannes Marter senior nuper Iconomus dicte ecclesie de Hawkehurst reddidit computum suum de omnibus annis quibus stetit Iconomus dicte ecclesie.

Item dictis die et loco comparuit prefatus Robertus Badcok Cui Dominus Commissarius obiecit articulum et ipse negavit eundem. Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad comparendum die Mercurii proximo post Dominicam in albis proximo cum duobus ex vicinis suis in dicta parochia ad purgandum se legitime super dicto articulo. Quo die Veneris comparuit prefatus Robertus et cum Georgio Couchehurst et Thoma Pynde legitime se purgavit et dimissus est.

Item Iconomi dicte ecclesie dixerunt quod Agnes Kelyn se transtulit ad aliam diocesim ut audiverunt dici quia recessit a dicta parochia de Hawkehurst.

Item dictis die et loco comparuit Georgius Couchehurst et negavit articulum sibi obiectum. Dominus Commissarius Iniunxit eidem Georgio ad purgandum se quinta manu die Mercurii proximo post Dominicam in albis proximo futuro. Idem Georgius requisivit quod possit se purgare coram domino Archiepiscopo. Et Dominus Commissarius ad huiusmodi requisitionem remisit eius purgationem domino Archiepiscopo.

Ecclia de Smarden.

Decimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie de Smarden quibus

Dominus Commissarius iniunxit ad reparandum navem ecclesie et si Rector ipsius ecclesie tenetur ad aliquam partem dicti defectus reparare quod moneant eum cum inceperint reparare ipsum defectum / Et quod finiatur ante festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis /

Item dicto die et loco iniunctum est predictis Iconomis ad providendum duo processionalia pro ecclesia predicta citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis /

Item predicti Iconomi dicunt quod Cimiterium custoditur mundum ac sine animalibus in eodem depascentibus /

Item Dominus Commissarius iniunxit prefatis Iconomis ad reparandum clausuram Cimiterij ibidem citra festum Assumptionis beate Marie Virginis proximum sub pena excommunicacionis /

Item dicto die et loco comparuit Thomas Poynett et fatetur quod aliquando se absentat a dicta ecclesia tempore divinorum / Dominus Commissarius monuit eum quod frequentet ecclesiam predictam diebus dominicis et festivis dum fuerit parochianus ibidem cessante causa rationabili sub pena excommunicacionis /

Ecclesia de Sandherst

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Dominus Willelmus Halsey Capellanus procurator magistri Willelmi Knyght Rectoris de Sandherst / Cui Dominus Commissarius iniunxit quod omnino sufficienter reparabit Cancellum ac Rectoriam ecclesie predicte citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena sequestrationis fructuum ibidem nisi longiorem terminum optinuerit a domino Archiepiscopo

Item dicto die et loco comparuerunt Iconomi ecclesie predicte quibus Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum Cimiterium ibidem et ad mundandum eundem citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis /

Ecclesia de Bydenden

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie de Bydenden ac etiam executores testamenti Margarete Goldwell et dicti executores fatentur ex legato eiusdem Margarete ad emendationem viarum noxiarum in dicta parochia vj s viij d quos consequenter solvunt Iconomis predicte ecclesie /

Item dictus executor fatetur ad novam sectam vestimentorum emendam pro predicta ecclesia xx s quos ad solvendum Dominus Commissarius iniunxit citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis /

Item Iconomi predicte ecclesie dicunt quod executor testamenti Willelmi Harpes tantam patitur inopiam quod non habet unde redderet / Et ideo credunt ipsum legatum desperatum

Item dicto die et loco comparuerunt Willelmus Watte et Stephanus Sylvott feoffati Willelmi Patynden et in presentia Iconomorum dicte ecclesie dixerunt quod sunt parati ad deliberandum statum in dictis terris emptoribus earundem terrarum / Et Iconomi predicti in exoneratione eorundem feoffatorum se ipsos per suum scriptum obligatorium obligaverunt eisdem feoffatoribus coram domino Archiepiscopo in Cancellaria / Dominus Commissarius ex certis causis commisit eos iuri communi /

Item Iconomi predicte ecclesie dixerunt quod Thomas Wylcok ab hac luce migravit /

Ecclesia de Plukley

Rector de Plukley licentiatur

Item predicto Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto Iconomi predicte ecclesie comparuerunt et affirmaverunt quod executores Ricardi Hyndy composuit cum eis et satisfecit /

Item dicto die et loco comparuerunt executores Stephani Pyssld et fatentur huiusmodi legatum Et Dominus Commissarius iniunxit eisdem executoribus ad huiusmodi lampadem continue exhibendum ac ad servandum annuatim obitum pro anima prefati Stephani die qua idem Stephanus ab hac luce migravit sub pena excommunicacionis /

Ecclesia de Hedcroun

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Magister Willelmus Ketilleston vicarius ibidem et dixit quod Cancellus dicte ecclesie sufficienter reparatur /

Item dicto die et loco comparuit Willelmus Engle de Hedcroun et dixit quod non indictavit Thomam Newenden et Johannem a Berege ratione clausure Cimiterij ibidem prout scribitur in compertis et super hoc prestitit iuramentum etc / Et Dominus Commissarius iniunxit eidem Willelmo quod pareat Iudicationibus domini officialis ad comparendum die martis proximo post festum Corporis Christi proximum ad dicendum causam quare non /

Item predicto die et loco comparuit Dominus Thomas Haynes Cantarista ibidem et magister Willelmus Ketilleston vicarius predicte ecclesie / Cui Dominus Commissarius concessit commissionem pro sequestratione fructuum eiusdem Cantarie et assignavit eidem Magistro Willelmo ad solvendum annuatim prefato Domino Thome pro salario suo viij lib et non amplius / Residuum vero provenientium ipsius Cantarie ad disponendum secundum fundationem eiusdem Cantarie / Ac ad reddendum annuatim compotum tam de receptis quam expositis per eum /

Ecclesia de Westwell

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie Et monuit eos ad prosequendum istam detectionem contra Abbatissam de Malling coram Domino Archiepiscopo [illegible] /

Item dicto die et loco comparuit Ricardus Bulker Cui Dominus Commissarius iniunxit quod frequentet suam ecclesiam parochialem diebus dominicis et festivis sub pena excommunicacionis /

Ecclesia de Kenyngton

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Ricardus Brand et publice articulis eidem Ricardo lectis ipsos articulos omnes et singulos negavit / Cui Dominus Commissarius assignavit ad se purgandum cum sexta manu honestis conditionis sue die martis proximo post festum Corporis Christi proximum / Et dictus Ricardus dixit quod ipse conductus est ad transeundum cum magistro Edwardo Ponyngs ad partes transmarinas in bello. Dominus Commissarius monuit eum in regressu suo ad comparendum coram domino Archiepiscopo ad audiendum suam voluntatem.

Item dictis die et loco comparuerunt Robertus May, Johannes Prude, Thomas Ambrose, Thomas Fuller et Elisabeth May et quilibet eorum negavit articulos sibi objectos. Dominus Commissarius iniunxit eis et cuilibet eorum ad purgandum se quinta manu die Martis proximo post festum Corporis Christi. Quo die veniente comparuerunt et quilibet eorum cum sibi assignato numero legitime se purgavit et dimissi.

Item dictis die et loco comparuit Johannes Nettar et fatetur huiusmodi debitum. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad solvendum ipsam summam citra festum Assumptionis beate Marie proximum sub pena iuris.

Item dictis die et loco comparuit Johannes May, cui Dominus Commissarius iniunxit ad debite observandum obitum in dicta ecclesia pro quo habet in manibus suis terras vacuas secundum voluntatem testatoris.

Item Iconomi predicte ecclesie dicunt quod Thomas Monsey recessit.

Item Robertus Colte dicit quod ante Officialis occupat bona sui fratris et pro eisdem computavit coram eodem Officiali.

Item Thomas Ambrose dicit quod recepit eucharistiam in festo Pasche ultimo in ecclesia de Asshford et quod petiit licentiam a vicario et noluit eum licenciare.

Ecclesia de Tenterden

Decimo die mensis Marcii anno domini predicto comparuit Alanus Blackenden et dixit quod nunquam erat iuratus super duorum testamentorum veritate condito per unum hominem. De notoria et sic per proprium iuramentum Dominus Commissarius dimisit eum.

Item dictis die et loco comparuit Jacobus Godard et negat quod subtraxit a dicta ecclesia summam xls. Dominus Commissarius iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad probandum subtractionem die Martis proximo post festum Corporis Christi proximum. Quo die veniente comparuerunt Iconomi predicti et dixerunt quod nesciunt adhuc invenire testamentum Thomasine Pirie. Dixerunt etiam quod non habent aliam probationem quam testamentum ipsius Thomasine quod ut credunt est in manibus cuiusdam Johannis Netter. Dominus Commissarius decrevit predictum Johannem vocandum fore erga diem Martis proximum post festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum. Quo die veniente comparuit Johannes Netter, cui Dominus Commissarius iniunxit ad comparendum die Martis proximo post festum sancti Jacobi apostoli proximum ad exhibendum testamentum Thomasine Pirie et eodem die ad assumendum onus eius vel ad refutandum. Quo die veniente comparuit et exhibuit testamentum prefate Thomasine et assumpsit in se onus executionis eiusdem. Et Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad solvendum Iconomis predicte ecclesie legata citra festum Natalis Domini proximum nisi Iconomi et parochiani dicte ecclesie longiorem sibi concesserint diem sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Eydnast et dixit quod Iconomi et ipse sunt in tractatu pro solucione dicte summe. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad satisfaciendum dictis Iconomis liijs iiijd citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum futurum vel aliter ad componendum cum eisdem sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco Dominus Commissarius iniunxit prefato Johanni Nettar ad exhibendum Capellanum ad celebrandum in ecclesia predicta pro anima Thomasine Pirie per dimidium annum et quod incipiat huiusmodi servicium in festo Annunciationis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicationis.

Item iniunctum est eidem Johanni ad solvendum Iconomis predicte ecclesie omnia alia legata dicte Thomasine et presertim xxvjs viijd citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Edwardus Holden et dixit quod non tenetur ad solucionem dicti legati. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad solvendum Iconomis dicte ecclesie predictum legatum citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximum sub pena excommunicationis pro eo et ex eo quod Officialis domini Archiepiscopi Cantuariensis tulit sentenciam diffinitivam contra eum pro subtractione dicti legati ad instantiam Iconomorum predictorum. Die Martis proximo post festum sancti Jacobi apostoli comparuit prefatus Edwardus et tradidit Domino Commissario literas domini Archiepiscopi quod ulterius non procedet contra eum.

Item dictis die et loco comparuit Bartholomeus Ffowle et dixit quod debet ecclesie predicte vjs ex legato Johannis Blackenden et paratus est eandem summam solvere. Dominus Commissarius iniunxit eidem Bartholomeo ad solvendum Iconomis ibidem ipsam summam cum requisitus fuerit sub pena excommunicationis.

Item Iconomi ecclesie parochialis de Tenterden predicte comparuerunt et dixerunt quod executores Johannis Williams composuerunt cum eis.

Item dictis die et loco comparuerunt Jacobus Godard et Willelmus Hampton executores testamenti Johannis Pankhurst, quibus Dominus Commissarius iniunxit ad exhibendum Capellanum celebraturum pro anima predicti Johannis in predicta ecclesia per unum quarterium anni et quod incipiat huiusmodi servicium in festo Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Johannes Hoke, cui Dominus Commissarius iniunxit ad providendum pro Capellano idoneo citra festum Natalis Domini proximum ad celebrandum per dimidium anni in ecclesia predicta pro anima Willelmi Tobyll sub pena excommunicationis.

Item Dominus Commissarius remisit Aliciam Reynold domino Archiepiscopo.

Item remisit domino Archiepiscopo Katerinam Carder.

Item Dominus Commissarius remisit domino Archiepiscopo detentionem concernentem sepulturam Agnetis Rolfe.

Item dictis die et loco comparuit Johannes Ffrank et negavit articulum ut ponitur. Dicit tamen quod aliquando ambulat in cimiterio tempore divinorum et aliquando inter matutinas et altam missam sed non ex consuetudine. Dominus Commissarius iniunxit ipsi Johanni quod sit in ecclesia tempore divinorum sedendo vel ambulando sub pena excommunicationis.

Item iniunctum est Johanni Cowle comparenti quod frequentet ecclesiam suam parochialem diebus dominicis et festivis cessante causa rationabili sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Holnest et dixit quod vicarius de Tenterden noluit sibi ministrare sacramentum eucaristie ad duos annos elapsos, et ideo accessit ad Rye et ibi recepit. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad comparendum die martis proximo post dominicam in albis proximo ad exhibendum testimoniale super receptione eucharistie. Quo die veniens comparuit et exhibuit literas testimoniales et sic dimissus est.

Item dictis die et loco comparuit Jacobus Godard et exhibuit literam testimonialem super receptione eucharistie in festo pasche ultimo apud Rye et dicit quod licenciatus est erat per vicarium de Tenterden et sic Dominus Commissarius dimisit eum.

Item dictis die et loco comparuit Alicia Sharpe et dixit quod recepit eucharistiam in festo pasche ultimo preterito in ecclesia de Halden et in festo pasche ante ad annum apud Rye. Dixit quod licenciatus erat utroque anno per vicarium. Interrogata quare non adheret marito suo dixit quod adherere parata est si maritus suus vult eam recipere. Dominus Commissarius monuit eam quod adhereat marito suo de cetero sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod Willelmus Seton recessit a dicta parochia et se transtulit nesciunt quo, nullus vicinorum ibi ut dicitur noticiam habuerunt de recessu suo.

Item dictis die et loco comparuerunt Brigida Semer et Katarina Mannyng et utraque earum negavit huiusmodi articulum, et dixerunt quod ex malicia ipsa detectio esset comperta. Dominus Commissarius monuit eas et earum utramque singillatim quod honeste vivant et evitent consortia hominum suspectorum de cetero sub pena excommunicationis.

Ecclia de Roluenden

Decimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuit Johannes Barly de Roluenden et negavit quod habuit huiusmodi verba. Dominus Commissarius assignavit sibi ad comparendum die mercurii proximo post dominicam in passione domini proximo ad purgandum se iiij^ta manu. Quo die veniente dictus Johannes non comparuit personaliter sed per nuncium. Et Dominus Commissarius ex certis causis eum moventibus in ea parte continuavit eius purgationem usque diem martis proximo post dominicam in albis. Quo die veniente idem Johannes personaliter comparens cum numero sibi assignato legitime se purgavit et dimissus est.

Ecclia de Bocton malerbe

Decimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuit Willelmus Cheseman et dicit quod tenetur ad solucionem xxxij s viij d pro terris perquisitis de Johanne Stonnott et petit terminum sibi assignari pro solucione facienda. Dominus Commissarius iniunxit eidem Willelmo quod solvat in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo xvj s iiij d et in festo Sancti Michaelis archangeli proximo xvj s iiij d sub pena excommunicationis.

Item predictis die et loco comparuit Thomas Hunsley et dixit quod non habet huiusmodi terras de quibus ecclesia predicta habebit per annum xij d ob. Tamen dixit quod tam ipse post mortem patris sui quam pater eius in vita sua habuerunt huiusmodi terras et pro eisdem temporibus suis successive satisfecerunt dicte ecclesie annuatim xij d ob. Et dicit quod quidam Willelmus Godwyn Cicestrensis diocesis emit easdem terras et qua dictus Willelmus commoratur Cicestrensis diocesis. Dominus Commissarius remisit ipsam materiam domino Archiepiscopo.

Item dictis die et loco comparuit Nicholaus Pemyll cui Dominus Commissarius iniunxit quod non procedat matrimonium solemnizari inter ipsum et Isabellam Dunbury donec obtinuerit sufficientem dispensationem sub pena iuris.

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Holway et exhibuit literam testimonialem de morte mariti uxoris sue et dominus Commissarius dimisit eum.

Ecclia de Esshetisford

Decimo die mensis Marcii Anno domini predicto magister Edwardus Yongthun vicarius de Assheford comparuit per dominum Ricardum Wodde suum procuratorem cum exhibenti procuratorium. Dominus Commissarius iniunxit quod debite reparari faciet vicariam ibidem in omnibus reparationibus necessariis citra festum Assumptionis beate marie virginis proximo vel ad obtinendum terminum longiorem a domino Archiepiscopo sub pena sequestrationis fructuum eiusdem vicarie.

Item dictis die et loco comparuit Erasmus Mar de parochia de Mersshe et dicit quod dicte terre erant ex legato prefate ecclesie de Assheford sub condicione perimplenda annuatim ut liquet in testamento continente, que quidem condicio non erat perimpleta et sic ipse intravit huiusmodi terras iure hereditario ut bene potuit et paratus est defendere ipsam terram in iure communi. Dominus Commissarius remisit eum ad ius commune.

Item dictis die et loco comparuit Ricardus Ely et negat quod habet in domo sua aliquam mulierem suspectam, habuit nuper quandam famulam que iam est maritata et moratur cum marito suo. Dominus Commissarius iniunxit eidem quod evitet consortium eiusdem pretextu in loco publico sub pena excommunicationis.

Ecclia de Crambrooke

Decimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuit Willelmus Lynche et fatetur quod habet in manibus suis de bonis dicte ecclesie x marcas. Dominus Commissarius iniunxit eidem Willelmo quod solvat Iconomis dicte ecclesie dictam summam citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo si opus ad quod legatum fuerit tunc inceptum erit sub pena excom.

Item dictis die et loco comparuit Jacobus Portrede et dicit quod non erat executor testamenti Ricardi Bolton nichilominus debuit aut debet ecclesie de Crambroke pro debitis dicti Ricardi. Dicit tamen quod si possit probari quod debet dicto Ricardo aliquas pecunias solvet. Dominus Commissarius remisit istam materiam domino Archiepiscopo.

Item dictis die et loco comparuit Walterus Robert pro Willelmo Fynche quiquidem Willelmus allegavit quod dictus Walterus infirmatur et nomine suo petit copiam articulorum compertorum et assumpsit in se ad exhibendum responsum predicti Walteri die mercurii proximo post dominicam in passione domini proximo. Quo die veniente comparuit prefatus Willelmus Fynche et exhibuit responsum predicti Walteri Robert in scriptis. Et consequenter Dominus Commissarius ex certis causis remisit omnes materias contra prelibatum Walterum Robert examinationi domini Archiepiscopi.

Item Iconomi dicte ecclesie dixerunt quod tam uxor Johannis Stamford quam uxor [illegible] Roper receperunt

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Cuth executor testamenti Ricardi Cobbe et dixit quod bona dicti Ricardi non devenerunt ad manus suas. Quo die Willelmus Morleyn executor testamenti Johannis Cobbe dixit quod uxor ipsius Ricardi immediate post mortem eiusdem Ricardi habuit omnia bona in domo sua existentia. Dominus commissarius monuit apparitorem eiusdem decanatus ad citandum prefatum Willelmum Morleyn ad comparendum die martis proximo post dominicam in albis proximo futuro. Quo die veniente comparuit Willelmus Morleyn iuxta citacionem sibi factam et dixit quod plene administravit omnia bona que devenerunt ad suas manus que fuerunt prefati Johannis Cobbe. Dominus commissarius iniunxit eidem ad comparendum die martis proximo post festum Inventionis Sancte Crucis proximo ad reddendum compotum super sua administratione in huiusmodi bonis. Quo die veniente non comparuit. Et dominus commissarius decrevit eum ab ingressu ecclesie fore suspendendum. xxjo die mensis Maij comparuit et petiit beneficium absolutionis et exhibuit compotum et quia non reddidit compotum perfectum dominus commissarius iniunxit eidem ad componendum cum Iconomis predicte ecclesie pro legato prelibati Ricardi citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximo sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Thomas Taylour et negat quod est executor Lore Hamokke, aut quod debet prefate Lore aliquam pecunie summam. Dixit quod pater suus est executor cum quodam Stephano Atkyn et dixit quod pater suus est ita senio confectus quod non potest comparere. Sed obtulit se iurare in animam patris sui. Et dominus commissarius recepit iuramentum sibi qui quidem Thomas iuravit quod nulla bona dicte Lore pervenerunt ad manus suas nec aliqua bona remanent in manibus patris sui. Et sic dominus commissarius dimisit eum.

Item Iconomi predicte ecclesie dixerunt quod Margeria Popleys moritur.

Ecclia de Halden

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Henricus Grotte de Halden et fatetur quod perquisivit terras Johannis Brown et pro solucione obligatur executoribus eiusdem Johannis. Dominus commissarius iniunxit eidem Henrico ad faciendum plenam solucionem in presentia Iconomorum dicte ecclesie et ad deliberandum eisdem Iconomis [illegible] sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Thomas Ffowle et negat quod detinet unum denarium annuatim pro redditu de Southbury. Dixit quod si Iconomi et parochiani ibidem probaverint satisfaciet. Dominus commissarius iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad probandum die martis proximo post festum Corporis Christi proximo. Quo die veniente non comparuerunt cum probationibus et sic etc.

Item dictis die et loco comparuerunt Stephanus Brygge et Ricardus Peryd quibus dominus commissarius iniunxit ad solvendum annuatim pro terris vocatis Brenttisland Iconomis predicte ecclesie xijd sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod Ricardus a Thorpe composuit cum eis.

Ecclia de Estwell

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Anna Brent vidua et fatetur quod habet vaccam in manibus suis pro predicta ecclesia et parata est eandem deliberare Iconomis predictis. Unde dominus commissarius monuit Iconomos predicte ecclesie quod accedant ad domum ipsius Anne pro eadem vacca et ad comparendum die martis proximo post dominicam in albis ad certificandum de receptione. Quo die veniente comparuerunt et dixerunt quod receperunt vaccam.

Item Iconomi predicti dixerunt quod Johannes Portall composuit cum eis pro omnibus et firma

Capella de Newland

Dominus commissarius remisit ipsam materiam domino Archiepiscopo.

Ecclia de litle Charte

Decimo Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Ricardus Stede et negavit se habere aliquam summam pecunie in manibus suis pertinentem dicte ecclesie. Dominus commissarius iniunxit eidem quod reddat compotum de recepte pro edificio campanilis ibidem die martis proximo post dominicam in albis proximo. Quo die veniente comparuit et exhibuit compotum de quoquidem compoto Iconomi petierunt copiam et terminum sibi assignari ad dicendum contra eundem die martis proximo post festum Corporis Christi proximo. Quo die veniente comparuerunt Iconomi et dixerunt quod sunt concordes et sic etc.

Ecclia de hothefeld.

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit dominus Johannes Brent capellanus procurator Rectoris de Hothefeld et dixit quod ostium cancelli eiusdem ecclesie est constructum.

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus dominus commissarius iniunxit ad reparandum clausuram cimiterij ibidem citra festum Penthecostes proximo sub pena excommunicationis.

Item iniunctum est predictis Iconomis quod reparent fenestram occidentalem eiusdem ecclesie citra festum Assumptionis beate Marie proximo sub pena excommunicationis.

Dominus commissarius remisit materiam domine de Rosse domino Archiepiscopo quia Thomas Lovell miles non est infra diocesim.

Ecclia de Newenden

Dominus commissarius iniunxit domino Johanni Baker Rectori de Newenden quod presentet se coram domino Archiepiscopo et ostendat ei causam [illegible] sui beneficij citra festum Penthecostes proximo.

Ecclia de Benynden

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus dominus commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum fenestram occidentalem eiusdem ecclesie citra festum Assumptionis beate Marie virginis proximo sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco iniunctum est iconomis predictis ad reparandum clausuram cimiterii ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item iniunctum est prefatis iconomis ad reparandum murum australem ipsius ecclesie in reparando le botresse citra festum sancti Michaelis archangeli proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit Thomas Alferd cui dominus commissarius iniunxit ad solvendum iconomis predicte ecclesie annuum redditum xvd pro tribus annis iam elapsis iij s ixd et pro anno presenti xvd citra festum pasche proximum sub pena excommunicationis vel ad comparendum coram domino archiepiscopo citra dictum festum ad dicendum causam quare non

Item dictis die et loco comparuit Stephanus Fylpot et fatetur huiusmodi legatum vj s viij d. Dominus commissarius iniunxit eidem quod solvat aut solvi faciat iiij^or honestis hominibus dicte parochie ipsam summam disponendam ad emendationem viarum nocivarum citra festum Natalis domini proximum sub pena excommunicationis

Ecclia de Detlyng

Decimo die mensis Marcii anno domini predicto comparuerunt iconomi predicte ecclesie et quia dicta materia concernit terras et Ricardus Pollyll moratur extra diocesim dominus commissarius remisit istud negocium domino archiepiscopo

Ecclia de Maideston

Dominus commissarius remisit negocium istud domino archiepiscopo pro eo et ex eo quod concernit Jus ecclesiasticum

Item dominus commissarius remisit materiam concernentem capellam sancte fidis ad peticionem magistri collegii de Maideston examinandam domini archiepiscopi

Item predicto decimo die mensis Marcii anno domini predicto comparuerunt iconomi predicte ecclesie de Maideston quibus dominus commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum cimiterium ibidem videlicet in clausura eiusdem citra festum assumptionis beate Marie virginis proximum futurum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit dominus Egidius Rede capellanus collegii de Maideston et negavit articulos sibi obiectos cui dominus commissarius assignavit ad purgandum se quinta manu videlicet cum duobus suis ordinis et duobus laicis die mercurii proximo post dominicam in passione domini proximam. Quo die veniente comparuit prefatus dominus Egidius et cum numero sibi assignato legitime se purgavit et dimissus est

Item iniunctum est iconomis predicte ecclesie ad reparandum tecturam supra altare sancti Thome ibidem citra festum assumptionis beate Marie proximum sub pena excommunicationis

Item iniunctum est iconomis predictis quod provideant pro libro pro Rectore chori ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item iconomi predicti dicunt quod si possit probari quod tenentur ad providendum pro Antiphonar et aliis ornamentis in tempore sperisitate et ad reparandum ornamenta dicte ecclesie quod volunt providere et reparare. Et quo ad exhibitionem duorum clericorum ultra eosdem qui sunt ibidem non tenentur

Decanatus de Sutton

Ecclia de Botton Mounchese

Decimoseptimo die mensis Marcii anno domini millesimo quingentesimo undecimo in ecclesia Cathedrali Cantuariensi coram domino commissario comparuerunt iconomi predicte ecclesie de Botton Mounchese quibus dominus commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum muros cimiterii ibidem citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis

Ecclia de Ulcombe

Decimoseptimo mensis Marcii anno domini predicto comparuerunt iconomi predicte ecclesie quibus dominus commissarius iniunxit ad reparandum cancellum beate Marie ibidem in pavimento eiusdem citra festum assumptionis beate Marie proximum sub pena excommunicationis

Item iniunctum est iconomis predictis ad reparandum sufficienter navem ecclesie predicte in tectura citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item iniunctum est prefatis iconomis ad faciendum pavimentum campanilis eiusdem ecclesie citra festum penthecostes proximum sub pena excommunicationis

Item predictis die et loco comparuit Willelmus Ady cui dominus commissarius iniunxit ad satisfaciendum iconomis predicte ecclesie de Ulcombe xvj s iiij d citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis

Ecclia de Stapleherst

Decimoseptimo die mensis Marcii anno domini predicto comparuerunt iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod receperunt a quodam Ricardo Hopper nomine executoris magistri Richardi Wryght dum vixit Rectoris ecclesie predicte xxvj s viij d in partem solucionis xlvj s viij d legatis ad tecturam vestiarii ibidem. Et dixerunt quod exponderunt dictam summam xxvj s viij d ad aliud usum infra dictam ecclesiam et non ad opus quo erat legatum. Dominus commissarius iniunxit iconomis predictis ad restituendum eandem summam sic quod possit converti ad huiusmodi opus citra festum assumptionis beate Marie proximum sub pena excommunicationis. Postea comparuerunt magister Robertus Hosbon et Ricus Aymis de Wye executores predicti Richardi Wryght et dixerunt quod quandocumque huiusmodi opus fuerit inceptum iconomi percipient residuum legati predicti

Item dictis die et loco iniunctum est iconomis predicte ecclesie quod provideant pro superpelliciis et Rochettis pro predicta ecclesia citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco comparuit magister Johannes Hadchewe Rector ecclesie predicte et dixit quod non tenetur ad reparationem seu emendationem imaginum omnium sanctorum in dicta ecclesia sed parochiani ad hoc obligantur. Dominus commissarius iniunxit iconomis predicte ecclesie ad emendandum et providendum pro emendatione predicta citra festum penthecostes proximum vel ad comparendum coram domino archiepiscopo ad dicendum causam quare Rector ad hoc tenetur citra eundem festum sub pena excommunicationis

Item dictis die et loco prefati Iconomi dixerunt quod omnes subtrahentes denarios sancti petri satisfecerunt.
Item dictis die et loco comparuit Thomas Roberte cui dominus Commissarius iniunxit quod de cetero non extrahat gladium infra cimiterium ad aliquem percuciendum sub pena excommunicacionis

Ecclia de Charte

Decimoseptimo die mensis Marcii Anno domini millesimo quingentesimo xj° comparuit prior de ledes proprietarius ecclesie de Charte cui dominus Commissarius iniunxit ad renouandum sedilia in choro et ad reparandum pauimentum eiusdem citra festum Assumpcionis beate marie virginis proximum sub pena sequestracionis fructuum eiusdem
Item dictis die et loco comparuit Thomas Mastall et dixit quod habet vaccam in manibus suis pertinentem dicte ecclesie et dixit quod soluit annuatim proficuum eiusdem ad sustentacionem lampadis. Dominus Commissarius iniunxit eidem Thome ad deliberandum Iconomis antedicte ecclesie eandem vaccam citra festum sancti Georgii proximum sub pena excommunicacionis
Item dictus Thomas dixit quod habuit in manibus suis cum xxs viijd collectis in dicta parochia et xxxs viijd et cum dictis pecuniis emit xx^ti oues ad vsum dicte ecclesie et sunt ad firmam in manibus Radulphi Blackhendey
Item dictis die et loco comparuit Johannes Lested et dixit quod terre Egidii Kendall per eum erant vendite pro x marcis de quibus soluit ad sustentacionem capellani per vnum quarterium xxxiijs iiijd Et soluit Iconomis predicte ecclesie xxvjs viijd Et expendidit in foro seculari circa defensionem earundem terrarum lxxiijs iiijd. Vltra quidam Johannes Kendall intrauit in ipsis terris Tamen dixit quod vult exhibere capellanum pro alio quarterio et incipere huiusmodi finem in festo sancti michaelis archangeli proximo
Item dictis die et loco comparuit Johannes Stace qui negauit quod detinet aliquas terras que fuerunt Johannis Halsnothe. Dixit tamen quod si possit probari restituet. Dominus Commissarius iniunxit Iconomis predicte ecclesie ad probandum subtraccionem huiusmodi terrarum citra festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena finalis dimissionis
Item dictis die et anno loco predicto Johannes Lested dixit quod nichil debet ecclesie predicte aut alicui alteri pro terris sed potius quas occupauit per iiij^or annos antequam erant vendite. Dixit quod si posset probari quod vult satisfacere. Dominus Commissarius iniunxit Iconomis predictis ad probandum citra festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena predicta
Item dictis die et loco prior de ledes fatetur quod soluit annuatim predicte ecclesie duos modios frumenti et negat quod tenetur ad alios duos modios soluendos. Dominus Commissarius iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad probandum quod ad id tenetur citra festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste sub pena predicta
Item dictis die et loco comparuit Alexander Culpeper et dicit quod non tenetur ad solucionem xijd de Rentescot. Dominus Commissarius iniunxit Iconomis ad probandum citra festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proximum. Quo die veniente comparuit prefatus Alexander Culpeper et quia Iconomi nichil probarunt Dominus Commissarius dimisit dictum Alexandrum
Item Iconomi predicte ecclesie dixerunt quod Johannes Lested composuit cum eis pro xxjs viijd et assumpsit in se ad satisfaciendum citra festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis

Ecclia de Sutton Valaunce

Decimoseptimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuit prior de ledes proprietarius ecclesie predicte cui dominus Commissarius iniunxit ad reparandum Cancellum ibidem tam in tectura quam in aliis reparacionibus necessariis citra festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena sequestracionis fructuum eiusdem
Item dictis die et loco Iconomi predicte ecclesie comparuerunt et affirmarunt quod Stephanus Ponde et Johannes Colyn soluerunt denarios sancti petri
Item Iconomi predicti dixerunt quod heredes Willelmi Taylor composuerunt cum eis pro redditu dicte ecclesie videlicet ob per annum
Item dictis die et anno comparuit Jacobus Thorp et negauit articulum. Dominus Commissarius indixit sibi ad purgandum se sexta manu die martis proximo post dominicam in albis proximo. postea comparuit et fatebatur crimen et submisit se correctioni. Et consequenter dominus Commissarius iniunxit eidem quod precedat processionem in ecclesia de Sutton predicta feriendo tribus diebus dominicis proximis futuris nudis pedibus et capite cum camisia solummodo induta habens in manu sua vnum cereum precii duorum denariorum et quod tercia dominica post euangelium alte misse lectum eo tempore quo populus offerunt huiusmodi cereum offerat ad manus curati dictam altam missam celebrantis humiliter et deuote sub pena excommunicacionis
Item dictis die et loco comparuit Willelmus Turbutt et fatetur quod habet in manibus suis vjs viijd debitos ad reparacionem crucis de pathsden. Dominus Commissarius iniunxit eidem Willelmo ad soluendum eosdem vjs viijd ad manus Thome Baker et Johannis Stilles sic quod expendantur in reparando eandem crucem citra festum Natiuitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis
Item dictis die et loco comparuit Jacobus Quarry alias Baker cui dominus Commissarius iniunxit quod frequentat ecclesiam suam parochialem temporibus diuinorum diebus dominicis et festiuis sub pena excommunicacionis
Item dictis die et loco comparuerunt Robertus Hoppey et Johannes Russell et dixerunt quod sunt a retro de arreragiis salarii aquebaiuli predicte ecclesie et intendunt computare cum eodem citra festum pasche proximum. Dominus Commissarius iniunxit eisdem tam ad computandum citra festum pasche quam ad soluendum et satisfaciendum eidem aquebaiulo citra festum Ascensionis domini proximum sub pena excommunicacionis

Ecclia de Boxley

xviij° die mensis Marcii Anno domini predicto comparuit vicarius ecclesie parochialis de Boxley et dixit quod parochiani ibidem bene frequentant et frequentauerunt ecclesiam ibidem a tempore visitacionis domini archiepiscopi
Item dominus Commissarius commisit matrem Roberti Nayler domino archiepiscopo quia Robertus mulier commoratur extra diocesim
Item dictis die et loco comparuit Katarina Store et negauit articulum. Et dominus Commissarius ex certa causa dimisit eam iniungendo quod de cetero honeste se gerat et habeat inter parochianos ibidem sub pena excommunicacionis

Ecclia de Berghstede

xviij° die mensis Marcii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus dominus

Comissarius iniunxit ad sufficienter reparandum muros ecclesie predicte et etiam alia loca in eadem ecclesia reparacionibus indigentia citra festum assumpcionis beate marie virginis proxime sub pena excom/
Item dictis die et loco comparuerunt executores Willelmi Long et assumpserunt in se ad satisfaciendum Iconomis dicte ecclesie xs viijd pro debito dicti Willelmi citra festum pasche proxime sub pena excom
Item predicti executores ut supra assumpserunt ad solvendum citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste pro legato dicti Willelmi iijs iiijd sub pena predicta
Item dictis die et loco dicti Iconomi comparuerunt quibus Dominus Comissarius iniunxit ad prosequendum subtraccionem bonorum pertinencium ad fraternitatem beate marie in Jure communi et sic dimisit ipsam materiam/
Item Iconomi predicti dixerunt quod executores Johannis Talbott composuerunt cum eis pro xxs debitis ecclesie predicte/

Ecclia de Thornham

xvij° Die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Nicolaus Cole et submisit se ordinacioni domini Comissarij Cui idem Dominus Comissarius iniunxit ad solvendum arreragia pro amore citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime nisi Iconomi et parochiani longiorem terminum sibi concesserint et quod annuatim solvat iiijd Iconomis prefate ecclesie sub pena excom
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod Henricus Cristian satisfecerit sibi viijs pro vacca et iiijor solidos pro duobus quarteriis brasij
Item Iniunctum est predictis Iconomis ad reparandum muros Cimiterij ibidem citra festum Sancti Petri quod dicitur ad vincula proxime sub pena excom

Ecclia de Marden

xvij° Die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie predicte quibus Dominus Comissarius iniunxit quod sufficienter reparari faciant clausuram Cimiterij ibidem citra festum Assumpcionis beate marie proxime sub pena excom/
Item dictis die et loco comparuit Margeria Relicta Johannis Barbuche et fatetur quod habet in manibus suis unam vaccam pertinentem Iconomis predicte ecclesie/ Dominus Comissarius iniunxit eidem quod deliberet huiusmodi vaccam prefatis Iconomis et ad componendum cum eis pro firma eiusdem aretro preterito citra festum Sancti Georgij proxime sub pena excom

Capella de Bredherst

xvij° Die Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Iniunctum est ad reparandum clausuram Cimiterij ibidem citra festum Assumpcionis beate marie virginis proxime sub pena excommunicacionis/

Capella de Hokyng

xvij° Die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt nonnulli ex parochianis ibidem et dixerunt quod cura ibidem bene et in debitis horis deservitur

Ecclia de Holingborn

Rector de Holingborn licenciatus est/
Item dictis die et loco comparuit prior de Lede et dicit quod non tenetur ad exhibicionem panis et vini in eadem ecclesia/ dicit tamen quod si possit probare quod tenetur exhibebit/ Dominus Comissarius iniunxit Iconomis predicte ecclesie ad probandum die martis proxime post dominicam in albis proxime/ Quo die veniente comparuit unus Iconomorum et ex certa causa Dominus Comissarius continuavit produccionem probacionum usque diem martis proxime post festum Corporis xpi proxime futurum/ Quo die veniente non comparuerunt et sic dimissi

Ecclia de Goodherst

xvij° Die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Johannes Horsmonden et fatetur quod habet in custodia sua omnia Jocalia in dicto articulo specificata et est paratus eadem deliberare si Iconomi dicte ecclesie redimere velint ea/ Dominus Comissarius iniunxit eisdem Iconomis ad redimendum Jocalia dicte ecclesie pignorata prefato Johanni Horsmonden pro xxli citra festum Sancti Michaelis Archangeli proxime sub pena excom/
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod Willelmus Dray recessit
Item dictis die et loco comparuerunt Edwardus Horden Johannes Bratyll Willelmus Lode et Henricus a forde quibus Dominus Comissarius iniunxit quod non intrent cancellum ibidem nisi induantur superpelliciis et sint ibi cantantes et psalmodisantes sub pena excom
Item Iniunctum est Iconomis predicte ecclesie ad reparandum navem ecclesie ibidem citra festum Assumpcionis beate marie virginis proxime sub pena excom
Item Iniunctum est predictis Iconomis quod reparent clausuram Cimiterij ibidem citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proxime sub pena excom
Item dictis die et loco comparuit Stephanus Birworthe Cui Dominus Comissarius iniunxit quod exhibeat ij cereos prout solebat pro anima Willelmi Tullynghurst annuatim sub pena excom
Item Iniunctum est eidem Stephano ad solvendum quinque libras ex legato Johannis Birworthe videlicet singulis annis xxxiijs iiijd incipiendo primam solucionem in festo Sancti Michaelis proxime sub pena excommunicacionis/
Item Iconomi dicunt quod materia concernens Johannem Horden est coram domino Archiepiscopo
Item dicunt quod materia contra executores Ricardi Horden pendet coram domino Archiepiscopo
Item dicunt quod quidam Ricardus Marler de Aylesford tenetur ad solucionem xls Ricardi Horden Dominus Comissarius iniunxit Iconomis predictis ad prosequendum dictum Ricardum Marler coram domino Archiepiscopo
Item dicunt quod dominus Robertus Atkyns satisfecerit xls ex legato Jacobi Bank
Item comparuit Ricardus Hogham et fatetur se habere in manibus suis unam vaccam ex legato Johannis Bukland Dominus Comissarius iniunxit eidem ad satisfaciendum Iconomis dicte ecclesie citra festum Sancti Georgij proxime sub pena excom
Item dictis die et loco comparuit Thomas Maplesden et dixit quod modo exhibet lampadem in Capella Sancti Jacobi ibidem Dominus Comissarius iniunxit eidem quod continue exhibeat eandem lampadem sub pena

Item Iconomi predicte ecclesie dicunt quod dictus Thomas Maplesden composuit cum eis pro legato ~~Thome~~ Johannis Maplesden.

Item predicte ecclesie Iconomi dicunt quod materia Henrici Burgh pro legato xx s. pendet coram Domino Archiepiscopo.

Item deponunt quod Robertus Hillary composuit cum eis pro x s. et habet ad solvendum in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo.

Item Iconomi predicti deponunt quod Alicia Hedney moratur in diocesi Cicestrensi. Et Dominus Commissarius remisit eos pro materia Domino Archiepiscopo.

Item dictis die et loco comparuit Johannes Horsmonden et fatetur quod habet in manibus suis xl s. receptos de Roberto Sabbe. Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad solvendum Iconomis dicte ecclesie ipsam summam citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Ricardus Wyrhm. Cui Dominus Commissarius iniunxit ad satisfaciendum Iconomis predicte xx d. citra festum Pentecostes proximo sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuerunt executores Nicolai Smyth et assumpserunt in se ad computandum et satisfaciendum Iconomis ecclesie predicte xl s. ex legato Nicholai predicti citra festum Assumptionis beate Marie Virginis proximo sub pena excommunicationis.

Item comparuit quidam Robertus Epse et dixit quod composuit cum Iconomis predictis pro x s. vj d. et Iconomi id affirmarunt.

Item Dominus Commissarius iniunxit Thome Robert ad solvendum Iconomis dicte ecclesie vj s. quandocumque opus inceptum fuerit sub pena excommunicationis.

Ecclesia de Otham

xvij° die mensis Marcij Anno Domini predicto comparuit Willelmus Knyghte et dixit quod paratus est satisfacere Iconomis denarios Sancti Petri. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad componendum cum Iconomis citra festum Pasche proximo sub pena excommunicationis.

Item Dominus Commissarius iniunxit Iconomis predicte ecclesie ad sufficienter reparandum clausuram cimiterij ibidem citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo sub pena excommunicationis.

Ecclesia de Harietisham

xvij° die mensis Marcij Anno Domini predicto comparuit Willelmus May et fatetur se debere dicte ecclesie viij s. Dominus Commissarius eidem iniunxit ad satisfaciendum Iconomis dicte ecclesie ipsam summam citra festum Assumptionis beate Marie proximo sub pena excommunicationis.

Item idem Willelmus negavit quod subtraxit xij d. annuatim de terris vocatis Lepareys quia numquam novit quod dicte terre erant onerate cum tali reddito. Dicit tamen quod si possit sufficienter probari solvet. Dominus Commissarius iniunxit Iconomis predicte ecclesie ad probandum huiusmodi redditum die Martis proximo post festum Corporis Christi. Quo die veniente non comparuerunt et Dominus Commissarius dimisit.

Item dictis die et loco comparuit Willelmus a Chamber et dixit quod debet Iconomis predicte ecclesie iiij d. pro molendino ibidem et paratus est ipsos iiij d. eisdem Iconomis solvere. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad solvendum Iconomis predictis annuatim iiij d. sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Willelmus at Stede et assumpsit in se ad satisfaciendum Iconomis predicte ecclesie Redditum iiij d. ob. citra festum Pasche proximo sub pena excommunicationis.

Ecclesia de Lenham

xvij° die mensis Marcij Anno Domini predicto comparuerunt Executores domini Johannis Walker capellani quibus Dominus Commissarius iniunxit ad computandum cum Iconomis ecclesie predicte.

Item dictis die et loco comparuit Johannes Sharpe et dicit quod non habet aliquas terras que tenentur ad exhibicionem lampadis in ecclesia ibidem. Tamen dicit quod habet in firma unam acram pro qua solvebat iiij d. ad exhibicionem lampadis. Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad componendum cum Iconomis eiusdem ecclesie vel ad dimittendum dictam acram terre citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Thomas a Downe et fatetur quod habet in manibus suis iiij^or oves matrices pertinentes lumini Sancti Nicholai in predicta ecclesia et assumpsit in se ad computandum cum Iconomis eiusdem luminis et ad satisfaciendum eisdem citra festum Sancti Michaelis Archangeli proximo sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Hugo Howlott filius Johannis Howlott et dicit quod pater suus administravit bona Thome Estlynch et quod pater suus defunctus est que bona pater suus recepit aut qualiter eadem bona expendidit nescit. Sed quo ad bona patris sui que devenerunt ad manus suas dictus Hugo dicit quod computavit coram officiali et quod plus per xx s. vj d. exposuit quam recepit.

Item dictis die et loco comparuerunt Johannes Tylby et Robertus Elmeston et deponunt quod disposuerunt huiusmodi iiij^or marcas ad usum ecclesie ibidem ex consensu parochianorum ibidem et in presentia Iconomorum exhibuerunt compotum. Et Dominus Commissarius iniunxit prefatis Iconomis quod provideant pro iiij^or marcis et quod emant unum altare secundum voluntatem ~~Estlenham~~ Thome Estlenham citra festum Sancti Michaelis Archangeli proximo sub pena excommunicationis.

Item predicti Iconomi deponunt quod executores Thome at Wode fuerunt cum parochianis ibidem et sunt in tractatu de ipsa materia.

Item eidem Iconomi deponunt ut supra.

Item dictis die et loco comparuit Dominus Johannes Hyllary capellanus et dixit quod vocatus erat coram Domino Archiepiscopo et Dominus Archiepiscopus pro ista materia dimisit eum.

Ecclesia de Langley.

xvij° die mensis Marcij Anno Domini predicto comparuit Rector de Langley. Cui Dominus Commissarius iniunxit ad reparandum sufficienter Rectoriam suam ibidem citra festum Assumptionis beate Marie proximo sub pena sequestrationis fructuum suorum ibidem.

Item dictis die et loco iniunctum fuit Iconomis dicte ecclesie quod reparent navem ecclesie predicte citra festum Assumptionis beate Marie proximo sub pena excommunicationis.

Ecclesia de Lynton

xvij° die mensis Marcij Anno Domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Dominus Commissarius

Iniunxit quod reparari faciant muros Cimiterii ibidem citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excom/

Item Dominus Commissarius iniunxit prefatis Iconomis ad providendum manuale completum et sufficientem citra festum Pasche proximum sub pena excom/

Item Iconomi predicti deposuerunt quod vidua Thome hunte composuit cum eis coram omnibus parochianis

Ecclia de lose

xvij° die mensis marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et deposuerunt quod habent curatum residentem

Item dictis die et loco Iniunctum est Iconomis predicte ecclesie ad reparandum sufficienter Campanile eiusdem citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena excom

Item Iconomi dicunt quod Ricardus Kadyng moratur extra diocesim Et Dominus Commissarius remisit ipsam materiam domino Archiepiscopo

Item Iniunctum est Iconomis predicte ecclesie ad providendum pro superpellicio citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena excom

Item Dominus Commissarius iniunxit prefatis Iconomis ad providendum vas pro aqua sacra deferendo vocatum a holy water stop citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excom

Ecclia de magna Charte

Decimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Johannes ffog miles nomine Rectoris et assumpsit in se ad reparandum cellarium Cancelli predicte ecclesie citra festum Nativitatis Johannis Baptiste proximum

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus Dominus Commissarius iniunxit ad providendum pro libris de novis festis videlicet de visitatione beate marie de transfiguratione domini et de nomine Jhesu citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum vel ante si poterint sub pena excom

Item dictis die et loco Dominus Commissarius iniunxit prefatis Iconomis ad providendum superpellicium pro predicta ecclesia citra festum penthecostes proximum sub pena excom

Item Johannes ffog miles nomine Rectoris predicte ecclesie dicit quod idem Rector non tenetur ad exhibicionem Clerici in dicta ecclesia neque Rectores predecessores Rectoris moderni ad hoc tenebantur quod si possit sufficienter probari exhibebit/

Item Iniunctum est Iconomis predicte ad reparandum clausuram curie predicte citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excom vel ad comparendum die martis proximo ante festum predictum ad ostendendum causam quare prior ecclesie Xpi Cant' ad id tenetur

Item dictis die et loco Iniunctum est prefatis Iconomis ad reparandum sufficienter portam Cimiterii tam in tectura quam in aliis necessariis reparationibus citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena excom/

Item prelibati Iconomi deposuerunt quod compositum est cum eis pro omnibus denariis sancti petri/

Decanatus de Sydingborn

Ecclia de kingesdoun

Decimooctavo die mensis Marcij Anno domini millesimo quingentesimo xj° In ecclesia Cathedrali Xpi Cant' coram Domino Commissario comparuit Magister Willelmus ketilleston Rector de kingesdoun Cui Dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum Cancellum ibidem citra festum Assumptionis beate marie virginis proximum sub pena sequestrationis fructuum suorum ibidem/

Item predictus magister Willelmus ketilleston Rector prenominatus dicit quod residet in alio beneficio de Hedcrom

Item Iconomi dicte ecclesie deposuerunt quod ecclesia ibidem bene deservitur

Ecclia de Bachild

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit vicarius de Bachild procurator Rectoris ibidem Cui Dominus Commissarius iniunxit quod reparabit sufficienter Cancellum ibidem citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena sequestrationis fructuum eiusdem Rectoris

Item dictis die et loco comparuit Dominus Rogerus vicarius de Sidingborn et dicit quod non subtrahit aliquod legatum domini Jacobi hyll defuncti Tamen dicit quod administratio bonorum dicti domini Jacobi per officialem fuit sibi commissa et pro bonis que ad manus suas devenerunt computavit coram Officiali/

Item quia magister Talbot moratur extra diocesim Dominus Commissarius remisit dictam materiam domino Archiepiscopo

Item dictis die et loco comparuit Galfridus ap John de Tong et negavit quod subtrahit aliqua bona que fuerunt domini Roberti ap John nuper vicarij de Tong nec habet in sua custodia aliqua bona ipsius domini Roberti preter certa bona que idem Dominus Robertus in vita sua donavit sibi/

Item prefatus vicarius de Sidingborn dicit quod bona in dicto articulo specificata fuerunt appreciata ut bona vicarij de Bachild defuncti et sibi deliberata et appreciata in Inventario eiusdem pro quibus bonis computavit ut supra coram Domino Officiali

Item

Ecclia de hartelyp

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Johannes a Doven et fatetur se debere Iconomis predicte ecclesie vj s. Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad satisfaciendum dictam summam Iconomis predicte ecclesie citra festum Assumptionis beate marie proximum sub pena excom

Item dictis die et loco comparuit Willelmus Godyn et Dominus Commissarius iniunxit eidem quod deliberet Iconomis dicte ecclesie viij modios ordij citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excom

Item dictis die et loco comparuit Johannes Blake et negavit articulum sibi obiectum et ex certis causis Dominus Commissarius continuavit materiam usque diem Jovis proximum post Dominicam in albis proximam/ Quo die adveniente comparuit prefatus Johannes quem Dominus Commissarius propter incontinentiam dimisit et monuit eundem quod omittat consortium prefate Johanne Pollyll preterquam in locis publicis sub pena Iuris/

Item dictis die et loco prefatus Johannes a Dovorr dixit quod composuit cum Iconomis dicte ecclesie pro vacca et ceteris omnibus materiis/

Ecclia de Leysdon

viij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad debite reparandum Capellas fundatas ex utraque parte ecclesie citra festum Assumpcionis beate marie proximum sub pena excommunicacionis/

Item Iconomi predicti dixerunt quod omnes subtrahentes Catalla a dicta ecclesia modo composuerunt cum eis coram parochianis/

Item Dominus Commissarius Iniunxit prefatis Iconomis ad reparandum clausuram Cimiterij eiusdem ecclesie citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis/

Ecclia de Sydingborn

viij° die Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum muros Cimiterij ibidem citra festum Assumpcionis beate marie proximum sub pena excommunicacionis/

Item Iconomi predicte ecclesie dixerunt quod Stephanus Bulle composuit cum parochianis/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Wade Cantor et dixit quod nunquam habuit nec habet xl s. ex bonis ecclesie de Sydyngborn/ Dixit tamen quod administravit bona Thome Bauste et pro omnibus bonis dicti defuncti computavit coram Officiali/ Dixit eciam quod non tenetur ad exhibicionem lampadis in dicta ecclesia nec potest ita probari/ Dominus Commissarius Iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad probandum die martis proximo post festum Ascensionis domini proximum/ Quo die veniente non comparuerunt et sic dominus Commissarius dimisit prefatum Johannem Wade

Ecclia de Borden

viij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod Thomas Talbot satisfecit eis inde/

Item dicti Iconomi dixerunt quod Philippus Morys recessit a dicta parochia et nesciunt ubi moratur/

Item dixerunt quod ista materia est desperata quia Philippus Morys recessit ut supra/

Ecclia de Rodmersham

viij° die mensis Marcij Anno domini predicto uxor Willelmi Mason comparuit et allegavit quod ista materia concernit possessionem terrarum et tenementorum/ Dominus Commissarius remisit ipsam materiam domino Archiepiscopo/

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad reparandum clausuram Cimiterij ibidem citra festum Assumpcionis beate marie proximum sub pena excommunicacionis/

Item dictis die et loco comparuit Helena Foxton relicta et executrix Willelmi Foxton et dixit quod parata est ad reparandum pavimentum porticus ecclesie ibidem/ Dixit tamen non potest donec opus ecclesie consummatum fuerit/ Dominus Commissarius Iniunxit eidem quod quando huiusmodi opus finitum sit quod reparet pavimentum ibidem sub pena excommunicacionis

Capella de Quynborowgh

viij° die mensis Marcij Anno domini predicto priorissa de Mynster in Shapeia comparuit per Willelmum Mody suum procuratorem et dixit quod dicta priorissa non tenetur ad reparacionem Cancelli ibidem ut credit/ Tamen dixit quod si possit probari quod ad id tenetur quod reparabit/ Dominus Commissarius Iniunxit parochianis ibidem ad probandum die martis proximo post dominicam in albis proximam/ Quo die veniente Iconomi non comparuerunt et sic Dominus Commissarius dimisit eandem priorissam/

Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod ipsa detectio concernens mansum pro Cantarista non erat comperta per eos nec sciunt tale mesuagium/

Item predicti Iconomi dixerunt quod Johannes Brett composuit cum eis pro x s. ex legato petri Smythe de Sydyngborn

Item dictis die et loco prenominati Iconomi dixerunt quod Willelmus Clerk nuper de Quinborowe modo de Sydyngborn assumpsit in se ad satisfaciendum dictam summam xl s. parochianis ecclesie predicte

Ecclia de Mynster in Shapeia

viij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Thomas Jacob senior et fatetur quod habet in manibus suis xxxiij s. x d. legatos predicte ecclesie per Thomam Potter et paratus est deliberare/ Dominus Commissarius Iniunxit prefato Thome ad solvendum dictam summam Iconomis predicte ecclesie citra festum Ascensionis domini proximum sub pena excommunicacionis/

Item dictis die et loco comparuit Margareta Kyngesdon executrix Henrici Randall dum vixit mariti sui quiquidem Henricus erat executor testamenti Willelmi Randall patris sui utrum dictus Henricus maritus suus satisfecit ipsam summam xlvj s. viij d. ad reparacionem campanilis ibidem vel non satisfecit nescit/ Dixit tamen quod si potest habere terminum sufficientem ad satisfaciendum vult solvere/ Dominus Commissarius Iniunxit prefate Margarete et Iconomis predicte ecclesie ad concordandum cum potuerint pro predicta summa solvenda et ad certificandum die martis proximo post festum Ascensionis domini proximum/ Quo die veniente comparuerunt Iconomi et dixerunt quod dicta Margareta satisfecit/

Item dictis die et loco comparuit Johannes Eslandy de Estchurche executor testamenti Margerie Gybbys defuncte Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad satisfaciendum Iconomis predicte ecclesie de Mynster vj li. s. pro Capa emenda ex legato prefate Margerie citra festum Natalis domini proximum ex consensu Iconomorum et parochianorum predicte ecclesie sub pena excommunicacionis/

Item Iconomi predicte ecclesie dixerunt quod Robertus Ippinsbury solvit sibi xxiij s. coram omnibus parochianis

Item Iconomi predicte ecclesie dixerunt quod Willelmus Rich mortuus et nesciunt a quo recuperare possint debitum ecclesie quia tanta in inopia decessit quod nichil habuit et cetera

Item dictis die et loco comparuit Alexander Pellar et fatetur se esse a retro de reddita dicte ecclesie per quinque annos x d./ Dominus Commissarius Iniunxit eidem Alexandro ad solvendum Iconomis predicte ecclesie arreragia et redditum citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis

Item Dominus Commissarius monuit Iconomos et parochianos ecclesie predicte ad putandum se coram domino Archiepiscopo et ad implorandum eius paternitatem pro remedio huius materie

Item dictis die et loco Dominus Commissarius Iniunxit Iconomis dicte predicte ecclesie ad removendum le Lymekyll extra Cimiterium ibidem citra festum Sancti petri quod dicitur ad vincula proximum sub pena excommunicacionis

Ecclesia de Mylstede

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit dominus Johannes Woollaston Capellanus parochie ibidem non Rectoris Cui dominus Commissarius Iniunxit quod moneat Rectorem ad debite reparandum Cancellum ibidem tam in tecto quam in aliis reparacionibus necessarijs citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena sequestracionis fructuum suorum ibidem
Item dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus dominus Commissarius Iniunxit ad sufficienter reparandum muros ecclesie ibidem citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena excommunicacionis

Ecclesia de Wichelyng

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Rector de Wychelyng et fatetur quod tenetur ad exhibendum duos cereos stantes super summum altare et dicit quod modo exhibet duos cereos ibidem
Item dictis die et loco predictus Rector dicit quod non reliquit dictam ecclesiam suam inofficiatam nec quod deserviat in aliqua alia Cura
Item dictus Rector dicit quod Rectoria sua non est Ruinosa
Item dictus Rector dicit quod Cancellus eiusdem ecclesie modo debite reparatur
Item dictis die et loco comparuit Robertus Trussell et negavit quod subtrahit aliquas porciones debitas dicte ecclesie pro pastura vocata le Stystall Tamen dicit quod Jacobus Digge generosus est possessor eiusdem et non eius dicit quod dictus Jacobus non tenetur ad solucionem reddit viij d. per annum Dominus Commissarius Iniunxit Iconomis predicte ecclesie et nonnullis ex parochianis ad probandum quod dicte le Stystall tenetur ad reddendum dicte ecclesie annuatim viij d. vicesimosecundo die mensis Aprilis proximo Quo die veniens comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et produxerunt Ricardum Hemman Thomam parker Alanum Hemman Robertum parker Johannem atte Lee Elyseum parker et Johannem Harman in testes quos Judex admisit et Jurari fecit Quibus dictis visis et intellectis Dominus Commissarius monuit prefatum Robertum quod nomine dicti Jacobi Digge ad solvendum dictam summam Iconomis dicte ecclesie citra festum Corporis Christi proximum vel ad comparendum coram domino archiepiscopo infra xv^cim dies post dictum festum
Item dictis die et loco Dominus Commissarius Iniunxit prefato Roberto Tassell ad solvendum Rectori predicte ecclesie iij s. iiij d. pro decimis suis quos debet eidem Rectori ex confessione sua propria citra festum Ascensionis Domini proximum sub pena excommunicacionis
Item dictis die et loco Dominus Commissarius Iniunxit prefato Roberto Tassell et Roberto parker nuper Iconomis predicte ecclesie ad reddendum compotum de bonis eiusdem predicte per eosdem Recepte et exposite a tempore quo fuerunt Iconomi eiusdem citra diem Martis proximum post Dominicam in albis proximum sub pena excommunicacionis Quo die veniens comparuerunt prefati Robertus Tassell et Robertus parker et exhibuerunt compotum coram Iconomis modernis et parochianis Visoque eorum compoto Dominus Commissarius dimisit eos
Item predictis die et loco Iconomi dicte ecclesie dicunt quod Cecilia uxor Willelmi Haydon non moratur in ipsa parochia nec eam detexerunt quia nesciunt talem mulierem

Ecclesia de Halghsto

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Vicarius de Halghsto et dicit quod fuit in partibus transmarinis cum magistro Edwardo Poynyngs milite Tamen dicit quod non dimisit curam suam inofficiatam
Item dictis die et loco Dominus Commissarius Iniunxit eidem Vicario ad sufficienter reparandum vicariam suam ibidem citra festum Assumpcionis beate Marie virginis proximum sub pena sequestracionis fructuum suorum

Ecclesia de Morston

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie predicte quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad providendum portiforium citra festum Pasche proximum sub pena excommunicacionis
Item Iniunctum est Iconomis predicte ad providendum superpellicium citra predictum festum sub pena excommunicacionis
Item dicti Iconomi dicunt quod parochiani non tenentur ad reparacionem capelle beate Marie ibidem sed Willelmus Crowmer miles Dominus Commissarius decrevit dictum Willelmum Crowmer vocandum fore citra diem Martis proximum post Dominicam in albis proximum ad allegandum causam siquam pro se habeat quare ad reparacionem dicte Capelle obligari non debeat Quo die veniens comparuit prefatus Willelmus et assumpsit in se ad reparandum dictam Capellam citra festum Sancti Michaelis Archangeli proximum

Ecclesia de Tong

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt executores Johannis Cryspe et dixerunt quod intendunt satisfacere Iconomis dicte ecclesie viij marcas xx d. debitas dicte ecclesie de Tong Dominus Commissarius tunc Iniunxit eisdem executoribus ad satisfaciendum dictam summam citra festum Pentecostes proximum vel ad comparendum die Martis proximo post festum Corporis Christi proximum ad dicendum causam quare compelli non debeant ad solucionem
Item predicti executores dicunt quod non noverunt de tali legato xxx s. iiij d. Iconomi assumpserunt ad probandum
Item executores antedicti negant quod dictus Johannes Cryspe legavit xx s. ad empcionem cuiusdam Branche Iconomi dicte ecclesie in se assumpserunt ad probandum quod legavit Dominus Commissarius Iniunxit prefatis Iconomis ad introducendum testes die Veneris proximo post festum Sancti Johannis ante portam Latinam Quo die veniens comparuerunt Iconomi predicti et produxerunt Thomam Elde de Tong in testem quem Judex admisit et Jurare fecit etc. Et consequenter tam predicti Iconomi quam prefati executores consenserunt et compromiserunt et nominabant viros scilicet Robertum Woodward Commissarium et Johannem Welkams in decretis Baccalarium elegerunt in arbitros et promiserunt ad standum eorum laudo et Judicio in omnibus causis predictis
Item Iconomi predicti dicunt quod Cancellus ibidem modo sufficienter reparatur

Ecclesia de Iwade

xviij° die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi et dixerunt quod Henricus Adam manet extra diocesim et Dominus Commissarius remisit ipsam materiam domino Archiepiscopo
Item dictis die et loco comparuit Arthurus Clyfford et dicit quod non possidet aliquod tenementum nisi Jure hereditario Dominus Commissarius monuit eundem Arthurum ad exhibendum testamentum Johannis Clyfford die Veneris proximo post festum Sancti Johannis ante portam Latinam Et Dominus Commissarius monuit eundem Arthurum Iniunxit Iconomis ecclesie predicte ad comparendum dicto die Veneris ad probandum quomodo dicta ecclesia haberet unum tenementum existens in manibus dicti Arthuri Quo die comparuerunt predictus Arthurus et exhibuit testamentum Johannis Clyfford Et quia Iconomi copulabat

et inter probaverunt Dominus dimisit dictum Nichm Clifford
Item predictis die et loco Dominus Commissarius Iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad construendum porticum
ecclesie ibidem citra festum Assumptionis beate Marie Virginis proximum sub pena excommunicationis
Item Iniunctum est Iconomis prenominatis ad sufficienter reparandum campanas ecclesie predicte citra
festum Pasche proximum ad annum sub pena excommunicationis

Ecclia de warden

xviij° Die mensis Marcii Anno Domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod cure ibidem
modo bene deserviuntur

Ecclia de Estchurch

xviij° Die mensis Marcii Marcii Anno Domini predicto comparuit Johannes Bompett et fatetur se habuisse
in manibus suis unam vaccam pertinentem predicte ecclesie et quod pro eadem vult satisfacere Dominus
Commissarius Iniunxit eidem ad solvendum pro ipsa vacca Iconomis dicte ecclesie citra festum Sancti Georgii
proximum sub pena excommunicationis
Item Dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus Dominus Commissarius Iniunxit
ad reparandum clausuram Cimiterii eiusdem ecclesie citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste
sub pena excommunicationis
Item Iniunctum est Iconomis predicte ecclesie de Estchurche ad reddendum compotum bonorum dicte ecclesie
citra diem Veneris proximum post festum Sancti Johannis ante portam latinam proximum et ad exhibendum ipsum
compotum eodem die Veneris sub pena excommunicationis Quo die Veneris comparuerunt Iconomi et exhibuerunt
compotum
Item Dictis die et loco comparuit Willelmus Kingesdoun et quia confessus est se recepisse xl s. viij d. pro
terris suis que firma Iconomi eiusdem ecclesie receperunt Dominus Commissarius Iniunxit eidem Willelmo
ad satisfaciendum Iconomis predictis ipsam summam citra festum Penthecostes proximum sub pena excommunicationis vel ad
comparendum die Lune proximo post festum Corporis Christi ad dicendum causam rationabilem siquam
se habeat quare ad huiusmodi solutionem compelli non debeat

Ecclia de Upchurch

xviij° Die mensis Marcii Anno Domini predicto comparuit Vicarius de Upchurche Cui Dominus Commissarius
Iniunxit quod provideat mercennarium pro construccione Vicarie sue ibidem citra festum Assumptionis beate Marie
Virginis proximum sub pena sequestracionis fructuum suorum ibidem et ad comparendum ante ipsum festum ad audiendum
ulterius Domini Commissarii voluntatem pro constructione eiusdem penultimo die mensis Julii comparuit
Vicarius predictus et dixit quod habet mercennarium Dominus Commissarius Iniunxit eidem ad debite construendum
ipsam Vicariam infra unum annum sub pena predicta nisi longiorem terminum obtinuerit a Domino Archiepiscopo
Item Dominus Commissarius monuit Iconomos prefate ecclesie ad prosequendum ipsam materiam coram Domino
Archiepiscopo Quia prior Roffensis non est de diocesi
Item Dictis die et loco comparuit Willelmus Crowther et petiit copiam articuli et assumpsit in se ad
respondendum eidem vel ad componendum cum Iconomis dicte ecclesie ante diem Marte proximum post Dominicam
in albis proximum Quo die Veneris comparuit Johannes Terest unus Iconomorum predicte ecclesie
et dixit quod parochiani remiserunt prefato Willelmo arreragia sex annorum et composuerunt cum eo pro
uno anno et assumpsit in se ad solvendum annuatim in futurum x s.
Item quia Georgius Sentleger et Bartholomeus Sentleger morantur extra diocesim Ideo Dominus
Commissarius remisit ipsam correctionem Domino Archiepiscopo

Ecclia de Stokebury

xviij° Die mensis Marcii Anno Domini predicto comparuerunt Executores Thome Bromefeld et fatentur
quod habent in suis manibus x marcas pro Antiphonali emendo et parati sunt ipsam summam deliberare
Iniunctum est eisdem ad solvendum easdem x marcas Iconomis prefate ecclesie citra festum Nativitatis Sancti
Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis vel ante ipsum festum si Iconomi dicte ecclesie requisiverint
Item Dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod heredes Stephani Bulle
composuerunt cum parochianis tam pro arreragiis quam pro redditu in futurum solvendo

Ecclia de Raynehm

xviij° Die mensis Marcii Anno Domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dixerunt quod aque-
baiulus non debite deservivit eisdem Tamen sunt parati ad satisfaciendum eidem aquebaiulo cum venerit
pro salario suo a retro existente Dicunt quod commoratur extra diocesim
Item Dictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt quod parochiani prosequuntur
executores Thome Hothe in Cancellaria coram Domino Cancellario pro dicto legato
Item Dictis die et loco comparuit Willelmus Jouett cui confitenti se habere in manibus suis tria libra
frumenti pertinentia dicte ecclesie Iniunctum est ad satisfaciendum eadem Iconomis dicte ecclesie citra festum
Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis
Item Iconomi antedicte ecclesie dixerunt quod Johannes Layne moratur extra diocesim et Dominus monuit
eosdem Iconomos ad prosequendum ipsam materiam pro interesse dicte ecclesie coram Domino Archiepiscopo

Ecclia de myddelton

xviij° Die mensis Marcii Anno Domini predicto comparuit presbiter parochialis pro parte Vicarii et dixit
quod Vicarius est licenciatus ac etiam residet in alio beneficio suo
Item Dictis die et loco Dominus Commissarius Iniunxit prefato Capellano parochiali quod cum Cimiterium
ibidem per equos aut vaccas ad eius mandatum in eodem depastum fuerit pollutum quod faciet mundari huiusmodi
defectum sub pena sequestracionis fructuum ibidem
Item Dictis die et loco comparuit Juliana Bury et dixit quod parata est et fuit ad restituendum Iconomis
et parochianis dicte ecclesie tenementum legatum eidem ecclesie Dominus Commissarius Iniunxit prefate
Juliane ad componendum et concludendum cum parochianis pro eodem citra festum Pasche proximum sub
pena excommunicationis
Item Dictis die et loco comparuit Johannes Bulle filius Stephani Bull et allegavit quod pater suus
infirmatur facta fide Dominus Commissarius prorogavit eius comparitionem usque diem Martis proximum
post Dominicam in albis proximum Quo die Veneris predictus Stephanus Bull non comparuit et Dominus
Commissarius decrevit ipsum ab ingressu ecclesie fore suspendendum Die Martis proximo post festum Sancti
Marci Evangeliste comparuit et petiit beneficium absolucionis et restitucionis Dominus Commissarius
eundem mox absolvit prestito primitus Iuramento de parendo etc. Et tunc dictus Stephanus Bull
allegavit quod ipsa materia pendet coram Domino Archiepiscopo in Cancellaria
Item Dictis die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie de Mylton et dixerunt quod Thomas Sayer

lxxxi° 80

moratur in Mallyng extra istam diocesim Dominus Commissarius commisit eandem materiam domino
Archiepiscopo
Item dicto die et loco comparuit Johannes Joy et negavit quod habuit huiusmodi verba Dominus
Commissarius iniunxit eidem ad purgandum se quarta manu die martis proximo post dominicam in albis proximo
Et consequenter predictus Johannes Joy produxit Johannem Pulle Willelmum Baron et Willelmum Umbright
quos Dominus Commissarius in compurgatores ipsius Johannis Joy admisit et ipsum Johannem sic legitime
purgatum dimisit
Item dictis die et loco comparuit Willelmus Walyres et negavit ipsum articulum sibi obiectum Dominus
Commissarius ex certis causis dimisit ipsum Willelmum per proprium iuramentum
Item dictis die et loco comparuerunt Willelmus Umbright Johannes Forsted et Willelmus Baron de
Mylton predicti carnifices et deposuerunt quod a tempore visitationis domini Archiepiscopi non habuerunt shopas
suas apertas diebus dominicis aut festivis nec vendiderunt carnes in ipsis diebus dominicis aut festivis Dominus
Commissarius iniunxit eisdem quod amodo ita faciant sub pena excommunicationis cessante causa rationabili
Item iniunctum est Iconomis predicte ecclesie ad sufficienter reparandum navem ecclesie ibidem in omnibus
reparationibus necessariis tam in plumbo quam in vitro citra festum Nativitatis beate Marie Virginis proximum
sub pena excommunicationis
Item iniunctum est eisdem Iconomis ad providendum pro nova cruce vel ad reparandum ipsam crucem citra
festum Pentecostes proximum sub pena excommunicationis
Item dictis die et loco comparuit Rosa Slatter vidua cui Dominus Commissarius obiecit articulum
quem eadem Rosa negavit et affirmavit quod ipsa detectio ex malicia erat concepta contra eam et dixit quod
nunquam habuit illa verba aut illis consimilia Dominus Commissarius monuit eandem quod de futuro non
habeat aliqua talia verba sub pena excommunicationis et sic dimisit eam
Item Iconomi predicti deposuerunt quod Nicholaus Clyfford generosus coram parochianis de Mylton composuit cum
eisdem pro denariis sancti Petri per ipsum subtractis et satisfecit

Ecclesia de Bobbyng

viij° die mensis Marcii anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Dominus
Commissarius iniunxit ad providendum pro duobus pannis lineis pro altaribus ibidem citra festum Pentecostes
proximum sub pena excommunicationis
Item predicti Iconomi deposuerunt quod cancellus eiusdem ecclesie debite reparatur
Item dictis die et loco comparuit priorissa de Mynster in Shapeia per magistrum Willelmum Mody suum
procuratorem et dixit quod ipsa priorissa non tenetur ad solucionem xxj librarum cere predicte ecclesie ut credit
Dicit tamen quod si possit probari sufficienter quod satisfaciet Iconomi predicte ecclesie produxerunt testes
ad probandum quorum deposicionibus perlectis et intellectis Dominus Commissarius monuit prefatam priorissam
ad satisfaciendum dicte ecclesie xxj lb cere subtractas a dicta ecclesia vel ad comparendum coram domino Archiepiscopo
ad dicendum causam quare ad solucionem compelli non debeat
Item Iconomi predicti deposuerunt quod Johannes Norton Thomas Cobe et Thomas Grove satisfecerunt de
salario aquebaiuli
Item Curatus ipsius ecclesie defunctus est

Ecclesia de Newenton

viij° die mensis Marcii anno domini predicto comparuit magister Willelmus Adamson vicarius de
Newenton et dixit quod Abbas de Lesnes tenetur ad reparacionem cancelli ibidem Et quia idem Abbas
est extra diocesim Dominus Commissarius commisit eam domino Archiepiscopo
Item dictus Dominus Commissarius commisit istam materiam concernentem dictum Abbatem domino Archiepiscopo
Item predictus magister Willelmus Adamson vicarius prenominatus dixit quod sufficienter reparavit vicariam
suam ibidem
Item idem magister Willelmus dixit quod residet modo in alio beneficio suo de Reynham aliquando residet in
isto
Item Dominus Commissarius commisit domino Archiepiscopo gardianos Collegii Omnium Sanctorum Oxon
Item dictis die et loco comparuit Elizabeth Claydon et dixit quod nunquam contraxit matrimonium cum Johanne
Thresshed sed cum Humfrido Guyon et matrimonium inter eos erat solempnizatum in ecclesia sancte
Katherine iuxta turrim London Dominus Commissarius dimisit eam usque alias

Decanatus de Osspringe

Ecclesia de Stallefeld

Undecimo die mensis Marcii anno domini millesimo quingentesimo undecimo In ecclesia Cathedrali Christi Cant
Domino Commissario comparuit vicarius ecclesie predicte et dixit quod ipse est in tractatu pro augmentacione
cum priore sancti Gregorii proprietario eiusdem ecclesie
Item predictis die et loco comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus Dominus Commissarius iniunxit
ad sufficienter reparandum capellam sancti Thome in ecclesia predicta citra festum Omnium Sanctorum proximum
sub pena excommunicationis
Item Iconomi predicti deposuerunt quod ipsa detectio concernens Johannem Ernest de Ottrynden pendet
coram domino Archiepiscopo Cant
Item dictis die et loco Iconomi predicte ecclesie deposuerunt quod Ricardus Goodwyn moratur in diocesi Roffen
Dominus Commissarius commisit ipsam materiam domino Archiepiscopo
Item dictis die et loco comparuit Robertus Straynsham cum confitenti se debere dicte ecclesie vjs viijd
ex legato matris sue Dominus Commissarius iniunxit ad solvendum Iconomis dicte ecclesie de Stallesfeld
ipsam summam citra festum Pentecostes proximum sub pena excommunicationis
Item dictis die et loco comparuit Johannes Straynsham de Ottrynden et assumpsit in se ad satisfaciendum
Iconomis de Stallesfeld predictis xiijs iiijd dispensandis pro anima matris sue citra festum Pentecostes
proximum ad quod perimplendum Dominus Commissarius eidem Johanni iniunxit sub pena excommunicationis

Ecclesia de Newenham

Undecimo die mensis Marcii anno domini predicto comparuerunt Iconomi ecclesie predicte et dixerunt
quod Jacobus Thomson aquebaiulus dicte parochie est remotus ab ipsa parochia quo se transtulit nesciunt

Item dictis die et loco comparuit Domina Matilda priorissa de Davington proprietaria ecclesie de Newenham priorissa de Davington, et dixit quod credit vicariam eiusdem ecclesie sufficere, et quod vicarius ibidem honeste vivit super eadem et quod ibidem perquisiunt terras et boscum, dicit tamen quod si possit probari quod est insufficiens quod concedet eidem vicario congruam portionem, postea videlicet decimo die Maii comparuit prefata priorissa et concessit predicto vicario augmentum xxvj s viij d, cum qua summa dictus vicarius contentabat.

Ecclia de Luddenham

Undecimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuit Rector ecclesie parochialis de Luddenham, cui dominus Commissarius iniunxit ad reparandum sufficienter fenestram cancelli ibidem tam in vitro quam in aliis reparacionibus necessariis citra festum sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena sequestracionis fructuum suorum.

Item dictis die et loco predictus Rector dixit quod habuit arbores crescentes in cimiterio ut bene potuit quia est sub suum. Dominus Commissarius ex consensu Rectoris assignavit Iconomis arborem sufficientem pro reparacione cimiterii ibidem.

Item dictis die et loco comparuit Robertus a Vale de Feversham et dixit quod administravit bona cuiusdam Ricardi Taylour et audivit dici quod dictus Ricardus defunctus habuit in manibus suis unam vaccam de bonis dicte ecclesie et dixit quod liberare vult unam vaccam Iconomis dicte ecclesie citra festum Penthecostes proximum futurum.

Item dictis die et loco comparuit Johannes Napleton et fatetur se habere in suis manibus unam vaccam pertinentem prefate ecclesie. Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad deliberandum eandem vaccam Iconomis predicte ecclesie citra festum sancti Georgii proximum vel ad inducendum fideiussores pro eadem ante ipsum festum sub pena excommunicationis.

Item Iconomi predicti dixerunt quod nesciunt qui fuerunt executores Johannis Colbroke qui mortui sunt. Interrogati qui habent eiusdem defuncti bona dixerunt quod nesciunt et sic dominus dimisit ipsam materiam pro defectu probationis.

Item iniunctum est Iconomis prefatis ad providendum portiforium ac processionale citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis.

Ecclia de Ospring

Undecimo die mensis Marcii Anno domini predicto Iconomi ecclesie de Ospring comparuerunt et dixerunt quod cancellus ibidem est modo in reparando et erit consummatum opus eiusdem reparacionis citra festum Pasche proximum.

Item dictis die et loco comparuit vicarius ecclesie predicte, cui dominus Commissarius iniunxit quod amodo incipiat matutinas ad horam octavam singulis diebus dominicis et festivis et subsequenter matutinis et horis finitis accedat ad missam ita quod missa sit finita in huiusmodi diebus ante horam undecimam sub pena sequestracionis fructuum suorum.

Item dictis die et loco comparuit Petrus Cadman executor testamenti Petri Crede, cui dominus Commissarius iniunxit ad solvendum Iconomis dicte ecclesie xxvj s viij d citra festum Pasche ~~ultimo~~ proximum vel ad comparendum die Jovis proximo post dominicam in albis proximam ad dicendum causam quare non. Quo die Veneris comparuerunt Iconomi predicti et dixerunt quod dictus Petrus non satisfecit dictam summam. Dominus Commissarius decrevit ipsum Petrum ab ingressu ecclesie fore suspendendum. Quinto die mensis Maii tunc proximo sequente comparuit prefatus Petrus Cadman et peciit beneficium absolucionis quem dominus Commissarius absolvit primitus per eum prestito Iuramento de parendo iuri etc. Et incontinenter idem Petrus assumpsit in se ad satisfaciendum dictam summam infra viij dies sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco Iconomi predicti dixerunt quod Alicia Howlett vidua recessit a dicta parochia ubi moratur nesciunt.

Item dictis die et loco comparuit Johannes Tomer et negavit quod frequentavit domum Margarete Hamnes. Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni quod evitet domum et consorcium prefate Margarete sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Hugo Gwanward et fatetur huiusmodi articulum et dominus Commissarius iniunxit eidem Hugoni quod duabus diebus dominicis precedat processionem ecclesie parochialis de Ospring nudis pedibus et capite cum cereo precii ij d in manu sua et quod secunda die offerat ipsum cereum ad manus curati ibidem offertorio alte misse ibidem dicendo finito sub pena excommunicationis. Postea predictus Hugo composuit ex certis causis pro tribus solidis et quatuor denariis quos incontinenter solvit et dominus Commissarius ipsum dimisit.

Ecclia de Selling

Undecimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum navem ecclesie predicte citra festum Penthecostes proximum futurum sub pena excommunicationis.

Ecclia de Stone

Undecimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuit dominus Thomas Carpinter firmarius Rectorie ibidem, cui dominus Commissarius iniunxit ad debite deserviendum cure ibidem indilate sub pena sequestracionis fructuum.

Remissa est reparacio domino Archiepiscopo defectu concernente dominum Archidiaconum.

Item iniunctum est predicto domino Thome ad reparandum cancellum ibidem citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem, vel ad monendum dominum Archidiaconum Cantuariensem vel eius procuratorem ad id faciendum citra idem tempus sub pena predicta.

Item iniunctum est eidem domino Thome pro reparacione fenestrarum ut supra.

Ecclia de Norton

Undecimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuit dominus Walterus Butler capellanus parochialis ecclesie predicte, cui dominus Commissarius iniunxit nomine ad reparandum sedilia in choro citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem et quod evitet consorcium uxoris Johannis Jenkyn prout in loco publice sub pena excommunicationis.

Item dictis die et loco comparuit Jacobus Easton executor testamenti Ricardi Easton, cui dominus Commissarius iniunxit ad solvendum Iconomis ecclesie predicte xj modios ordei citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicationis.

Ecclia de Sholdwich

Undecimo die mensis Marcii Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie et dixerunt

qd Robertus Bull de Sellyng et Reginaldus Foster de Badlesmere feoffati Reginaldi Fyssher defuncti
statum seruandum voluntatem dicti Reginaldi et executores ipsius Reginaldi composuerunt cum eisdem pro
legatis dicte ecclesie/

Item dicto die et loco comparuit vidua Willelmi Master dum vixit Civitatis Cant' et Iurauit quod nulla
bona dicti Willelmi mariti sui deuenerunt ad manus suas quod erant sequestrata per ordinarium et tunc dominus
Commissarius dimisit eam

Item dicta vidua Willelmi Master respondit huic articulo ut supra/

Item dicto die et loco comparuit vidua Roberti Symonds de Kenyngton cuius maritus suus in tanta
paupertate decessit prestito per ipsam Iuramento dominus Commissarius eam dimisit

Item dicto die et loco comparuit vicarius de Cholwythe predicte et dixit quod concordatum est inter
ipsum et dominum Abbatem Monasterij Sancti Augustini pro augmentacione pensionis sue

Item idem vicarius dixit quod magister Stephanus Iennyns composuit cum eo pro decimis suis/

Item dicto die et loco comparuerunt Iconomi ecclesie predicte quibus dominus Commissarius Iniunxit ad
reparandum clausuram Cimiterij ibidem citra festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena
xxs/

Item Iniunctum est Iconomis predicte quod sufficienter reparent Cancellum Sancte Margarete ibidem in reparacionibus
omnibus necessarijs citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena xxs

Item prefati Iconomi dixerunt quod habent omnes detractores salarium aquebajuli satisfecerunt

Ecclesia de Goodwynston

Undecimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi predicte ecclesie quibus
dominus Commissarius Iniunxit quod sufficienter reparabunt ecclesiam ac fenestras eiusdem tam in vitro quam
in alijs reparacionibus necessarijs citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena xxs/

Item dicto die et loco comparuit Robertus Johnson firmarius de Goodwynston et dixit quod paratus est
ad soluendum luminibus dicte ecclesie et ad salarium aquebajuli ibidem sicut alij parochiani soluunt/ dominus
Commissarius Iniunxit eidem ad satisfaciendum Iconomis de predictis citra festum pasche proximum sub pena xxs

Item dicto die et loco comparuit Rector de Goodwynston predicte Qui confitetur se debere dicte ecclesie
redditum xijd pro viginti annis a retro existentibus/ dominus Commissarius Iniunxit ad satisfaciendum Iconomis
predicte ecclesie ipsam summam citra festum pasche proximum sub pena xxs/

Item Iconomi predicti dixerunt quod magister Thomas Kempe miles assignauit firmario suo ad soluendum
ecclesie predicte redditum xijd annuatim/

Item dicto die et loco comparuit Willelmus Bull et fatetur se debere dicte ecclesie xijd per annum de terra
vocata Mylls lande/ dominus Commissarius Iniunxit eidem Willelmo ad satisfaciendum Iconomis ipsius
ecclesie ipsum redditum annuatim de retro sub pena xxs/ +

Item dicto die et loco comparuit Thomas Foster et dixit quod tenetur ad solucionem xijd per annum
pro terris vocatis Faydhok/ Et incontinenti obtulit Iconomis xijd pro anno vltimo elapso/ Et dominus
Commissarius Iniunxit eidem quod amodo soluat dicte ecclesie annuatim xijd sub pena xxs/

Item dicto die et loco Iconomi predicti dixerunt quod executores Willelmi Best coram parochianis
composuerunt cum eis pro redditu iiijor denariorum per annum emanantium de quadam parcella terre vocate
Brodfeld/

Item predictis die et loco Robertus Colwell comparuit et dixit quod non tenetur ad solucionem dicti redditus
iiijd per annum ecclesie de Goodwynston/ Dicit tamen quod si possit probari quod ad id tenetur quod satisfaceret
Iconomi dixerunt quod omnes occupantes ipsam parcellam terre ante dictum Robertum Colwell annuatim
soluerunt ipsum redditum bene et fideliter ecclesie predicte/ dominus Commissarius Iniunxit prefato Roberto
ad soluendum dictos iiij denarios Iconomis prefate ecclesie citra festum pasche proximum vel ad comparendum die
Iouis proximo post dominicam in albis proximam ad dicendum causam racionabilem siquam pro se habeat quare
ad solucionem compelli minime debeat/ Quo die veniente comparuerunt Iconomi predicti et affirmarunt
quod dictus Robertus satisfecerit/

Ecclesia de Luddenham

Undecimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie de Luddenham
quibus dominus Commissarius Iniunxit ad prouidendum portiforium et processionale citra festum Natiuitatis
Sancti Johannis Baptiste sub pena xxs/

Ecclesia de Bocton blean

Undecimo die mensis Marcij Anno domini predicto comparuit Willelmus Norton de Feversham nomine
Helene vxoris sue olim vxoris Symonis Warnecombe et executricis testamenti eiusdem dum vixit
de Feversham predicti et petijt copiam articuli sibi nomine vxoris sue obiecti/ dominus Commissarius
assignauit sibi copiam et monuit eundem Willelmum ad comparendum die Iouis proximo post dominicam in albis
proximam ad respondendum eidem articulo/ Quo die veniente comparuit prefatus Willelmus et dixit quod non
tenetur ad solucionem xxvjs viijd et dedit responsum suum in scriptis/ Et consequenter Iconomi ecclesie
parochie de Bocton Blean ibidem assumpserunt in se ad probandum quod predictus Symon Warnecombe promisit
se soluturum ecclesie de Bocton predictam summam die Iouis proximo post dominicam in albis proximam/ Quo die
veniente comparuerunt Iconomi predicti et produxerunt Johannem Tenaker seniorem/ Thomam Hamond
Jacobum Tenaker et Johannem Elston quos in presencia Willelmi Norton mariti prefate Helene dominus
Commissarius admisit et iurare fecit ac examinari quorum dictis et deposicionibus visis et intellectis dominus
Commissarius Iniunxit prefato Willelmo Norton ad comparendum die mercurij videlicet xxjo die mensis
Julij ad audiendum eiusdem domini Commissarij voluntatem et decretum inter vxorem eius ac Iconomos
et parochianos de Bocton predicte/ Quo die adueniente comparuit prefatus Willelmus Norton/ Cui
dominus Commissarius Iniunxit ad satisfaciendum dictam summam vel ad comparendum coram domino
Archiepiscopo ad dicendum causam quare ad solucionem compelli non debeat/

Item dicto die et loco comparuit Johannes Cokke et fatetur quod ecclesia de Bocton et Iconomi eiusdem
participant annuatim de terris vocatis Northfeld xijd pro denarijs Sancti Petri/ dominus Commissarius
Iniunxit eidem Johanni ad soluendum dictos xijd Iconomis dicte ecclesie citra festum Sancti Johannis Baptiste
proximum sub pena xxs/

Item dicto die et loco comparuit magister Johannes Richardson procurator Abbatis et Conuentus
Monasterij Sancti Saluatoris de Feuersham et petijt copiam articuli et assumpsit in se ad exhibendum

responsum in scriptis die mercurij prox post dominicam in albis prox / Quo die veniente comparuit prefat
magister Johannes procurator prenominat et exhibuit responsum negativum in scriptis penes tunc ibm vicar
de Boston predict / Et incontinenti predict magister Johannes Richardson assumpsit in se ad introducendum
et exhibendum compositionem quod dict vicarius non tenetur percipere aut habere aliquas decimas de [illegible]
Dominus Commissarius assignavit sibi ad exhibendum huiusmodi compositionem die Jovis prox post festum
Corporis xpi prox / Quo die veniente quia predict procurator mortuus erat / Dominus Commissarius continuavit
istam materiam usque xxjmum diem mensis Novembris prox / Adveniente ipso xxjo die Novembris comparuit personaliter
Abbas de Feversham et exhibuit compositionem realem qua lecta et bene concepta Dominus Commissarius dimisit
prefatum Abbatem /

Ecclia de Ore

Undecimo die mensis Marcij Anno Domini predict Yconomi eccle comparuerunt et dixerunt quod executores
Henrici Baker commorantur extra dioc / Et Dominus Commissarius remisit eos Dno Archiepo
Item dict die et Anno comparuit Johannes Hornesley et fatetur se debere dict ecclesie pro legato Johanne
Hornesley tres libras / Et Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad solvend dict summam Yconomis
predict ecclesie citra festum Assumptionis beate Marie Virginis prox sub pena excom
Item dict die et loco comparuit Johannes Crale et confessus est se debere eccle predict vjs viijd / et
est paratus satisfacere / Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni ad solvendum Yconomis predicte
eccle eandem summam citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste prox futur sub pena excom

Ecclia de Preston

Undecimo die mensis Marcij Anno Domini predicto comparuit Abbas de Feversham per magistrum Johem
Richardson suum procuratorem cui Dominus Commissar iniunxit ad sufficienter reparandum cancellum ibm
in omnibus reparacionibus necessarijs citra festum Assumptionis beate Marie Virginis prox futur sub pena
sequestracionis fructuum ibm
Item iniunctum est prefat procuratori ad reparandum predictum cancellum in tectura citra festum predict
sub pena sequestracionis ut supra
Item dict die et Anno loco comparuerunt Yconomi predict eccle quibus Dominus Commissarius iniunxit
ad reparandum clausuram Cimiterij ibm et ad custodiendum eundem ab animalibus qualibz citra festum Nativitatis
Sancti Johannis Baptiste prox sub pena excom /
Item predicti Yconomi dixerunt quod Officialis Dni Archidi Cant assignavit eis ad faciendum assessionem
super terris tent infra dictam paroch pro reparacione dict eccle et ad sufficienter reparandum eandem
ecclesiam citra festum Sancti Michaelis Archi prox / Dominus Commissar iniunxit eisdem ad parendum
huiusmodi iniunctionibus sub pena excom
Item iniunctum est prefate Yconomis ad reparandum fenestras dict ecclesie citra festum Assumptionis
beate Marie Virginis prox sub pena excom
Item dict die et loco comparuit Willelmus Dooke et dixit quod satisfecit Willmo ffornoker pro tanta
sua / tamen negat quod commisit crimen adulterij cum uxore eiusdem Willmi / Dominus Commissarius
iniunxit ei ad purgandum se quarta manu die mercurij prox post dominicam in albis prox / Quo die
adveniente comparuit prefat Willelmus Dooke et cum numero sibi assignato legitime se purgavit et di
Item dict die et loco prior eccle xpi Cant per Thesaurarium eiusdem ecce comparuit et dixit
quod non tenetur ad solucionem decimarum pro silva vocat Haggrygwode / Et dicit quod paratus est
respondere vicario eccle predict in iure etc Et Dominus Commissar dimisit eos /

Ecclia de Tenham

Undecimo die mensis Marcij Anno Domini predict comparuit Robertus a Vale et dixit quod administrat
bona Johannis Drayton et quod huiusmodi bona non extenderunt ad solucionem debitorum suorum Dicit tamen
quod paratus est satisfacere Yconomis predict ecclesie secundum ratam / Dominus Commissarius iniunxit
eidem Roberto ad computandum cum parochianis dict eccle citra festum Penthecostes prox sub
pena excom
Item dict die et loco comparuit Johannes Wynd de Feversham et dixit quod vendidit tenementum
et terras Johannis Norman pro xx marc cuidam Thome Burge de Tenham / Et dicit quod dict
Thomas dedit sibi quinque marcas pro regardo de predict x marc debit dict eccle satisfecit lis
iiijd et quod remanet in manibus suis xls / Et dicit quod dict solucionis dict summe sunt in festo
Nativitatis Sancti Johannis Baptiste prox xvs / In festo Purificationis tunc prox xvs / et in
festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste tunc prox xvs / Dominus Commissarius iniunxit eidem
Johanni Wynd ad solvendum Yconomis dict eccle xxs / citra festum Nativitatis Sancti Johannis Bapt
et xxs in festo Sancti Michaelis Archi prox tunc sequen sub pena excom
Item dict die et loco comparuerunt executores testamenti Roberti Hayward et fatetur huiusmodi legat
et debita dicte ecclesie Et Dominus Commissar iniunxit eisdem executoribus ad providendum huiusmodi
crucem citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste prox / Item ad solvend Yconomis dict
ecclesie vjs viijd legat ad emendacionem campanarum / Item ad satisfaciendum prefatis Yconomis
xxs pro sepulturis Willmi Hayward et uxoris eius et Roberti Hayward citra festum Assumptionis
beate Marie Virginis prox sub pena excom /
Item Yconomi dict ecclesie dixerunt quod huiusmodi consuetudo bene servatur
Item dict die et loco comparuit Katharina Chirche vidua et dicit quod habet administracionem bonorum
mariti sui defuncti et quod expendidit et solvit ultra summam Inventarij x li Dicit etiam quod nunquam audivit
de huiusmodi debito ecclesie predict nec credit verum debitum esse /
Item dict die et loco comparuit Thomas Knyght et fatetur quod habet in manibz suis vjs viijd
de bonis Ric Goodyn / Dominus Commissarius iniunxit eidem Thome ad satisfaciendum Yconomis
predict ecclesie ipsam summam citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste prox sub pena
excom /
Item dict die et loco comparuit Symon Felke et dicit quod paratus est satisfacere Yconomis predict
ecclesie xxvjs iiijd cui Dominus Commissarius ad solvendum citra festum Pasche prox sub pena
excommunicationis
Item iniunctum est executoribus Roberti Hayward ad solvend Yconomis dict eccle xxvjs viijd debit
dict ecclesie per prefatum Robertum citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste prox sub
pena excommunicationis

Item dicto die et loco comparuit Jacobus Abraham de Lynstede et fatetur se debere Iconomis dicte ecclesie de Tenham vj s viij d. Dominus Commissarius iniunxit eidem Jacobo ad satisfaciendum Iconomis predictis ipsam summam citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis.

Item dicto die et loco comparuit Magister Johannes Colman et dixit quod ipsa summa remanet in manibus Roberti Hayward. Dominus Commissarius iniunxit executoribus dicti Roberti ad solvendum Iconomis dicte ecclesie ipsam summam citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena excommunicacionis.

Item dicto die et loco comparuerunt Willelmus Petton et Willelmus Wreke et dixerunt quod Ricardus Todde legavit ecclesie de Tenham xx s pro superpelliciis emendis. Dicunt etiam quod domus unde huiusmodi legatum crescebat non est vendita. Et in defectu Thome fflormenger de Sydyngbourn Dominus Commissarius decrevit ipsum Thomam vocandum fore erga diem Mercurii proximum post Dominicam in albis proximum. Quo die veniens comparuit prefatus Thomas fflormenger cui Dominus Commissarius iniunxit ad vendendum dictam domum et ad satisfaciendum Iconomis predicte ecclesie dictum legatum citra festum Sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena excommunicacionis.

Item dicto die et loco comparuit Willelmus Roper de Harnetysham et fatetur quod habet in manibus suis terras quas olim Robertus Norwood habuit in parochia de Tenham de quibus ecclesia de Tenham percipiet annuatim vj d. Dominus Commissarius iniunxit eidem Willelmo ad solvendum ipsam summam Iconomis dicte ecclesie citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis.

Item dicto die et loco comparuit Ricardus Walter cui confitenti se habere terram vocatam Willowes Dominus Commissarius iniunxit ad solvendum Iconomis dicte ecclesie xij d pro duobus annis aretro existentibus de redditu dicte ecclesie et annuatim vj d amodo sub pena excommunicacionis.

Item Dominus Commissarius remisit comperta cantarie de Tenham Domino Archiepiscopo.

Item dicto die et loco Dominus Commissarius iniunxit Magistro Johanni Colman Receptori Domini Archiepiscopi Cant' Rectoris de Tenham ad sufficienter reparandum cancellum ibidem tam in tectura quam in vitro citra festum Sancti Michaelis Archangeli proximum sub pena sequestracionis fructuum ibidem.

Item dicto die et loco comparuit Thomas Roper et dicit quod satisfecerit aquebaiulo ibidem pro salario suo vj s pro ij annis aretro existentibus.

Item idem Thomas dicit quod solvit sacriste eiusdem ecclesie xij d pro stipendio suo pro duobus annis.

Item predicto die et loco comparuit Thomas King de Upchurche et fatetur quod habet in dicta parochia de Tenham unum tenementum. Dominus Commissarius iniunxit eidem Thome ad solvendum salarium aquebaiuli ibidem aretro existentem videlicet xij s citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena excommunicacionis.

Item iniunctum est eidem Thome King ad satisfaciendum v s sacriste ibidem pro stipendio suo citra dictum festum sub pena excommunicacionis.

Item dicto die et loco comparuerunt Iconomi dicte ecclesie quibus Dominus Commissarius iniunxit ad reparandum clausuram cimiterii ibidem citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis.

Item iniunctum est predictis Iconomis ad sufficienter reparandum fenestras navis ecclesie ibidem in vitro citra festum Assumpcionis beate Marie proximum sub pena excommunicacionis.

Item iniunctum est executoribus Roberti Hayward ad providendum capellanum idoneum ad celebrandum in ecclesia de Tenham pro anima dicti Roberti continue quamdiu huiusmodi fundus duraverit et quod provideant eum ad incipiendum huiusmodi fundum in festo Pasche proximum sub pena excommunicacionis.

Ecclesia de Otrenden

Undecimo die mensis Marcij Anno Domini predicto comparuit Thomas Burton et fatetur quod habet in manibus suis quatuor oves matrices de bonis dicte ecclesie et intendit computare cum Iconomis dicte ecclesie. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad computandum et satisfaciendum Iconomis dicte ecclesie citra festum Sancti Georgij proximum sub pena excommunicacionis.

Item dicto die et loco comparuit Symon Pakman cui Dominus Commissarius iniunxit ad solvendum Iconomis dicte ecclesie xxiij s existentes in manibus suis de bonis dicte ecclesie citra festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximum sub pena excommunicacionis.

Item dicto die et loco comparuit Johannes Cooper et dicit quod non est executor testamenti Johannis Cooper patris sui nec aliqua bona patris sui devenerunt ad manus suas. Prestito iuramento Dominus Commissarius dimisit eum.

Item dicto die et loco comparuerunt Johannes Sharpe et Godfredus Sharpe filij naturales Johannis Sharp et dixerunt quod non noverunt quod eorum pater habebat in manibus suis vj oves de bonis dicte ecclesie. Tamen dicunt quod si possit probari quod habuit restituerent. Dominus Commissarius iniunxit Iconomis dicte ecclesie ad probandum die Mercurij proximum post Dominicam in albis proximum. Adveniente vero dicto die Mercurij videlicet xxij^do die mensis Aprilis comparuerunt Iconomi predicti et produxerunt Ricardum Clerk, Cristianum Pakenham et Thomam Burton in testes quibus admissis et iuratis deposuerunt quod Johannes Sharpe defunctus ante mortem suam fatebatur quod habuit in manibus suis vj oves de bonis dicte ecclesie. Dominus Commissarius iniunxit prefatis Johanni Sharp et Godfredo Sharp ad satisfaciendum Iconomis dicte ecclesie dictas vj oves matrices citra festum Sancti Michaelis Archangeli proximum futurum sub pena excommunicacionis.

Item dicto die et loco comparuit Robertus Norys de Magna Charte et dicit quod est in tractatu tam pro duabus vaccis quam pro proficuis earundem et quasi concordes, et Iconomi dicte ecclesie id affirmarunt et sperant de concordia.

Ecclesia de Dodington.

Undecimo die mensis Marcij Anno Domini predicto comparuerunt Iconomi dicte ecclesie et dicunt quod non tenentur ad exhibicionem calicis, librorum aut vestimentorum ut credunt. Dominus Commissar'

Iniunxit eisdem Iconomis ad providendum calicem libros et vestimenta pro pro predict ecclia citra festum sancti Michaelis arche prox vel ad comparendum die iuris prox post dict festum sancti Michaelis ad allegandum causam quare compelli non debeant sub pena excom.

Item dominus Commissarius iniunxit eisdem Iconomis ut supra pro reparacione dict ecclesie

Ecclia de Lynstede

Undecimo die mensis Marcii anno dni predict comparuerunt Iconomi predict ecclesie et dixerunt quod ecclesia ibm bene deservitur

Item dict die et loco comparuit dominus Robertus Devont Capellanus et dicit quod habet ibm annale stipend pro anima / Dicit etiam quod tempore vacacionis vicarii ibm deservivit cure ad assignacionem dni Officialis / Dicit etiam quod est ibm continue in parochia et pernoctat in vicaria et paratus in omnibus horis ad ministrandum sacramenta et alia necessaria parochianis ibm.

Item dict dominus Robertus dicit quod habuit iniunctionem a dno Archiepo pro ista detectione dominus Commissarius iniunxit eidem ad parendum huiusmodi iniunctionibus sub pena iuris.

Item dict die et loco comparuit Johannes Wryston et fatetur quod aliquando absentat se a dict ecclia Dominus Commissarius iniunxit eidem Johanni quod frequentat suam ecclesiam paroch diebus dnicis et festivis tempore divinorum sub pena excom.

Item dict die et loco comparuit Elizabeth Myller et fatetur quod debet dict ecclie xxd pro cereis ardentibus in die sepulture mariti sui. Dominus Commissarius iniunxit eidem Elizabeth ad satisfaciendum ipsam summam citra festum Nativitatis sancti Johannis Baptiste prox sub pena excom

Item dict die et loco [illegible] Johannes Colman Receptor dni Archiepi dicit quod dict summa vjs viijd remanet in manibus Roberti Hayward / Dominus Commissarius iniunxit executoribus dict Roberti Hayward tunc presentibus ad satisfaciendum dict summam Iconomis dict ecclie citra festum Assumptionis beate Marie Virginis prox sub pena excom.

Item iniunctum est predict executoribus ad solvendum Iconomis dict ecclesie de Lynstede vjs viijd debitos eidem ecclesie per prefatum Robertum citra festum Assumptionis beate Marie Virginis prox sub pena excom

Ecclia de Gimveney

Undecimo die mensis Marcii anno dni predict comparuit ffirmarius Rectorie ibm nomine proprietar ibm videlt Prior sancte Marie Overey London / Cui dominus Commissar iniunxit ad reparandum ostium ducens a vicaria in Cancellum ibm citra festum Nativitatis sancti Johannis Bapte prox sub pena fructuum ibm.

Item dict die et loco comparuerunt Iconomi dict ecclesie quibus dominus Commissarius iniunxit ad sufficienter reparandum tam muros dict ecclesie quam tectum eiusdem citra festum sancti Michaelis Archangeli prox futur sub pena excom

Item iniunctum est firmario Rectorie ibm nomine proprietariorum ibm ad reparandum fenestram vitrialem in oriente Cancelli ibm citra festum Assumpcionis beate Marie prox sub pena sequestracionis fructuum eiusdem

Item iniunctum est eidem firmario ad reparandum Cancellum dict ecclesie in tectura citra festum Nativitatis sancti Johannis Bapte prox sub pena predict

Item dict die et loco comparuit Willelmus Sherwode et dicit quod composuit cum Iconomis dict ecclesie / Et Iconomi id affirmarunt

Item Iconomi predict dixerunt quod heredes Johannis Mynfeld composuerunt cum parochianis.

Item dict die et loco comparuit executor testamenti Johannis Mynfeld videlicet Thomas Myrt et dicit quod domus et terre disposit vendicioni per voluntatem dict Johannis modo venduntur et composuit cum Iconomis dict ecclesie / Et Iconomi id affirmarunt

Item Iconomi predict ecclesie dixerunt quod [illegible] Edmundi Martyn recessit [illegible] quo se transtulit nesciunt.

Item dominus Commissarius iniunxit prefatis Iconomis ad reparandum portiforum et manuale que sunt modo in dict ecclesia vel ad providendum nova citra festum Pasche prox sub pena excommunicacionis.

Item dict die et loco comparuit Willelmus Tyler et dicit quod habet in manibus suis de bonis dict ecclesie quantum nescit / sed dicit quod non habet tantum quantum compertum est. Dominus Commissarius iniunxit eidem ad computandum cum Iconomis dict ecclesie et ad satisfaciendum eisdem summam remanentem in suis manibus post suum compotum citra festum Penthecostes prox sub pena excom

Item dict die et loco dominus Commissarius iniunxit vicario de Gimveney ad monendum parochianos suos quod debent frequentare suam ecclesiam paroch in tempore divinorum et quod sint in ecclesia in principio servicii sub pena iuris

Ecclia de Harnehill

Item predict undecimo die mensis Marcii anno dni predict comparuit Magister Johannes Goodhewe Magister Collegii de Rey / Cui dominus Commissarius iniunxit quod non frequentat domum habitacionis Johannis Stephyn et quod vitet consortium uxoris Johannis predicti in locis publicis sub pena excom

Item dict die et loco dominus Commissarius iniunxit Johanni Symondes quod vitet consortium Johannis Percyvale in locis prohibitis sub pena excom

Ecclia de Harty

Undecimo Die mensis Marcij Anno Dni predict comparuit Dna Matildis Priorissa de Davington et dicit quod non est ibi mansum pro presbitero parochiali nec tenetur ad edificand mansum ibm ut credit. Dominus Commissarius Iniunxit eidem Domine Matilde priorisse quod edificet mansum pro capellano paroch ibm seu prouideat pro domo pro eodem capellano infra duos annos a festo Sancti Michis Archi prox futur sub pena sequestracionis fructuum ibm nisi interim licenciam obtinuerit a dno Archiepo/

Item dict Domina Matildis priorissa dicit quod credit quod non tenetur ad reparacionem alicuius partis Cimiterij ibm tamen dicit quod si possit probari quod tenetur reparabit. Dominus Commissar Iniunxit Iconomis dict ecclesie ad probandum vel reparand huiusmodi partem citra festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste prox sub pena xxs

Ecclia de Dodington

Undecimo Die mensis Marcij Anno Dni predict comparuit Dominus Johannes vicarius de Dodington. Cui Dominus Commissarius Iniunxit ad reparandum vicariam suam ibm citra festum Sancti Michis Archi prox sub pena sequestracionis fructuum ibm. Et etiam quod moretur in vicaria sua et non in aliis domibus suspectis sub pena Juris

Item dict die et loco comparuit Thomas Okenfold executor testamenti Roberti Batcheler et fatetur quod debet dict ecclesie pro legat dict Roberti quinque marc. Dominus Commissar Iniunxit eidem Thome ad soluendum Iconomis dict ecclesie ipsam summam citra festum Assumpcionis beate Marie prox sub pena xxs/

Item dict die et loco comparuerunt Iconomi dict ecclesie quibus Dominus Commissarius Iniunxit ad reparandum sufficienter tam muros ecclesie predict quam navem eiusdem in tectura citra festum Sancti Michaelis Archi prox sub pena xxs./

Ecclia de ffeuersham

Undecimo Die mensis Marcij Anno Dni predict comparuerunt Johannes Derno et Johannes Pokyn executores testamenti Ricardi Lull dum vixit de ffeuersham predict quibus Dominus Commissar Iniunxit ad soluendum Iconomis dict ecclie xls vjd pro debit dict Ricardi citra festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste prox sub pena xxs/

Item dict die et loco comparuit Robertus Wydrot et negauit tale debitum. Dominus Commissar Iniunxit eidem Roberto ad soluendum dictum debitum xxs citra festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste prox vel ad probandum solucionem die Martis prox post festum Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste prox/ Quo die adueniente comparuerunt executores testamenti prefat Roberti Wydrot et exhibuerunt acquietanciam de solucione dict xxs Et sic Dominus Commissarius dimisit eos/

Item dict die et loco comparuit Godlena relicta Roberti Dode et dicit quod soluit huiusmodi debitum John Brode Iconomo dict ecclesie/ Et Johannes Brode id affirmauit

Item dict die et loco comparuit Galfridus Brethe Ciuitatis Cantuariensis et fatetur tale legat dicit tamen quod perimpletum est prestito Juramento Dominus Commissar dimisit eum

Item dict die et loco comparuit Margareta Heow et dicit quod contenta in eodem articulo sunt vera tamen dicit quod Capellanus celebrauit per xviij annos de predict viginti annis/ Dominus Commissar Iniunxit eidem Margarete ad prouidendum Capellanum citra festum Annunciacionis beate Marie prox ad celebrand dict duos annos residuos sub pena xxs/

Item prefata Margareta fatetur quod restat in manibus suis quadraginta libr legat per Edwardum Thomasson predict ecclesie/ Dominus Commissarius Iniunxit eidem Margarete quod soluat singulis annis v li Iconomis dict ecclesie ad reparacionem eiusdem quousque dict summa xl li sit soluta sub pena xxs

Item Iconomi predict ecclie deponunt quod negocium inter Rosam Lacy et Robertum Whitlock Johem Sole et Willmum Sparrowe pendet in Jure coram/

Item preconizat Margareta Heow dicit quod non habet in suis manibus dict summam v li/ Quia exposuit totum legatum Edwardi Thomasson ad sectam vestimentorum ut patet per compotum suum inde factum./

Visitacio decanatus de Arcubus London

Secundo die mensis decembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo prescriptus Reverendissimus in Christo pater dominus Willelmus archiepiscopus Cant visitavit clerum et populum decanatus de Arcubus London sue et ecclesie sue Christi Cant iurisdictionis immediate in ecclesia beate marie de Arcubus Recepto primo certificatorio sigillo decani dicti decanatus sigillato de et super monitione in ea parte per dictum Reverendissimum patrem eidem decano pro huiusmodi visitatione exercenda directa, Ac sermone facto per egregium virum Magistrum Rowlandum Philippis in sacra theologia bacchallarium etc.

Deinde dominus Reverendissimus pater continuavit huiusmodi suam visitationem sic ut premittitur inchoatam pro reformatione criminum et delictorum in huiusmodi sua visitatione compertorum et detectorum etc. Ac pro aliis causis licitis ipsum Reverendissimum patrem et iurisdictionem suam predictam concernentibus usque ad et in primum diem mensis Septembris extunc proximo futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius videbitur expedire etc.

Visitacio decanatus de Shoreham

Decimo tercio die mensis decembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo prescriptus Reverendissimus in Christo pater dominus Willelmus archiepiscopus Cant visitavit clerum et populum decanatus de Shorham sue et ecclesie sue Christi Cant iurisdictionis immediate in ecclesia parochiali de Sevenok Recepto primo certificatorio sigillo decani dicti decanatus sigillato de et super monitione in ea parte per dictum Reverendissimum patrem eidem decano pro huiusmodi visitatione exercenda directa. Ac sermone facto per egregium virum Magistrum Thomam Welles sacre theologie professorem assumpto pro themate Benedictus qui venit in nomine domini etc.

Deinde dominus Reverendissimus pater continuavit huiusmodi suam visitationem sic ut premittitur inchoatam pro reformatione criminum et delictorum in huiusmodi sua visitatione compertorum et detectorum Ac pro aliis causis licitis ipsum Reverendissimum patrem et iurisdictionem suam predictam concernentibus usque ad et in primum diem mensis Septembris extunc proximo futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius videbitur expedire etc.

Visitacio decanatus de Croydon

Decimo quarto die mensis January Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo prescriptus Reverendissimus in Christo pater dominus Willelmus archiepiscopus Cant visitavit clerum et populum decanatus de Croydon sue et ecclesie sue Christi Cant iurisdictionis immediate in ecclesia parochiali de Croydon Recepto primo certificatorio sigillo decani dicti decanatus sigillato de et super monitione in ea parte per dictum Reverendissimum patrem eidem decano pro huiusmodi visitatione exercenda directa Ac sermone facto per egregium virum Magistrum Clementem Browne sacre theologie professorem assumpto pro themate Renovamini spiritu sancto etc.

Deinde dominus Reverendissimus pater continuavit huiusmodi suam visitationem sic ut premittitur inchoatam pro reformatione criminum et delictorum in huiusmodi sua visitatione compertorum et detectorum etc. Ac pro aliis causis licitis ipsum Reverendissimum patrem et iurisdictionem suam predictam concernentibus usque ad et in primum diem mensis Septembris extunc proximo futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius videbitur expedire etc.

Visitacio prioratus canonicorum de Combewell

Willelmus permissione divina Cant archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis Legatus Venerabili viro Magistro Cutberto Tunstall utriusque iuris doctori Cancellario nostro Ac nostre Audientie causarum et negociorum Auditori, Salutem gratiam et benedictionem, Suscepti cura Regiminis nos compellit ut vicia extirpando Ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos tantis et tam arduis et urgentibus negotiis ecclesiam Anglicanam ac Regem et Regnum concernentibus impresentiarum taliter prepediti sumus prout deo auspice similiter erimus in futurum quominus visitationem nostram generalem in prioratu canonicorum de Combwell nostre Cant diocesis personaliter exercere valeamus, De tuis fidelitate circumspectione et industria in hiis et aliis plurimum confidentes te commissarium nostrum ad infrascripta ordinamus deputamus et constituimus per presentes. Ad visitandum dictum prioratum canonicorum de Combwell tam in capite quam in membris. Necnon ad inquirendum de et super quibuscumque excessibus criminibus seu delictis quibuscumque ibidem commissis quorum inquisitio visitatio cognitio correctio et punitio ad forum ecclesie et ad nos de iure consuetudine seu prerogativa nostris poterunt pertinere, prout ea ibidem reperta detecta et indicata corrigendum et canonice puniendum Ac computum de statu totius prioratus predicti recipiendum Necnon omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum que de iure facienda fuerint in ea parte, Et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna tibi vices nostras committimus [illegible] insuper canonice potestate censuras ecclesiasticas canonice fulminandi, In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, Dat in Manerio nostro de Knoll xxvjto die mensis May Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo, Et nostre Translationis Anno Nono.

Tercio die mensis Junij Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo In domo capitulari

Prioratus de Combwell Cant. dioc. predictus Magister Cuthbertus Tunstall commissarius dicti Reverendissimi patris sufficienter et legitime in ea parte deputatus visitavit dictum prioratum tam in capite quam in membris. Recepto primo certificatorio sigillo communi dicti prioratus sigillat. Ac sermone finito per Magistrum Clementem Browne sacre theologie professorem. Quam quidem visitacionem sic ut prefertur auctoritate dicti Reverendissimi patris per prefatum commissarium factam et exercitam dicti prior et conventus humiliter prout decuit susceperunt et eidem subierunt et agnoverunt etc. Et continuavit huiusmodi visitacionem etc. usque ad et in primum diem Septembris proxime etc.

Commissio facta venerabili viro magistro Cuthberto Tunstall utriusque iuris doctori ad visitandum Collegium de Southmallyng ac decanat. de Pagham Terryng et Southmallyng

Willelmus permissione divina Cant. Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus venerabili viro Magistro Cuthberto Tunstall utriusque iuris doctori cancellario nostro ac nostre audiencie causarum et negociorum auditori, salutem graciam et benediccionem. Suscepti cura regiminis nos compellit ut vicia extirpando ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos tantis et tam arduis et urgentibus negociis ecclesiam Anglicanam ac Regem et Regnum concernentibus impresenciarum taliter prepediti sumus prout de verisimili erimus in futuro quominus visitacionem nostram generalem ecclesie nostre collegiate de Southmallyng ac decanatuum de Pagham Terryng et Southmallyng nostre iurisdiccionis immediate personaliter exercere valeamus de cuius fidelitate et circumspeccionis industria plene confidentes te commissarium nostrum preficimus constituimus et eciam deputamus omnemque et omnimodam iurisdiccionem spiritualem et ecclesiasticam dictorum decanatuum ipsiusque iurisdiccionis exercicium tibi committimus per presentes ad visitandum dictam ecclesiam collegiatam ac ecclesias et capellas dictorum decanatuum ac clerum et populum earundem. Et ad inquirendum et cognoscendum de et super criminibus excessibus et delictis quibuscumque per subditos predictorum ecclesie collegiate et decanatuum qualitercumque commissis seu committendis. Ipsaque et eas cum suis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis quibuscumque corrigendum puniendum et canonice reformandum. Necnon rectores et vicarios ecclesiarum dictorum decanatuum ad personaliter residendum per quascumque censuras ecclesiasticas canonice compellendum. Necnon ad approbandum testamenta ultimasque voluntates quorumcumque infra dictos decanatus decedencium administracionemque bonorum et debitorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestato decedencium in dictis decanatibus existencium illis quibus de iure vel consuetudine fuerit in debita iuris forma committendum. Ac de administracione huiusmodi compotum fideliter audiendum. Et administracione huiusmodi completo compoto rite et realiter recepto acquietanciam in ea parte faciendum et liberandum. Ac ad sequestrandum in debita iuris forma fructus et proventus ecclesiarum quarumcumque ac cetera bona subditorum predictorum pro locis et temporibus oportunis quociens et quando de iure necessarium fuerit vel oportunum et sequestrata huiusmodi custodiendum seu faciendum per alios custodiri. Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate. Et ad nostrum beneplacitum tantummodo duratur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in Manerio nostro de Lamehith primo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo, Et nostre translacionis Anno Nono. Quam quidem commissionem idem magister Cuthbertus in se acceptavit xix° die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo in ecclesia omnium sanctorum de Palenta civitatis Cicestren. et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum eiusdem etc.

Visitacio decanatus de Pagehm

Item dicto decimo nono die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo xii° in dicta ecclesia omnium sanctorum in Palenta civitatis Cicestren. predictus Magister Cuthbertus Tunstall commissarius prescripti Reverendissimi patris in ea parte sufficienter et legitime deputatus etc. visitavit clerum et populum decanatus de Pagehm. Recepto primo certificatorio sigillo decani dicti decanatus sigillat. de et super monicione in ea parte per dictum Reverendissimum patrem eidem decano pro huiusmodi visitacione exercenda directa. Ac sermone finito per egregium virum Magistrum Clementem Browne sacre theologie professorem, assumpto pro themate Omne quod natum est a deo vincit mundum etc. Deinde dictus dominus commissarius continuavit visitacionem dicti Reverendissimi patris sic ut premittitur per prefatum dominum commissarium inchoatam et exercitam etc. usque ad et in festum purificacionis beate Marie virginis proxime futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius videbitur expedire etc.

Visitacio decanatus de Terryng

Vicesimo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo in ecclesia parochiali de Terryng antedictus Magister Cuthbertus Tunstall commissarius prescripti Reverendissimi patris in ea parte sufficienter et legitime deputatus etc. visitavit clerum et populum decanatus de Terryng. Recepto primo certificatorio sigillo decani dicti decanatus sigillat. de et super monicione in ea parte per dictum Reverendissimum patrem eidem decano pro huiusmodi visitacione exercenda directa. Ac sermone finito per egregium virum Magistrum Clementem Browne sacre theologie professorem assumpto pro themate Hec est victoria que vincit mundum fides vestra etc./

Deinde antedictus dominus commissarius continuavit visitacionem dicti Reverendissimi patris sic ut premittitur per prefatum dominum commissarium inchoatam et exercitam etc. usque ad et in festum purificacionis beate marie virginis proxime futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius videbitur expedire etc./

Visitacio decanatus de Southmallyng

Vicesimo secundo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo in Ecclesia Collegiata de Southmallyng Magister Cutbertus Tunstall predictus commissarius prescripti Reverendissimi patris in ea parte sufficienter et legitime deputatus etc. visitavit clerum et populum decanatus de Southmallyng Recepto primitus certificatorio sigillo decani dicti decanatus sigillat' de et super monicione in ea parte per dictum Reverendissimum patrem eidem decano pro huiusmodi visitacione exercenda directa. Ac sermone finito per egregium virum Magistrum Clementem Browne sacre theologie professorem assumpto pro themate Expurgate vetus fermentum etc./

Deinde prefatus commissarius continuavit visitacionem dicti Reverendissimi patris sic ut premittitur per prefatum dominum commissarium inchoatam et exercitam etc. usque ad et in festum purificacionis beate Marie virginis proxime futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius videbitur expedire etc./

Visitacio Collegii de Southmallyng

Vicesimo secundo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo in domo capitulari ecclesie Collegiate de Southmallyng ecclesie Christi Cant' iurisdictionis immediate prefatus Magister Cutbertus Tunstall commissarius prescripti Reverendissimi patris sufficienter et legitime in ea parte deputatus visitavit dictam ecclesiam Collegiatam tam in capite quam in membris Recepto primitus certificatorio sigillo communi dicte ecclesie collegiate sigillat' ac sermone finito per Magistrum Clementem Browne sacre theologie professorem quam quidem visitacionem sic ut prefertur auctoritate antedicti Reverendissimi patris per prefatum commissarium factam et exercitam dicti decanus et capitulus humiliter prout debuit tunc et ibidem subierunt et agnoverunt etc.

Commissio facta discreto viro Magistro Thome Myllyng utriusque iuris baccallario ad visitandum decanat' de Borkyng et Ryseberygh

Willelmus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Dilecto nobis in Christo Magistro Thome Millyng utriusque iuris baccallario Salutem graciam et benediccionem. Suscepti cura regiminis nos compellit ut vicia extirpando ac virtutes plantando nostri officii debitum quantum cum deo possumus implere nitamur. Et quia nos variis et tam arduis et urgentibus negociis ecclesie anglicane ac Regem et Regnum concernentibus impresenciarum taliter prepediti sumus quod ut de verisimili credimus in futurum quominus visitacionem nostram ordinariam decanatuum de Borkyng et Rysebergh nostre iurisdictionis immediate personaliter exercere valeamus. De tuis fidelitate et circumspectionis industria plene confidentes te commissarium nostrum preficimus constituimus et eciam deputamus omnemque et omnimodam iurisdictionem spiritualem et ecclesiasticam dictorum decanatuum ac eius exercicium tibi committimus per presentes ad visitandum ecclesias et capellas dictorum decanatuum ac clerum et populum earundem. Et ad inquirendum et cognoscendum de et super criminibus excessibus et delictis quibuscumque per subditos predictorum decanatuum qualitercumque commissis seu committendis ipsaque et causas cum suis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis quibuscumque corrigendum puniendum et canonice reformandum. Necnon Rectores et vicarios ecclesiarum dictorum decanatuum ad personaliter residendum per quascumque censuras ecclesiasticas canonice compellendum. Necnon ad approbandum testamenta et ultimas voluntates quorumcumque infra dictos decanatus decedencium. Administracionemque bonorum et debitorum huiusmodi defunctorum et aliorum ab intestato decedencium in dictis decanatibus existencium illis quibus de iure vel consuetudine fuerit in debita iuris forma committendum ac de administracione huiusmodi compotum fideliter audiendum ac administratores huiusmodi completo compoto rite et realiter recepto acquietandum in ea parte faciendum et liberandum ac ad sequestrandum in debita iuris forma fructus et proventus ecclesiarum quarumcumque ac cetera bona subditorum predictorum pro locis et temporibus oportunis quociens et quando de iure necessarium fuerit vel oportunum et sequestrata huiusmodi custodiendum seu faciendum per alios custodiri. Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate et ad nostrum beneplacitum tantummodo duratura. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in Manerio nostro de Lamehith primo die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo Et nostre translacionis Anno Nono. Quam quidem commissionem idem Magister Thomas Millyng in se acceptavit xx° die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo in ecclesia parochiali de Borkyng et decrevit procedendum fore iuxta vim formam et effectum eiusdem etc.

Visitacio decanatus de Borkyng

Item dicto xx° die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo in dicta ecclesia poch' de Bockyng infra dioc' Cant' Jurisdictionis immediate dictus Magister Thomas Wellys commissarius prescripti Reverendissimi patris in ea parte sufficienter et legitime deputatus etc. visitavit clerum et populum decanatus de Bockyng. Recepto primitus certificatorio sigillo decani eiusdem decanatus sigillat' de et super monitione in ea parte per dictum Reverendissimum patrem eidem decano pro huiusmodi visitatione exercenda direct' etc./

Et tunc et ibidem predictus dominus commissarius continuavit visitationem dicti Reverendissimi patris sic ut premittitur per prefatum dominum commissarium inchoatam et exercitam etc. usque ad et in festum Purificationis beate Marie virginis proxime futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius videbitur expedire etc./

Visitacio decanatus de Rysebergh

Vicesimo quarto die mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo in ecclesia poch' de Rysebergh infra dioc' Cant' Jurisdictionis immediate prefatus Magister Thomas Wellys commissarius prefati Reverendissimi patris in ea parte sufficienter et legitime deputatus etc. visitavit clerum et populum decanatus de Rysebergh. Recepto primitus certificatorio sigillo decani dicti decanatus sigillat' de et super monitione in ea parte per dictum Reverendissimum patrem eidem decano pro huiusmodi visitatione exercenda direct' etc./

Et etiam antedictus dominus commissarius continuavit visitationem prescripti Reverendissimi patris sic ut premittitur per prefatum dominum commissarium inchoatam et exercitam etc. usque ad et in festum Purificationis beate Marie virginis proxime futurum et in quemlibet diem citra et infra prout sibi melius videbitur expedire etc./

Relaxacio domini Archidiaconi Cant quoad approbacionem testamentorum

Tercio decimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo apud Lamehith prescriptus Reverendissimus pater ex certis causis ipsum adtunc moventibus remisit Magistro Willelmo Warham Archidiacono Archidiaconatus Cant omnem Jurisdictionem quo ad approbacionem testamentorum infuturum infra dioc Cant decedencium / sive talium testamentorum que solent approbari per Archidiaconum Cant et officialem suum sub nomine promisso semper quod per hanc suam remissionem nullum sit preiudicium prerogative ecclesie Christi Cant. Et ad omnes causas instancionatas pendentes coram dicto Archidiacono aut suo officiali impresenciarum indecisas / vel imposterum ad cuiuscumque partis instanciam movendas que in dicta curia moveri solent predict/ Sic quod imposterum nullum cedat preiudicium dicto Reverendissimo patri aut ecclesie sue Christi Cant /

Item xxviij die mensis Julij Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo et Translacionis dicti Reverendissimi in Christo patris domini Willelmi Archiepiscopi Cant Anno Nono In domo capitulari dicte ecclesie metropolitane Christi Cant prefatus Reverendissimus in Christo pater reformavit certos defectus ibidem compertos etc / publicam utilitatem et sanum regimen dicte sue ecclesie concernentes etc /

Continuacio metropolitice visitacionis in decennium /

Quibus sic ut premittitur factis tunc et ibidem idem Reverendissimus pater pro eo et ex eo quod ipse tantis et tam arduis et urgentibus negociis ecclesiam Anglicanam ac Regem et Regnum Anglie concernentibus eo tempore taliter prepeditus est prout verisimiliter erit infuturum. Ac ex certis aliis iustis causis ipsum Reverendissimum patrem adtunc moventibus quominus visitacionem suam metropoliticam sic ut premittitur per ipsum inchoatam in et per totam provinciam suam Cant infra prescriptum septennium exercere et integre complere valeat huiusmodi suam visitacionem metropoliticam ad decennium proxime futurum ab illo xxviij° die mensis Julij et in eventum Annum et diem Juridicum citra et infra continuavit etc / Et sic de Anno in Annum prout eidem Reverendissimo patri melius videbitur expedire etc / presentibus tunc ibidem priore et capitulo dicte ecclesie. Ac prescriptis Magistris Cutberto Tunstall Thoma Basthurche et Willelmo Potkyn /

Procurationes Monasteriorum et aliorum Religiosorum locorum ac Decanatuum infra Dioc' Cant' et Jurisdictionum immediatarum predicti Reverendissimi patris et ecclesie sue xpi Cant' eidem Reverendissimo in xpo patri ratione visitationis sue Metropolitane debite sequuntur.

Decanatus Cantuar'

Ecclesia de ffordwico	iijs iiijd
Ecclesia de Sturrey	vjs viijd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclesia sancti Pauli	iiijs
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclesia sancti Petri	ijs
Ecclesia omnium sanctorum	ijs
Ecclesia sancte Marie Magdalene	ijs viijd
Ecclesia sancti Georgij	iijs iiijd
Ecclesia sancti Alphegi	ijs
Ecclesia de parva Hardis	vjs
Ecclesia sancti Michaelis de Herbaldon	vjs viijd
Ecclesia sancti Martini	vs
Ecclesia beate Marie de Castro	xxd
Ecclesia de Hakyngton	vjs viijd
Vicaria eiusdem	ijs iiijd
Ecclesia de Thanyngton	vs viijd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclesia de Westgate	ijs vjd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclesia de Northgate	xxd
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclesia de Natyndon	ijs
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclesia sancti Dunstani	xxjd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclesia sancti Michaelis de Herbaldon	iijs
Ecclesia sancti Andree	iijs
Ecclesia sancte Mildrede	ijs viijd
Ecclesia Cosme et Damiani	ijs vjd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclesia beate Marie Bredyn	xxd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclesia beate Marie Bredman	xxjd
Ecclesia sancte Margarete	ijs

Summa — vli ijs

Decanatus de Westbere

Ecclesia de Westbere	iijs iiijd
Ecclesia de Swalclyff	iijs iiijd
Ecclesia de Whitstaple	xijs iiijd
Ecclesia de Chistlet	xs viijd
Vicaria eiusdem	vs vjd
Vicaria de Reculver	viijs iiijd
Vicaria de Herne	viijs iiijd
Vicaria sancti Nicholai in Thaneto	viijs iiijd
Ecclesia de Mynster in Thaneto	lxvjs viijd
Vicaria eiusdem	xs
Vicaria sancti Laurencij	ijs vjd
Vicaria sancti Petri	ijs vjd
Vicaria sancti Johannis	ijs viijd
Ecclesia de Sarre	xxd
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclesia de Monketon	xs viijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclesia de Sesalter	xxd
Vicaria eiusdem	xxd

Summa — viijli vjs xd

Decanatus de Brechte

Ecclesia de Sturmouth	vjs iiijd
Ecclesia de Preston	xs
Vicaria eiusdem	ijs iiijd
Ecclesia de Elmeston	vs
Ecclesia de Addesham	xxvjs viijd
Ecclesia de Chillenden	ijs viijd
Ecclesia de Bekysborn	vs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclesia de Wykham	xiijs viijd
Ecclesia de Litelborn	xs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclesia de Patrikysborn	xiijs viijd
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclesia de Kyngeston	vjs
Ecclesia de Bysshoppesborn	xiijs viijd
Ecclesia de Pethum	xs
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclesia de Waltham	vs viijd
Vicaria eiusdem	ijs iiijd
Ecclesia de Elmested	viijs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclesia de Chartham	xiijs iiijd
Ecclesia de Chilham	xxs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclesia de magna Hardis	xiijs iiijd
Ecclesia de Crundale	vs viijd
Ecclesia de Broke	iijs iiijd
Ecclesia de Wye	xxs viijd
Vicaria eiusdem	vs iiijd
Ecclesia de Borton Aluph	xxs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclesia de Godmersham	xxs viijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclesia de Sthm	xxs

Summa — xli xvs iiijd

Decanatus Sandwici

Ecclia de Berston	ijs viijd
Ecclia de Eythorn	vjs
Ecclia de Wodnesburgh	xvs
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de parva Mongehm̄	ijs viijd
Ecclia de Bettyshanger	vs viijd
Ecclia de Hamme	vjs viijd
Ecclia de magna Mongehm̄	xvs
Ecclia de Knolton	vjs viijd
Ecclia de Norbon̄	xxs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Estlangdon	vs
Ecclia de Ryppele	iijs iiijd
Ecclia de Oxne	xijd
Ecclia de Walmd	vs
Ecclia de Westlangdon	iijs iiijd
Ecclia de Ryngelwold	viijs viijd
Ecclia de Waldershard	vjs
Ecclia de Tilmanston	iijs iiijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Colrede	vjs viijd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclia de Sibertswold	iiijs viijd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclia sci Clementis Sandwici	ijs viijd
Vicaria eiusdem	ijs vjd
Ecclia sci Petri Sandwici	iijs iiijd
Ecclia de Stonard	ijs vjd
Ecclia sci Marie Sandwici	iiijs
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclia de Estry	xxijs viijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Dele	xs

Sm̄a — ixli xvijs iiijd

Decanatus Dovorr

Ecclia de ffolkston	xiiijs iiijd
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Cheriton	vjs
Ecclia de Newyngton	xs
Vicaria eiusdem	ijs viijd
Ecclia de Hyden	iijs iiijd
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclia de Swynfeld	iijs iiijd
Ecclia de Ewell	iijs iiijd
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclia de Ryver	ijs viijd
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclia de Alkhm̄	vjs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Houghm̄	viijs iiijd
Vicaria eiusdem	ijs vjd
Ecclia de Guston	vs
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclia sci Margarete Clyff	viijs
Vicaria eiusdem	ijs iiijd
Ecclia de Charlton	vs
Ecclia de Bokland	iiijs viijd
Ecclia de Westclyff	xs
Ecclia de Beusfeld	vjs
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclia de Hawkynge	iijs viijd
Ecclia beate marie Dovorr	ijs viijd
Ecclia sancti Petri ibm	iijs
Ecclia sci Nichi ibm	ijs vjd
Ecclia sancti Jacobi ibm	ijs viijd
Ecclia sancti Joħis ibm	xxd
Ecclia de Pulton	

Sm̄a — vjli xiiijs iiijd

Decanatus de Elhm̄

Ecclia de Wotton	vs
Ecclia de Denton	iiijs viijd
Ecclia de Elhm̄	xxvjs viijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Acrys	vs
Ecclia de Postlyng	iiijs
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclia de Stowtyng	vjs viijd
Ecclia de Horton	iijs iiijd
Ecclia de Brabon̄	xvs
Vicaria eiusdem	iiijs
Ecclia de Hastyngleygh	vs
Ecclia de Lymynge	xxxijs viijd
Vicaria eiusdem	iiijs
Ecclia de Saltwod	xxijs viijd
Ecclia de Byrcholt	xxd

Sm̄a — vjli [illegible] iiijd

Decanatus de Lymme

Ecclia de Burghmersh	iiijs viijd
Ecclia de Bonyngton	iijs iiijd
Ecclia de Bilsyngton	viijs iiijd
Ecclia de Sellyng	vs
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclia de Ostynghanger	ijs iiijd
Ecclia de Demchurch	vs viijd
Ecclia de Kyngesnoth	vs iiijd
Ecclia de ffokynge	viijs viijd
Ecclia de Snergate	viijs viijd
Ecclia de Brensett	vjs viijd
Vicaria eiusdem	ijs iiijd

Ecclia de Wodechirch	xs
Ecclia de Apuldore	xs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Kenarton	vjs viijd
Ecclia de Stone	xs
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Brokeland	vjs viijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Kenyngton	xvs
Ecclia de Snave	vjs viijd
Ecclia de Wittersham	xs
Ecclia de Warhorn	viijs iiijd
Ecclia de Newchirch	xxs
Vicaria eiusdem	ijs iiijd
Ecclia de Ivechirch	xxs
Ecclia de Veteri Romene	xxs iiijd
Ecclia de Orgaryswyk	ijs
Ecclia de Blakmanston	ijs vjd
Ecclia de Estbrigge	iijs iiijd
Ecclia de Mersham	xijs viijd
Ecclia de Lydde	xviijs iiijd
Vicaria eiusdem	viijs iiijd
Ecclia de Sevyngton	vs
Ecclia de Orleston	ijs viijd
Ecclia de Wilkesburgh	viijs iiijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia Sce Marie in marisco	xs
Ecclia de Lymne	xs
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclia de nova Romene	xs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Henxhill	vs
Ecclia de Hope	vjs viijd
Ecclia de Midle	ijs
Ecclia de Herst	ijs
Ecclia de Shadokysherst	ijs vjd
Ecclia de Westhith	ijs

Summa xxijli xiijs iiijd

Decanatus de Charryng

Ecclia de ffrythenden	vs
Ecclia de Sandhurst	viijs iiijd
Ecclia de Benynden	xs
Vicaria eiusdem	iijs
Ecclia de Rolvenden	xvjs viijd
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Hawkhurst	xs
Ecclia de Tenterden	xs
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Newynden	iijs viijd
Ecclia de Hedecron	iijs vjd
Vicaria eiusdem	iijs
Ecclia de Bettrysden	vjs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Halden	vs
Vicaria de Crambroke	xiijs iiijd
Ecclia de Byddenden	xs
Ecclia de Plukle	vs
Ecclia de Estwell	iijs iiijd
Ecclia de Boton malherb	xs
Ecclia de Westwell	xvs
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Hothfeld	vs
Ecclia de magna Chart	xs
Ecclia de Asshford	viijs
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Kenyngton	xs
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Charryng	xxvjs viijd
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Smerden	xs
Ecclia de parva Chart	viijs iiijd
Ecclia de Pevyngton	ijs

Summa xijli xvs xd

Decanatus de Sutton

Ecclia de Harryettysham	viijs
Ecclia de Berstede	iijs
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclia de Thornham	vjs viijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Charte	viijs iiijd
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Merden	xiijs iiijd
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Goudherst	vjs viijd
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Wlcombe	xs
Ecclia de Ledys	vjs viijd
Ecclia de ffrensted	vs iiijd
Ecclia de Holyngborn	xxs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Boxle	xxs
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Otham	iijs iiijd
Ecclia de Langle	iijs iiijd
Ecclia de Staplehurst	xs
Ecclia de Boton Monchesy	vs
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Wormeshill	vjs iiijd
Ecclia de Sutton	xvjs viijd
Vicaria eiusdem	iijs viijd
Ecclia de Lenham	xvjs viijd
Vicaria eiusdem	iijs iiijd
Ecclia de Lynton	vjs viijd

Summa xli vjs viijd

Decanatus de Sytyngborn

Ecclia de Upchurch	xs viijd
Vicaria eiusdem	ijs viijd
Ecclia de Hertelep	viijs iijd
Vicaria eiusdem	ijs vjd
Ecclia de Newenton	xvjs iijd
Vicaria eiusdem	iijs iijd
Ecclia de Bordon	xs
Vicaria eiusdem	ijs vjd
Ecclia de Estchurch	xxjs vjd
Vicaria eiusdem	vjs vjd
Ecclia de Leysdon	iijs
Vicaria eiusdem	ijs vjd
Ecclia de Mynstre	xjs
Ecclia de Wardon	iijs iijd
Ecclia de Sydyngborn	xjs vjd
Vicaria eiusdem	iijs iijd
Ecclia de Rodmersham	vjs vjd
Vicaria eiusdem	xxd
Ecclia de Tunstall	xjs vjd
Ecclia de Raynham	xiijs viijd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Halstowe	iijs iijd
Vicaria eiusdem	ijs ijd
Ecclia de Milsted	vjs vjd
Ecclia de Stokbury	xiijs vjd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de Wychelyng	vjs
Ecclia de Milton	xiijs iijd
Vicaria eiusdem	iijs
Ecclia de Morston	viijs vjd
Ecclia de Bakchild	xjs iijd
Vicaria eiusdem	iijs iijd
Ecclia de Tong	xxs
Vicaria eiusdem	ijs vjd
Vicaria de Bredgar	iijs iijd
Ecclia de Kyngesdowne	ijs
Ecclia de Bykenor	ijs vjd
Ecclia de Bobbyng	iijs iijd
Ecclia de Elmle	iijs iijd

Sm̄ – xxjli iijs ijd

Decanatus de Ospringe

Ecclia de Ospringe	xjs vjd
Vicaria eiusdem	vs
Ecclia de ffeversham	xxs
Vicaria eiusdem	xs
Ecclia de Sheldwych	ijs ijd
Vicaria eiusdem	ijs vjd
Ecclia de Throwley	xxs
Vicaria eiusdem	xs
Ecclia de Preston	xiijs vjd
Vicaria eiusdem	iijs xd
Ecclia de Ore	ijs
Ecclia de Badelesmere	iijs iijd
Ecclia de Norton	xjs iijd
Ecclia de Graveney	ijs vjd
Vicaria eiusdem	ijs iijd
Ecclia de Monketon Otterynden Boordfeld	ijs iijd
Ecclia de Sellynge	xs
Vicaria eiusdem	ijs iijd
Ecclia de Boton et Harnhill	xxs
Vicaria de Boton	ijs vjd
Vicaria de Harnhill	ijs vjd
Ecclia de Easlyng	xxs
Ecclia de Leveland	iijs iijd
Ecclia de Stalisfeld	vjs
Vicaria eiusdem	ijs
Ecclia de Tenham cum Capellis	xls
Vicaria de Tenham	iijs iijd
Vicaria de Lynsted	iijs iijd
Vicaria de Dodyngton	xxd
Ecclia de Goodneston	ijs vjd
Ecclia de Bokeland	iijs
Ecclia de Luddenham	vjs vjd
Ecclia de Davyngton Newenham et Hertey	xljs
Vicaria de Newenham	xxd

Sm̄ – xlli xljs vjd

Decanatus de Arcubus

Ecclia sancti Vedasti	xxs
Ecclia sancti Dunstani	xxxs
Ecclia sancti Leonardi	xs
Ecclia sancti Dionisii	xiijs vjd
Ecclia omnium sanctorum in Lumbardstrete	xiijs iijd
Ecclia sancti Michaelis in Candelwikstrete	xiijs iijd
Ecclia beate Marie de Wolchirch	xxd
Ecclia de pater noster chirche	vjs
Ecclia beate Marie Aldermarychurch	xxxs
Ecclia sancti Pancracii	xs
Ecclia beate Marie de Arcubus	xxs
Ecclia omnium sanctorum in Bredstrete	xxs
Ecclia sancte Werburge	xs

Sm̄ – xjli xs xd

Decanatus de Shorham

Ecclia de Shorham cum capella de Otford	lxxjs viijd
Ecclia de Eynesford	xs
Vicaria eiusdem	xxd

Ecclesia de Derneth	xvj s viij d
Vicaria ejusdem	xx d
Ecclesia de ffarnyngham	vj s viij d
Vicaria ejusdem	iij s iiij d
Ecclesia de Bexle	x s
Vicaria ejusdem	iij s iiij d
Ecclesia de Earde	xiij s iiij d
Ecclesia de Northflet	xiij s iiij d
Vicaria ejusdem	vj s viij d
Ecclesia de Mepeham	vj s viij d
Vicaria ejusdem	v s
Ecclesia de Clyve	xxvj s viij d
Ecclesia de Grean	vj s viij d
Vicaria ejusdem	iij s iiij d
Ecclesia de Gyllyngham	xx s
Vicaria ejusdem	vj s viij d
Ecclesia de ffarlegh	vj s viij d
Vicaria ejusdem	iij s iiij d
Ecclesia de Huntyngton	v s viij d
Ecclesia de Pecham	x s viij d
Vicaria ejusdem	iij s
Ecclesia de Wrotham cum Capella	xxvj s viij d
Vicaria ejusdem	vj s viij d
Ecclesia de Eightham	vj s viij d
Ecclesia de Sevenok	xvj s viij d
Vicaria ejusdem	iij s iiij d
Ecclesia de Penshurst	x s
Ecclesia de Chidyngston	x s
Ecclesia de Hevere	v s
Ecclesia de Brasted	x s
Ecclesia de Sundrissh	x s
Ecclesia de Chevenyng	vj s iiij d
Ecclesia de Orpyngton cum Capell'	xx s
Vicaria ejusdem	iij s viij d
Ecclesia de Hese	iij s iiij d
Ecclesia de Keston	ij s vj d
Ecclesia de Halstede	ij s vj d
Ecclesia de Wodelonde	ij s iiij d
Ecclesia de Estmallyng	vj s viij d
Vicaria ejusdem	iij s
Ecclesia de Ifeld	xx d
Summa	xxvj li. xiiij s viij d

Decanatus de Croydon

Ecclesia de Croydon	xx s
Vicaria ejusdem	v s
Ecclesia de Wymbaldon	xx s
Ecclesia de Bernes	vj s ij d
Ecclesia de Horslegh	vj s viij d
Ecclesia de Merstham	vj s viij d
Ecclesia de Burstowe	xj s vj d
Ecclesia de Cherlewode	vj s viij d
Ecclesia de Newenton	vj s iiij d
Ecclesia de Cheyham	vj s viij d
Ecclesia de Harowe	xx s
Vicaria ejusdem	iij s iiij d
Ecclesia de Hese	xiij s iiij d
Summa	vj li. xvj s ij d

Decanatus de Bockyng

Ecclesia de Bockyng	xx s
Ecclesia de Styſtede	x s
Ecclesia de Hadlegh	xx s
Ecclesia de Ilegh monachorum	x s
Ecclesia de Multon	xiij s iiij d
Ecclesia de Lachyngdon	vj s viij d
Ecclesia de Southchurche	xiij s iiij d
Vicaria de Multon	iij s iiij d
Ecclesia de Esſh	ij s ij d
Summa	iiij li. xvij s x d

Decanatus de Rysebergh

Ecclesia de Risbergh monachorum	vj s iiij d
Ecclesia de Newyngton cum Peure	xiij s viij d
Ecclesia de Halton	v s
Summa	xxvj s viij d

Decanatus de Pagham

Ecclesia de Pagham cum capell'	lx s
Vicaria ejusdem	vj s iiij d
Vicaria de Bergstede	v s
Ecclesia de Lavente	x s
Ecclesia de Tangmere	vj s viij d
Ecclesia de Slyndon et vicaria ejusdem consolidat'	xvj s iiij d
Ecclesia omnium sanctorum Cicestrie	iij s
Summa	iiij li. xiij s iiij d

Decanatus de Terryng

Ecclesia de Terryng	xxx s
Vicaria ejusdem	iij s
Ecclesia de Patchyng et vicaria ejusdem consolidat'	xvj s vj d
Summa	xlvj s vj d

Decanatus de Southmallyng

Ecclesia de Maghfeld	
Vicaria ejusdem	iij s viij d
Ecclesia de Borstede cum capella de Okemfeld	xxij s
Ecclesia de Isfeld	v s
Ecclesia de Edburton	vj s iiij d
Ecclesia de Glynde	vj s iiij d
Vicaria ejusdem	ij s vj d
Ecclesia de Stanmere	v s iiij d
Ecclesia de ffraunfeld	v s
Ecclesia de Clyve	xvj d
Vicaria de Ryngmere	xv d
Vicaria de Wadehurst	iij s

Prebenda decani de Southmallyng tum ecclesia de Lyndefeld	xx s
Prebenda Thesaurarii	x s
Prebenda Cancellarii	x s
Prebenda Precentoris	x s

Summa — vli viij s viij d

Procurationes ecclesiarum in Villa Calisie et alijs locis ibidem infra iurisdictionem dicti Reuerendissimi patris situat viz

De Ecclesia beate Marie	xxiij s st
Ecclesia sancti Nicholai	viij s viij d st
Ecclesia sancti Petri	xiij s viij d st
Ecclesia de Colam	v s st
Ecclesia de Marke	xxiij s st
Ecclesia de ffreython	vij s viij d st
Ecclesia de Hatwey	iij s iiij d st
Ecclesia de Audyrne	vj s st
Ecclesia de Hovekyrke	v s viij d st
Ecclesia de Oye	xiiij s st
Ecclesia de Oldyrkyrke	xij s viij d st
Ecclesia de Calkewell	x s st
Ecclesia de Pethm	xij s st
Ecclesia de Balyngham	iij s iiij d st
Ecclesia de Pepylyng	vij s st
Ecclesia sancti Martini	x s st
Ecclesia sancti Nicasij	x s iiij d st
Ecclesia sancti Blasij	iij s viij d st
Ecclesia sancti Quintini in Spelarke	ij s viij d st
Ecclesia de Guynys	x s st
Ecclesia de Campe	iij s viij d st
Ecclesia de Scalis	iij s iiij d st
Ecclesia de Bukard	v s st
Ecclesia de Hamyswell	v s st
Ecclesia de Helnryngham	iij s iiij d st
Ecclesia de Bonynges	xiij s iiij d st

Summa — x li xiij s iiij d st

Memorandum quod prior et conuentus ecclesie Cathedralis Christi Cant soluerunt pro dicta domino Reuerendissimo patri et familie sue tam pro esculentis quam poculentis et prebendis equorum et alijs necessarijs per duos dies et duas noctes tempore visitationis prioratus dicte ecclesie Cathedralis — xx li

Item de priore et Conuentu domus siue prioratus sancti Gregorij extra muros Ciuitatis Cant — lxvj s viij d

Item de priorissa et Conuentu domus siue prioratus monialium sancti Sepulcri extra muros Ciuitatis Cant — xx s

Item de priorissa et sororibus domus sancti Jacobi extra muros Ciuitatis Cant — xx s

Item de preposito et canonicis Collegij de Wyngham — x li

Item de priorissa et Conuentu domus siue prioratus monialium de Dauyngton — xx s

Item de priore et conuentu domus siue prioratus de Bylsyngton — xl s

Item de priore et conuentu domus siue prioratus beate Marie sancti Thome martyris de Ledys — v li

Item de magistro et socijs Collegij de Maydeston — liij s iiij d

Summa — xj li

Summa omnium procurationum predictarum in pecunia receptarum — CCxxvij li xviij s iiij d

Sequuntur nomina Monasteriorum prioratuum et aliorum Religiosorum locorum quorum incumbentes in eisdem ad omnes eorumdem exhibuerunt dicto Reuerendissimo in Christo patri et familie eiusdem Reuerendissimi patris pro tempore visitationis earumdem domorum omnia onera tam in esculentis quam poculentis ac in prebendis equorum cum alijs necessarijs etc viz

Prior domus siue prioratus sancti Martini noui operis Douorr

Item Magister domus dei Douorr

Item Magister domus dei de Ospryng

Item Abbas Monasterij de ffeuersham

Item Priorissa domus siue prioratus Monialium de Scapeia

Item Prior domus siue prioratus de Combwell

Copia diversarum bullarum papalium et aliarum concessionum de quibusdam ecclesiis et capellis appropriatis priori et capitulo ecclesie Christi Cantuar' prout sequitur.

De ecclesia de Sesalter

Gregorius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Priori et Conventui ecclesie Christi Cant' Salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis devotio humiliter supplicavit ut cum a septennio propter diversas archiepiscoporum electiones et alia imminentia vobis negocia graves expensas feceritis pro quibus onerati estis sarcina debitorum, ne hospitalitas in monasterio vestro deperiat si quod in usus eius consuevit expendi in solutione debiti convertatur, cum idem monasterium non sufficiat ad utrumque, curaremus super hoc et ut melius hospitalitatem servare possitis misericorditer providere. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati devotioni vestre auctoritate presentium indulgemus ut ecclesiam de Sesaltre in qua ius patronatus habetis ad collationem vestram ut asseritis pertinentem possitis cum vacaverit in usus proprios retinere perpetuo eius vicario qui curam animarum a diocesano recipiat reservata ex ipsius proventibus congrua portione de qua valeat onera ecclesie sue supportare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Lateran' v. Idus Januarii Pontificatus nostri Anno decimo.

Concessio Archiepiscopi de ecclesiis de Estry et Monkton.

Ricardus dei gratia Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Universis sancte matris ecclesie filiis Salutem. Ad officium nostrum sollicitudinem pertinere dinoscitur pauperibus Christi opus misericordie et pietatis impendere et eorum sustentationi que perpetuitatem in posterum obtineat cura propensiori providere. Eapropter in communem Christi fidelium notitiam volumus devenire nos concessisse et canonice dedisse Conventui ecclesie Christi Cantuar' in puram et perpetuam elemosinam ecclesias de Eastria et Munketon cum capellis et aliis universis ad easdem ecclesias pertinentibus. Ita bene libere et quiete tenendas sicut unquam aliquis predecessorum suorum melius et liberius eas tenuit. Ita tamen quod eedem ecclesie cum omnibus suis pertinentiis elemosinarie specialiter decreto sint assignate et in perpetuos usus pauperum deputate. Et ut hec nostra donatio perpetuum robur obtineat presentis scripti nostri patrocinio eam confirmamus et sigilli nostri munimine roboramus, statuentes et sub intimatione anathematis prohibentes ne quis hanc nostre donationis et confirmationis paginam infringere vel ei aliquatenus contraire presumat. Hiis testibus magistro Gerardo Willelmo archidiacono Baioc' magistro Petro Blesensi Willelmo de Northall Radulfo de Wingeh' magistro Hugone de Suwelle magistro Ricardo de Salopesbr' magistro Roberto de Inglesham Radulfo de Sancto Martino Rogero Norreis Henrico Baioc' Rogero elemosinario Roberto de Bardento Willelmo de Cornhull et aliis.

Bulla specialis de eisdem ecclesiis.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio Priori sancti Gregorii prope muros Cantuar' Salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii Prior et Capitulum ecclesie Cant' ordinis sancti Benedicti petitione monstrarunt quod licet olim de Eastria et de Monketon parochiales ecclesie Cant' dioc' cum quibusdam capellis tunc expressis eisdem parochialibus ecclesiis canonice annexis officio elemosinarie dicte ecclesie Cant' auctoritate ordinaria canonice unite et incorporate fuissent ac huiusmodi unio et incorporatio auctoritate apostolica confirmate extitissent, dictique Prior et Capitulum nomine dicti officii quod per eosdem Priorem et capitulum seu deputandos per eos regitur et gubernatur prefatas parochiales ecclesias cum dictis capellis vigore unionis et incorporationis huiusmodi pacifice ut asserunt illas tenuissent et possedissent etiam a tanto tempore cuius contrarii memoria non extabat, tamen postmodum bone memorie Baldewinus Archiepiscopus Cant' predictos priorem et Capitulum prefatis parochialibus ecclesiis cum capellis et earum possessione contra iustitiam spoliavit, et tam idem Baldewinus Archiepiscopus quam nonnulli alii Archiepiscopi Cant' successores sui qui fuerunt pro tempore prefatas ecclesias diversis eorum clericis et familiaribus contulerunt et de illis etiam providerunt pro sue libito voluntatis, reservata tamen medietate fructuum dictarum ecclesiarum officio supradicto. Et tandem predicti Prior et Capitulum presbiteros et personas qui pretextu collationum et provisionum huiusmodi ecclesias parochiales et Capellas predictas tenebant et possidebant petendo decerni et declarari easdem parochiales ecclesias et capellas ad prefatum officium pertinere, seque nomine prefati officii ad possessionem parochialium ecclesiarum et Capellarum huiusmodi restitui et reintegrari et super eis presbiteris et personis predictis perpetuum silentium imponi coram bone memorie Simone Archiepiscopo Cantuar' non ex delegatione apostolica traxerunt in causam, Idemque Simon Archiepiscopus cognitis huiusmodi cause meritis et iuris ordine observato diffinitivam pro eisdem Priore et Capitulo sententiam promulgavit. Quare pro parte dictorum Prioris et Capituli nobis fuit humiliter supplicatum ut huiusmodi sententiam apostolico roborare munimine dignaremur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus sententiam ipsam sicut est iusta facias auctoritate nostra appellatione remota firmiter observari. Dat' Rome apud Sanctum Petrum viij° Kl' Julii Pontificatus nostri Anno secundo.

De ecclesia de Westelynge

Bonifacius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Priori et Capitulo ecclesie Cantuariensis ordinis sancti Benedicti Salutem et apostolicam benedictionem. Gesta mirifica gloriosi martiris Thome ecclesie vestre pontificis qui pro ipsius ecclesie libertate servanda et tuitione honoris ac iuris dira carnificum verbera non formidans sub palma martirii secure celesti collegio meruit aggregari, pulsant instanter et excitant mentem nostram ut eandem ecclesiam specialibus beneficiis amplectemur, gratiis prosequamur, ubertatibus et honoribus propensius attollamus, eius dampnosis eventibus dispendiis et iacturis paternis studiis obviando. Exposita siquidem nobis vestra petitio continebat quod ecclesia ipsa dampna gravia plerumque sustinuit pro eo quod temporis operante malitia possessiones vestre steriles iam effecte fructus vobis non afferunt consuetos, et quod in bona eiusdem ecclesie in maritimis partibus constituta fluctus maris insiliunt illa penitus perimentes dissipantes, quodque animalia vestra pestilenti morbo percussa pro magna parte ipsorum hactenus perierunt, et quendam exnorabilem portum nostrum perdidisse de quo centum libras sterlingorum percipiebatis sicut asseritis annuatim ac diversis temporibus pro defendendis iuribus ecclesie predicte incommoda subiistis contra expensarum propter quod facultates ipsius ecclesie adeo diminute ac attenuate noscuntur quod ex eis hospitalitatis opera in eadem ecclesia subtrahuntur. Vosque multa ecclesie predicte decentiam requirentis vestris opportunitatibus providere. Unde nos super hoc ad apostolice sedis providentiam recurrentes nobis humiliter supplicastis ut apponere vobis pietatis dexteram dignaremur. Nos itaque vobis et ipsi ecclesie cuius honorificentiam et statum prosperum dilatari cupimus super premissis multo compatientes affectu, ac prophetica volentes amaritudinis vestre consolationis dulcedine temperare, vobisque favere per consequens dono gratie specialis ecclesiam de Westelynge Cant' dioc' in qua ius patronatus habetis, cuius redditus et proventus iuxta communem extimationem patrie viginti sex marcarum sterlingorum quantitatem annuam non excedunt, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis vacatis existentibus supradictis vobis perpetuo in proprusus concedimus et usibus ipsius applicamus Ita tamen quod cedente vel decedente ipsius ecclesie Rectore possessionem eiusdem ecclesie apprehendere et retinere auctoritate propria libere valeatis, diocesani consensu minime requisito, perpetuo tamen vicario in ipsa ecclesia servituro pro suis et eiusdem ecclesie oneribus supportandis quinque librarum sterlingorum de redditibus eiusdem ecclesie pensione annua reservata. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et applicationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Anagnie iiij kl. Septembris Pontificatus nostri Anno Primo.

pp. viij.

de appropriacione ecclesie de Godmersham cum capella de Challoke.

Bonifacius Episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam. Sedis apostolice providentia circumspecta personas sub Religionis observantia vacantes assidue studio pie vite benigno favore prosequitur. Ac ea que pro reparatione et conservatione ecclesiarum presertim Metropolitanarum per personas huiusmodi provida deliberatione fiunt ut illibata consistant convenit apostolico munimine roborare. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris et Capituli ecclesie Cantuariensis ordinis sancti Benedicti petitio continebat quod cum olim bone memorie Simon Archiepiscopus Cantuariensis navem ipsius ecclesie prostratam fecisset funditus et suis sumptibus demoliri causa navem ipsam erigendi de novo, idemque Simon Archiepiscopus eius superveniente obitu navem eandem minime erexisset, idque dictorum Prioris et Capituli humeris incumberet, venerabilis frater noster Thomas Archiepiscopus Cantuariensis provide attendens quod iidem Prior et Capitulum circa constructionem et erectionem navis et alia necessaria opera ecclesie predictarum de communibus bonis ipsorum ultra quinque milia marcarum sterlingorum laudabiliter expenderant, et quod incepta opera et alia inibi de necessitate fienda cum sex milibus similium marcarum decenter nequibant reparari, Considerans etiam quod attentis hospitalitate et aliis oneribus dicte ecclesie que ipsos Priorem et Capitulum iugiter subire oportebat bona spiritualia et temporalia dicte ecclesie non suppetebant ad supportationem onerum fabrice dicte ecclesie incumbentium parochialem ecclesiam de Godmersham cum capella de Challoke ei canonice annexa seu dependente ab eadem Cantuariensis diocesis, tunc per liberam Resignationem dilecti filii Johannis West olim ipsius ecclesie Rectoris per eum de illa quam tunc obtinebat in manibus dicti Thome Archiepiscopi extra Romanam Curiam sponte factam, et per ipsum Archiepiscopum extra eandem Curiam auctoritate ordinaria admissam vacantem, Cuius Centum cum dictis Iuribus et pertinentiis suis ad usus dicte fabrice mense Capitulari dicte ecclesie, cuius quatuor milia marcarum sterlingorum fructus redditus et proventus secundum communem extimationem valorem annuum ut asseritur non excedunt, auctoritate propria univit annexuit et incorporavit, Reservata tamen de fructibus redditibus et proventibus dicte parochialis ecclesie pro perpetuo vicario in ea instituendo congrua portione prout in instrumento publico inde confecto prefati Thome Archiepiscopi sigillo munito cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus plenius continetur. Quare pro parte dictorum Prioris et Capituli qui ut asserunt eandem parochialem ecclesiam cum capella vigore unionis annexionis et incorporationis huiusmodi assecuti eam extunc tenuerunt et possiderunt, prout tenent et possident, pacifice et quiete nobis fuit humiliter supplicatum ut unioni annexioni et incorporationi huiusmodi ac omnibus et singulis in dicto instrumento contentis robur apostolice confirmationis adicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati unionem annexionem et incorporationem predictas ac omnia et singula in eodem instrumento contenta rata habentes et grata illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus si qui forsan intervenerint in eisdem. Tenor vero prefati instrumenti sequitur et est talis. **Thomas** permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Precarissimis in Christo filiis Religiosis viris Priori et Capitulo nostre Cantuariensis ecclesie ordinis sancti Benedicti Salutem graciam et benedictionem. Assidue solicitudinis excitamur instantia digne considerantes expensas graves et sumptuosas quas circa constructionem et reparationem eiusdem ecclesie nostre urgente necessitate fecistis et inevitabiliter successivis temporibus pro futura prospicere prevalentes animi compassione sentimus nos refundere oportebat presidium vobis et eidem ecclesie nostre quod cum deo possumus provenire ne forte tam laudabile et necessarium opus inceptum modicum quam absit subtractione prioris vel alias ex adverso fortune insultu effectum debitum non consequatur. Effectum aut alicuius tenuitatis incursus sive diminuat cultum monachorum aut robur vestre sacre Religionis infringat. Hinc est quod exhibita nobis pro parte vestra petitio continebat quod cum bone memorie dominus Simon de Sudburia quondam Archiepiscopus Cantuariensis predecessor noster navem prefate nostre ecclesie prostratam fecerat funditus et suis sumptibus demoliri causa ipsam erigendi de novo prout prosunt et fecerunt optarunt, si non pro dolor emulos fuisset nefanda per plures populi furores audacia decollatus. Vosque Prior et Capitulum circa constructionem navis predicte et alia necessaria opera eiusdem ecclesie nostre de communibus bonis vestris ultra quinque milia marcarum laudabiliter expendentes ut grandium operum exempla cunctorum oculis manifestant quod cum incepta opera et alia inibi de necessitate fienda prostrata claustra ac Capitularis domus vestre pensata imminente ruina cum sex milibus marcarum perfici nequeant et reparari decenter, attenta hospitalitate dominorum et aliorum diversorum regnorum apud vos indies influentium quam declinare non potestis cum honore, consideratis etiam aliis oneribus dicte ecclesie que vos necessario subire oportebit, bona vestra spiritualia et temporalia non suppetunt ad sustentationem fabrice dicte ecclesie nec verisimiliter sufficient in futurum, quatinus premissis per nos pie consideratis per dignaremur si ea comperimus ex diligenti et legitima inquisitione veritati fulciri, parochialem ecclesiam de Godmersham nostre diocesis vestrorum tamen patronatus cum capella de Challoke eidem ecclesie annexa seu dependente ab eadem cum omnibus suis Iuribus et pertinentiis universis ad perficiendum opera ut premittitur incepta, et ad sustentationem fabrice ecclesie nostre predicte vobis Priori et Capitulo ac ecclesie nostre predicte imperpetuum incorporare unire et annectere caritatis intuitu dignaremur. Nos igitur vestre et prefate ecclesie nostre necessitati paterno compatientes affectu vestrisque in ea parte iustis supplicationibus inclinati super causis supradictis expressatis ac veritate eorum vocatis omnibus de iure vocandis illis etiam in genere quos suprascriptum tangit negotium vel tangere poterit quomodolibet in futurum in forma Iuris etiam publicarum citationum editis, necnon per testes fidedignos per partem vestram coram nobis productos admissos iuratos et in forma debita examinatos ac alia coram nobis exhibita plenam inquisitionem fecimus debitis terminis et dilationibus precedentibus ac fidelem, quorum testium attestationibus publicatis et decretis inde ac aliorum exhibitorum copiis omnibus quorum interterat vocatisque per certi tenoris literas ad infrascripta nonnullis parochianis predicte ecclesie de Godmersham in multitudine copiosa et aliis quorum in specie interterat vel in genere, nichilque in termino ad hoc per nos assignato in scriptis vel verbo proposito contra testes aut eorum dicta vel exhibita huiusmodi in memorato negotio de vestro assensu expresso concludimus et habemus pro concluso ac ulterius contra premissa quicquam proponendi omnibus et singulis quorum in specie vel in genere interterat precludimus viam Iuris. Et tandem de expresso consensu vestro procuratorum predictorum ac Iurisperitorum nobis in huiusmodi negotio assidentium ad sententie prolationem et diffinitionem finalem recepta primitus resignatione magistri Johannis West tunc illius ecclesie Rectoris de eadem ecclesia in manibus nostris facta, et per nos admissa processimus in hunc modum. **In dei nomine Amen** Nos Thomas permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus. In negotio appropriationis incorporationis unionis et annexionis ecclesie parochialis de Godmersham cum capella de Challoke eidem annexa cum omnibus suis Iuribus et pertinentiis Salva congrua portione perpetui vicarii in eadem, dilectis nobis in Christo Priori et Capitulo ecclesie nostre Cantuariensis et ecclesie

ecclesie predicte incorporando ex causis suprascriptis coram nobis ut premittitur probatis faciendum legitime procedentes ad sententie prolationem procedimus in hunc modum. Quia invenimus per acta et actitata producta exhibita et probata coram nobis predictas supplicationem et propositionem ac omnia et singula in ea deducta et suggesta vera fuisse et esse habito consilio et tractatu diligenti cum iurisperitis et iuris ordine quoad hac parte requisito in omnibus observato ad laudem et honorem sancte et individue trinitatis et gloriose virginis Marie ac sanctorum Thome et Alphegi martirum necnon sancti Dunstani aliorumque sanctorum predecessorum nostrorum quorum corpora et reliquie in prefata nostra ecclesia requiescunt predictam ecclesiam parochialem de Godmersham cum prefata capella eidem annexa cum suis iuribus et pertinentiis universis per liberam resignationem magistri Johannis West ultimi ipsius ecclesie rectoris in manibus nostris factam et per nos admissam vacantem, salva congrua porcione perpetuo vicario in eadem, predictis priori et capitulo qui nunc sunt et suis successoribus ac ecclesie nostre Cantuariensi ad opus et publicam sustentationem fabrice eiusdem ecclesie nostre Cant' quantum in nobis est appropriamus incorporamus annectimus et unimus ipsamque in usus proprios eorundem prioris et capituli ad opus et sustentationem fabrice predicte nostre ecclesie in hiis scriptis concedimus perpetuo possidendam. Concedentes eisdem priori et capitulo plenam et liberam potestatem corporalem possessionem predicte ecclesie ut premittitur vacantis iuriumque et pertinentium suorum universorum libere ingrediendi capiendi optinendi et imperpetuum continuandi. Ita quod liceat eisdem priori et capitulo et successoribus suis fructus et proventus quoscumque ad predictam spectantes ecclesiam seu capellam (salva ut prediximus congrua porcione perpetui vicarii in eadem) integre et absque contradictione qualicumque nostra vel successorum nostrorum pro perpetuo percipere et ad sustentationem dicte fabrice integre retinere. Reservamus nobis tamen et successoribus nostris collationem predicte vicarie et prefate ipsius porcionis augmentandi vel diminuendi prout nobis et successoribus nostris secundum deum melius videbitur expedire. In quorum omnium et singulorum testimonium premissorum presentes nostras literas sive presens publicum instrumentum per Henricum Brown registrarium nostrum apostolica publicum auctoritate notarium coram nobis in huiusmodi negocio actorum scribam subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli appensione fecimus communiri. Dat' et acta quo ad prolationem sententie supradicte in dicta ecclesia nostra Cant' anno domini millesimo CCC nonagesimo septimo, indictione quinta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii divina providentia pape noni anno octavo mensis Aprilis die septodecimo, presentibus dilectis clericis nostris familiaribus dominis Johanne Wotton canonico ecclesie Cicestren', Johanne Bateman de Berlinge Norwicen', Willelmo Chichester de Byngham in Thenalt Eboracen' dioc' ecclesiarum parochialium rectoribus et aliis quampluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Henricus Brown clericus Wellen' dioc' publicus apostolica auctoritate notarius predicti reverendissimi in Christo patris et domini mei domini Thome dei gratia Cant' archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati in negocio suprascripto coram eo actorum scriba et suus registrarius prefate prolacioni sive ac incorporationi et appropriationi dicte ecclesie de Godmersham dum sic ut premittitur per dictum reverendum in Christo patrem et dominum meum dominum archiepiscopum anno indictione pontificatus mense die et loco predictis fierent unacum prefatis testibus presens personaliter interfui prefatamque sententiam legi et promulgari necnon dictam ecclesiam modo et forma predictis appropriari incorporari et annecti vidi et audivi ac de mandato prefati domini mei archiepiscopi presens publicum instrumentum inde confeci et aliunde occupatus per alium scribi feci et hic manu propria me subscripsi ac signum meum consuetum apposui in fidem et testimonium omnium premissorum et interlineam in presenti subscriptione duas dictiones istas meum predictum ut patet superius propter corrigendo defectum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis communitionis et suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Rome apud sanctum Petrum Non' Julii. Pontificatus nostri anno octavo.

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis Herlewino priori et monachis Cantuariensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam de Munketun cum capellis suis de Berchilton et de Wode et aliis pertinentiis suis, ecclesiam de Eastria cum capellis suis de Gernelinge et de Wode et aliis pertinentiis suis, ecclesiam de Meopham cum pertinentiis suis sicut venerabilis frater noster Ricardus archiepiscopus vester elemosinarie domui ecclesie vestre ad sustentationem pauperum rationabiliter contulit et carta sua confirmavit et vos eas quiete habetis eidem elemosinarie domui auctoritate apostolica confirmamus. Capellam quoque sancti Thome de Mareisco iam dicte elemosinarie domui sicut eam iuste et pacifice habere dinoscitur apostolicis duximus apicibus confirmandam, statuentes ut nullus ipsam vel aliquas supradictas ecclesias ab eadem elemosinarie domo aliqua temeritate alienare presumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Lateran' xiiij° Kl' Marcii.

de ecclesiis de Munketon Eastry Meopham et Ffeyrfeld

Theobaldus dei gratia Cant' archiepiscopus totius Anglie primas apostolice sedis legatus universis fratribus et filiis ecclesie salutem. Noverit tam presens etas quam omnis secutura posteritas nos concessisse per manum Willelmi prioris Cant' ecclesie capellam de Halystowe cum omnibus pertinentiis suis in elemosinam perpetuam altari ecclesie Christi Cant'. Ut ergo illa concessio firma et rata decetero permaneat presenti scripto et sigilli nostri attestatione confirmari et corroborari fecimus. Valete.

Quantum ad appropriationem ecclesie de Westwell originale eiusdem patet in literis patentibus de fundatione [illegible] in manu ecclesie Christi Cantuar' ordinate pro felicis memorie Johanne Bokyngham olim Lincoln' dioc'.

Urbanus episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Romani pontificis providentia circumspecta hiis que pro personarum studio literarum ut acquirere possint scientie margaritam in studii generalis utilitatibus provide acta sunt ut illibata consistant libenter adicit apostolici muniminis firmitatem. Sane petitio pro parte dilectorum filiorum custodis et scolarium collegii domus aule Cantuariensis universitatis studii Oxonien' ordinis sancti Benedicti Lincoln' dioc' nobis nuper exhibita continebat quod olim bone memorie Simon

de ecclesia de Pagham

Archiepiscopus Cantuar qui huiusmodi domum et collegium fundavit, et in eo certum numerum monachorum qui de ecclesia Cant dicti ordinis existerent, et scolarium secularium sacre theologie et artium studio insistentium per modum collegii statuit, et etiam ordinavit, provide attendens possessiones pro dote huiusmodi domus seu collegii assignatas adeo modici valoris existere quod pro supportandis oneribus eidem domui seu collegio incumbentibus sufficere non valebant, prehabito super hiis cum dilectis filiis priore et capitulo dicte Cant ecclesie tractatu diligenti de ipsorum consilio et assensu parochialem ecclesiam de Paghum Cicestren dioc que de patronatu et jurisdictione immediate Archiepiscopi Cant pro tempore existentis erat cum suis membris juribus et pertinentiis universis domui et collegio ac scolaribus predictis eorumque successoribus appropriavit, annexuit perpetuo et univit, ita quod cedente vel decedente rectore dicte ecclesie vel aliter ipsam ecclesiam quomodolibet dimittente liceret eisdem scolaribus corporalem dicte ecclesie possessionem ingredi, ordinarii loci aut alterius cuiuscumque minime petita licentia vel obtenta, retentis tamen portionibus congruis pro perpetuis vicariis dicte parochialis ecclesie ibidem canonice instituendis ac capelle de Berghestede et perpetue capellanie capelle de Boghenore dicte dioc eidem parochiali ecclesie unitarum prout in autenticis inde confectis Archiepiscopi prioris et capituli predictorum sigillis munitis quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus plenius continetur. Quare pro parte dilectorum filiorum prioris et capituli ecclesie Cant et dictorum custodis et scolarium monachorum dicti collegii in quo ad presens scolares monachi dumtaxat fore noscuntur nobis fuit humiliter supplicatum ut premissis robur confirmationis adiicere, non obstante quod dicta parochialis ecclesia in prefata dioc Cicestren ut premittitur consistat, et cum suppletione aliorum defectuum si qui forsan intervenerint in eisdem de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque consideratione etiam huiusmodi supplicationibus inclinati appropriationem annexionem et unionem huiusmodi rata habentes atque grata illa non obstante quod ipsa parochialis ecclesia in dicta dioc Cicestren consistat ut prefertur ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Supplentes omnem alium defectum si quis forsitan intervenerit in eisdem. Volumus autem quod si congrue portiones pro perpetuis vicariis qui in parochiali ecclesia et capella de Berghestede ac capellania supradictis in divinis deservient assignate non sunt assignentur ex quibus iidem vicarii possint congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia incumbentia eis onera supportare. Tenor autem dictarum litterarum talis est. **Universis** sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint Simon permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus salutem et perpetuam rei geste memoriam cum benedictione dextere dei salvatoris. Quotiens ad penuriam studentium in famosa ac preamabili universitate Oxonien nostre Cant provincie meritis intuitum dirigimus totiens cordis nostri viscera doloris gladio sauciantur. Hec enim sicut stella celi dei manantia semine suo germina multiplicare et sicut vinea israelitica quondam de egypto translata palmites suos et propagines per universum orbem diffundere, pariter etiam annis transactis consuevit formositate Rachel simul et fecunditate Lie dumtaxat adornari. Set procurantibus demeritis nostris aggravata manus dei tam copiosam tamquam fructuosam propagationem quasi in manipulum frondium geminato cuius pestilentie impetu redigebat. Nos igitur huic preamabili filie nostre adeo lacrimose in fecunditate laboranti materno compatientes affectu et in aliqualem spiritus consolationem aliquod sibi subolis adiicere cupientes quandam aulam collegiatam sub certo studentium numero vocabulo Aule Cantuariensis stabilitam infra certorum sic metas fundavimus, possessiones temporales propterea per nos acquisitas eidem aule et studentibus in dotem perpetuam assignando. Sane ex parte dicte aule custodis et studentium nobis extitit significatum quod possessiones predicte pro ipsorum studentium sustentatione congrua et aliis eiusdem aule seu collegii supportandis oneribus non sufficiunt nec sufficere poterunt in futurum, propter quod nobis humiliter supplicarunt quatinus ecclesiam parochialem de Paghum nostrorum patronatus et jurisdictionis immediate eis et eorum collegio in usus proprios concedere dignaremur. Nos igitur volentes eorum necessitati consulere et utilitati providere, ipsorum supplicationibus tamquam iustis et rationi consonis inclinati, prehabito super premissis et ea contingentibus solempni et diligenti tractatu cum venerandis et religiosis viris priore et capitulo ecclesie nostre Cant, iurisque ordine qui in hac parte requirebatur in omnibus observato, de consilio consensu et assensu eorum prefatam ecclesiam de Paghum cum suis membris iuribus et pertinentiis universis prefatis aule collegio et studentibus eorumque successoribus appropriamus annectimus et unimus, ipsamque in usus proprios eorundem concedimus imperpetuum possidendam, adiicientes et concedentes ipsis custodi et studentibus plenam potestatem et liberam ut cedente vel decedente seu alias qualitercumque dimittente rectore dicte ecclesie nunc de presenti incumbente, ipsam ecclesiam et eius possessionem auctoritate presentium per se alium seu alios ingredi, obventiones redditus et proventus eiusdem quoscumque percipere, ac de eisdem libere disponere valeat, nulla alia licentia seu auctoritate loci ordinarii aut alterius cuiuscumque super hoc petita aliqualiter seu obtenta. Salvis tamen vicariis perpetuis dicte ecclesie parochialis et capelle de Berghestede capellanieque perpetue de Boghenore eidem ecclesie annexis ac portionibus ab olim eisdem perpetuo assignatis, reservataque nobis et successoribus nostris utriusque vicarie et capellanie huiusmodi collatione prout ad nos et predecessores nostros pertinere solebat temporibus retroactis. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Dat in domo capitulari ecclesie nostre predicte v. Id. Maii. Anno domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo tertio. Et nostre consecrationis xiiij°. **Et** nos Robertus prior et capitulum ecclesie Christi Cantuariensis predicte recognoscimus et fatemur nos cum prefato reverendo patre cum omnibus et singulis supradictis tractatum solempnem et deliberationem maturam etiam habuisse consiliumque nostrum consensum et assensum eisdem adhibuisse. Unde et premissa omnia et singula quatenus ad nos attinet ex certa scientia approbamus ratificamus et etiam confirmamus. In quorum tractatus et consensus nostri communis et unanimis ceterorumque premissorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat in domo nostra capitulari mense die et anno supradictis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat Rome apud Sanctum Petrum v. Id. Augusti Pontificatus nostri Anno Secundo.

Appropriaciones beneficiorum.

Meapham

Ricardus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus universis sancte matris ecclesie filiis salutem. Ad universitatis vestre volumus notitiam pervenire quod ex debito nobis iniuncti officii existentium necessitati volentes consulere ecclesias de Eastria et Monketon cum capellis et rebus pertinentiis suis conventui ecclesie Christi Cant in perpetuam elemosinam concessimus dedimus et assignavimus ad usus tamen pauperum elemosinarie ipsius ecclesie cum suis fructibus specialiter deputatas. Verumptamen quia has ad hoc minime sufficere advertimus, ideo ecclesiam de Meapham cum omni suo iure et integritate prescriptis ecclesiis adicimus, ut ipsa ecclesia de Meapham usui et sustentationi pauperum sicut et cetere due perpetuo cedat. Vicario persona predicte ecclesie de Meapham prebente assensum cum ad preces et postulationem domini pape Alexandri tandem ecclesiam dedimus et confirmavimus ad hoc idem virgilius consensit quod debeat in ipsa ecclesia cum integritate sui iuris in vita sua persona remanere, tenebitur tamen de priore et conventu Cant' ecclesie solvendo annuatim unum bizancium elemosinarie ipsius ecclesie. Post eius vero obitum ipsa ecclesia de Meapham cum omnibus hiis que ad eam pertinent quiete integre et inconcusse remanebit usibus pauperum sicut dictum est imperpetuum deputata. Et ut hec donatio nostra perpetue firmitatis robur obtineat, eam sigilli nostri munimine confirmavimus, sub interminatione anathematis prohibentes ne quis id quod tam pie et misericorditer actum est temerario ausu debeat perturbare. Qui autem hoc egerit noverit se iram et indignationem omnipotentis dei graviter incursurum.

Ffrenyngham

Gregorius episcopus servus servorum dei dilectis filiis priori et conventui ecclesie Christi Cant' salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam de Ffrenyngham cum pertinentiis quam per bone memorie E. Cantuar' archiepiscopum ad usus pauperum domus vestre canonice provenientes adeptos sicut eam iuste ac pacifice possidetis vobis et per vos eidem domui vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Lateran' Non' Martii pontificatus nostri anno quarto.

Westerham et Westclive

Edwardus dei gratia Rex Anglie dominus Hibernie et dux Aquitanie archiepiscopis episcopis abbatibus prioribus comitibus baronibus iusticiariis vicecomitibus prepositis ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Inspeximus cartam quam carissima consors nostra Alianora Regina Anglie fecit dilectis nobis in Christo priori et conventui ecclesie Christi Cant' in hec verba. Alianora dei gratia Regina Anglie domina Hibernie et ducissa Aquitanie omnibus hominibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Noveritis quod dedimus et concessimus et presenti carta nostra confirmavimus priori ecclesie Christi Cant' et eiusdem loci conventui unam acram terre cum pertinentiis in Westerham et advocatione ecclesie eiusdem ville, et unam acram terre cum pertinentiis in Westclynt una cum donatione et advocatione ecclesie eiusdem ville, simul cum capellis decimis et omnibus aliis rebus et iuribus ad predictas ecclesias de Westerham et Westclynt earum capellas et ad advocationes earundem quoquo modo pertinentibus. Habendum et tenendum eidem priori et successoribus suis et ecclesie sue Christi Cant' in liberam puram et perpetuam elemosinam quietam ab omni seculari servicio imperpetuum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum huic scripto apponi fecimus. Hiis testibus venerabilibus patribus R. Bathon' et Wellen' et W. Dunelmen' episcopis, Gilberto de Clare comite Glouc' et Hertford', Henrico de Lacy comite Lincoln', Ottone de Grandisono, Johanne de Sancto Johanne, Stephano de Penecestr', Johanne de Berewyke et aliis. Nos autem predictam donationem et concessionem ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris prefatis priori et conventui et eorum successoribus concedimus et confirmamus sicut carta predicta rationabiliter testatur. Concessimus etiam pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est eisdem priori et conventui quod predictas ecclesias ipsis et domui sue appropriare et in usus proprios retinere possint imperpetuum non obstante statuto per nos et consilium nostrum nuper edito de terris et advocationibus ecclesiarum ad mortuam manum non ponendis. Hiis testibus venerabilibus patribus R. Bathon' et Wellen', W. Dunelmen', J. Wynton', Th. Menevens' episcopis, Willelmo de Valencia avunculo nostro, Gilberto de Clare comite Glouc' et Hertford', Henrico de Lacy comite Lincoln', Johanne de Warenna comite Surr', Humfrido de Bohun comite Hertford' et Essex', Ottone de Grandisono, Johanne de Sancto Johanne et aliis. Dat' per manum nostram apud Westm' xx° die Junii anno regni nostri xj°.

Irrotulatur inter placita hundredi de Westerham coram H. de Stanton in itinere Kanc' ro.

Depham

Omnibus hoc scriptum visuris Willelmus prior et conventus Norwic' salutem in domino. Inspeximus literas venerabilis patris Thome Norwicen' episcopi in hec verba. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Thomas dei gratia Norwicen' episcopus salutem in domino. Ad universorum notitiam volumus pervenire nos causa dei et religionis favore et in honore beati Thome martiris concessisse et in proprios usus contulisse priori et monachis ecclesie Christi Cant' ecclesiam de Depham cum omnibus ad eam pertinentibus ad usus hospitum et pauperum die solemnitatis prefati martiris Thome ibidem confluentium, salva honesta sustentatione vicarii perpetui qui in eadem ministrabit ecclesia ad presentationem dictorum monachorum cum consilio nostro et successorum nostrorum pro tempore faciendam et a nobis et successoribus nostris instituendi et in dicta ecclesia ministraturi. Ordinavimus autem in predicta ecclesia vicariam decem marcarum, salvis et in omnibus reverentia et obedientia et successoribus nostris et sacrosancte Norwicen' ecclesie consuetudinibus debitis et consuetis. In cuius rei testimonium presentes literas fieri fecimus et sigillo nostro muniri. Dat' Hox' xiij. Kalend' Ffebruarii pont' nostri anno primo. Hanc igitur concessionem sicut canonice facta est assensum nostrum prebentes presens scriptum sigilli nostri munimine roboravimus. Dat' apud Norwic' pontificatus pape Gregorii anno primo.

Copia diversarum bullarum papalium et aliarum concessionum de quibusdam ecclesiis et capellis appropriatis Monasterio sancti Augustini Cantuariensis prout sequitur.

De ecclesia sancti Petri in suburbio Cant

Alexander episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Salutem et apostolicam benedictionem. Sedis apostolice gratiam prout accepimus vos in multis sed in eo potissime devotos redditis quod divino cultui et hospitalitatis officio cum omni diligentia desuditis. Ut autem huiusmodi pietatis opera facilius et liberius a vobis semper valeant exerceri Nos vestris supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus, ut ecclesiam sancti Pauli sitam in Suburbio Civitatis Cantuariensis in qua dicimini Jus patronatus habere cuiusque proventus valentiam quindecim marcarum sterlingorum secundum communem extimationem patrie annis singulis non excedunt, cedente vel decedente ipsius Rectore, diocesani seu Archidiaconi loci aut cuiuscunque alterius assensu minime requisito vestris usibus applicare ac eius possessionem ingredi et retinere libere valeatis. Proviso tamen quod capellano in eadem ecclesia domino perpetuo servituro competens per vos de ipsius proventibus portio ex qua congrue sustentari, et Episcopalia ac Archidiaconalia et alia consueta eiusdem ecclesie onera supportare valeat assignetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii .v. Kalendas Septembris pontificatus nostri Anno Quarto.

De ecclesiis de Sturrey et Kenyngton

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti, Salutem et apostolicam benedictionem. Religionis vestre meretur honestas et devotionis sinceritas quam ad nos et Romanam habetis ecclesiam nos inducit ut vos et Monasterium vestrum paterno complectentes affectu in hiis que digne possumus votis vestris favorabiliter annuamus. Cum itaque sicut ex parte vestra fuit expositum coram nobis, tam propter varios litium anfractus quos hactenus pro tuendo iure ac libertate Monasterii vestri, quam etiam propter oppressiones et exactiones varias, quas propter varios eventus sustinuistis, hactenus sitis ere alieno non modicum pregravati. Nos necessitatibus vestris pio compacientes affectu, ad huiusmodi ac hospitalitatis et alia vobis et dicto Monasterio incumbentia onera facilius supportanda vestris supplicationibus inclinati de Sturrey et de Kenyngton Cantuariensis diocesis ecclesias in quibus Jus patronatus habetis, quarum fructus redditus et proventus Quinquaginta marcarum sterlingorum valorem annuum iuxta taxationem decime, sicut asseritis non excedunt, cum omnibus Juribus et pertinentiis suis vobis et prefato Monasterio apostolica auctoritate univimus, a vobis in usus proprios perpetuo retinendas. Vobis eadem auctoritate nichilominus concedentes ut Rectoribus ipsarum ecclesiarum cedentibus vel decedentibus seu alio quomodo ecclesiis ipsis vacantibus, liceat vobis sine cuiusquam assensu, possessionem earundem ecclesiarum libere ingredi et tenere. Non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de ecclesiis vel beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, quibus quo ad assecutionem aliarum ecclesiarum et beneficiorum, nullum per hoc preiudicium generetur. seu quibuslibet dicte sedis litteris privilegiis et indulgentiis generalibus vel specialibus cuiuscunque tenoris existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumcumque totis tenoribus debeat in nostris litteris fieri mentio specialis. Proviso quod in prefatis ecclesiis cultus divinus nullatenus negligatur. et quod de ipsarum ecclesiarum proventibus perpetuis vicariis inibi domino servituris portiones congrue relinquantur. ex quibus commode sustentari valeant et incumbentia eis onera supportare. Juribus diocesanorum et aliorum inferiorum ordinariorum si qui sunt in omnibus aliis semper salvis. Per huiusmodi autem unionem non intendimus quod exemptioni vestre dictique Monasterii et aliorum quibus competit in aliquo derogetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre unionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasionensis diocesis vi. Idus Septembris Pontificatus nostri Anno Quinto.

De ecclesia de Chistlett.

Celestinus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam de Chistlett ad usum infirmorum deputatam sicut eam iuste ac pacifice possidetis auctoritate vobis apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateran xiiij Kalendas Septembris pontificatus nostri anno quinto.

De ecclesiis de Mynstre et ffaversham etc.

Alexander episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Priori et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam de Mynstre cum omnibus capellis et pertinentiis suis ecclesiam de ffaversham cum capella sancti Jacobi et omnibus aliis pertinentiis suis, Terram de Burgata et omnes alias terras quas habetis infra muros Cantuariensis Civitatis et in suburbio canonice vobis concessas sicut eas rationabiliter possidetis vobis et per vos Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Preterea devotioni vestre duximus indulgendum ut liceat vobis in parrochialibus ecclesiis vestris clericos eligere ac diocesano Episcopo presentare, quibus si idonei fuerint episcopus curam animarum committat.

ut sibi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Volentes etiam providere indempnitati et utilitati Monasterii vestri auctoritate apostolica prohibemus, ne liceat Abbati vel priori predicti Monasterii vestri possessiones ecclesias vel obedientias ad idem Monasterium pertinentes absque assensu Capituli aut maioris et sanioris partis alicui concedere aut assignare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Ferentini v. Idus Februarii.

Alexander episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti, Salutem et apostolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus, quem erga nos et sedem apostolicam habere vos novimus laudabiliter promeretur ut in hiis que Monasterii vestri respiciunt utilitatem nos inveniatis favorabiles et benignos. Vestris igitur precibus inclinati ecclesiam de Preston Cantuariensis diocesis in qua Jus patronatus habetis cum omnibus Juribus et pertinentiis suis vobis in usus proprios auctoritate presentium concedimus, de gratia speciali vobis nichilominus indulgentes ut corporalem ipsius ecclesie possessionem, cum cedente vel decedente illius Rectore vel quovis alio modo legittimo vacaverit, auctoritate propria, non obstante constitutione contraria, per vos vel aliquem vestrum seu alium ingredi libere valeatis, et proventus ipsius integre percipere in usus convertendos eosdem, Diocesani Episcopi vel Archiepiscopi loci seu cuiuslibet alterius assensu minime requisito. Proviso attentius quod vicario perpetuo in eadem ecclesia instituendo qui diocesano canonice presentabitis competentem assignetis de ipsius ecclesie proventibus portionem, de qua congrue sustentari et episcopalia ac alia ipsius ecclesie onera valeat supportare, Jure diocesano quo ad institutionem et destitutionem correctionem et visitationem eiusdem vicarii semper salvo. Nos enim quicquid contra presentium indulti nostri tenorem de dicta ecclesia, cum Juribus et pertinentiis suis in preiudicium vestrum, vita vel quavis auctoritate per quemcumque factum vel attemptatum fuerit irritum decernimus et inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Neapoli vj kalendas Junii. Pontificatus nostri Anno Primo.

De ecclesia de Preston.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Capitulo sancti Augustini Cantuariensis Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu ecclesiam sancti Augustini de Norbury cum omnibus pertinentiis suis sicut eam iuste et pacifice possidetis et domui vestre elemosinarie canonice deputastis, Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Verone iij Idus Maii.

De ecclesia sancti Augustini de Norbury.

Clemens episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Johanni Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Salutem et apostolicam benedictionem. Sacre vestre Religionis sub qua virtutum domino militantes devotum sibi famulatum impenditis promeretur honestas, devotionis quoque sinceritas qua ad nos et Romanam geritis ecclesiam nos inducit ut vobis et Monasterio vestro in necessitatibus quantum cum deo possumus favorabiliter et utiliter consulamus. Sane petitio vestra nobis nuper exhibita continebat quod Monasterium vestrum prefatum isto presenti tempore pro variis debitis vestri Monasterii necessitatibus continue vobis incumbentibus supportandis, et pro iuribus privilegiis et exemptionibus ipsius Monasterii defendendis, ac etiam pro monachis dicti Monasterii studentibus tenendis in studiis generalibus, et aliis huiusmodi variis et diversis expensarum oneribus esse dinoscitur pregravatum, que tamen vos supportare convenit cum maxima gravitate. Quare pro parte vestra nobis extitit humiliter supplicatum ut in relevationem et supportationem onerum huiusmodi vobis de alicuius subventionis utilis remedio providere paterna sollicitudine dignaremur. Nos igitur vobis et eidem vestro Monasterio paterno in hac parte compatientes affectu, volentesque vobis super hiis de huiusmodi subsidio providere vestris supplicationibus inclinati de Wynllesberghe cuius viginti quinque, et de Stone in Oxne cuius Triginta, et de Broklande parochialium ecclesiarum Cantuariensis diocesis cuius fructus redditus et proventus viginti marcharum sterlingorum secundum taxationem decime valorem annuum non excedunt, de patronatu vestro sicut asseritis existentes, ac consuetas per seculares clericos gubernari, cum omnibus iuribus et pertinentiis earundem, vobis et prefato vestro Monasterio eorumque in usus et supportationem onerum predictorum auctoritate apostolica incorporamus annectimus et unimus, eadem auctoritate vobis et successoribus tuis fili Johannes Abbatibus dicti Monasterii qui fuerint pro tempore nichilominus concedentes ut earundem ecclesiarum Rectoribus qui nunc sunt cedentibus vel decedentibus vel alias ecclesias ipsas dimittentibus simul vel successive liceat vobis et eisdem successoribus per vos vel alium seu alios nomine vestro ipsarum ecclesiarum ac iurium et pertinentiarum earum corporalem possessionem propria auctoritate apprehendere et habere, ipsasque in vestros et dicti Monasterii usus proprios perpetuo retinere cuiuscumque licentia seu consensu minime requisitis. Reservata tamen de singularum ecclesiarum earundem proventibus pro redditibus pro singulis perpetuis vicariis in eisdem singulis ecclesiis canonice deputandis congrua portione de qua ipsi vicarii possint congrue sustentari, Jura episcopalia solvere, et alia incumbentia eis onera supportare. Non obstante si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi parochialibus ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales nostras vel predecessorum nostrorum Romanorum pontificum aut legatorum apostolice sedis litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas litteras et processus quoscumque habitos per easdem ad predictas parochiales ecclesias volumus non extendi

De ecclesiis de Wynllesberghe, Stone & Broklande etc.

sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem ecclesiarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuslibet aliis dicte sedis privilegiis, indulgentiis et litteris generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus tamen quod dilectus filius archidiaconus Cant' qui nunc est et eius successores archidiaconi Cantuar' qui fuerint pro tempore, easdem vel consimiles obventiones in et super ipsis ecclesiis habeant et percipiant temporibus vacationum vicariarum ecclesiarum ipsarum et singularum earundem, quas predicti archidiaconi qui fuerint hactenus ut asseritur temporibus vacationis dictarum ecclesiarum et consimilium earundem consueverunt et debuerunt percipere et habere. Nos enim irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre connexionis, unionis, concessionis, voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Avinion' iiij Non' Octobr' Pontificatus nostri Anno Sexto.

De ecclesia de Tentwardyn

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis Abbati et Conventui monasterii sancti Augustini Cantuarien' ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti salutem et apostolicam benedictionem. Et si ex iniuncto nobis apostolatus officio ecclesiis et monasteriis superintendere nos oporteat universis, illorum tamen curam sollicitam convenit nos habere, que beati Petri specialis iuris et proprietatis existunt, ut in apostolice sedis accedat commodis quod illorum facultatibus iustis titulis aggregatur. Vestris igitur utilitatibus paterna sollicitudine intendentes ecclesiam de Tentwardeyn Cantuarien' dioc' in qua ius patronatus habetis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis vobis in usus proprios auctoritate presentium concedimus, ac de gratia speciali vobis nichilominus indulgentes ut corporalem possessionem ipsius ecclesie cum cedente vel decedente illius rectore vel quomodolibet alio modo ipsam vacare contigerit, auctoritate propria, non obstante constitutione contraria per vos vel aliquem vestrum seu alium ingredi libere valeatis ac proventus ipsius integre percipere in usus convertendos eosdem, diocesani episcopi vel archidiaconi loci seu cuiuslibet alterius assensu minime requisito. Provisuri attentius quod vicario perpetuo in eadem ecclesia servituro, quem diocesano canonice presentabitis, competentem assignetis de ipsius ecclesie proventibus portionem, de qua congrue sustentari et episcopalia ac alia ipsius ecclesie onera valeat supportare, iure diocesani quoad institutionem et destitutionem, correctionem et visitationem eiusdem vicarii semper salvo. Nos enim quicquid contra presentis indulti nostri tenorem de dicta ecclesia cum iuribus et pertinentiis suis in preiudicium vestrum nostra vel quavis auctoritate per quemcumque factum vel attemptatum fuit decernimus irritum et inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Neapoli v. Kl' Junii Pontificatus nostri Anno Primo.

De ecclesia de Lenham

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Abbati et Conventui sancti Augustini Cantuar' salutem et apostolicam benedictionem. Ex tenore vestre petitionis accepimus quod vos ecclesiam Magnam vestram de Lenham Cant' dioc' in qua ius patronatus habetis in usus reparationis utensilium refectorii vestri a nobis ascriptam et per sedem apostolicam confirmatam ad exemplar felicis recordationis Celestini et Gregorii Romanorum pontificum predecessorum nostrorum vobis auctoritate apostolica confirmantes, devotioni vestre de gratia speciali concessimus ut non obstante quod eandem ecclesiam ad instantiam quondam R. abbatis vestri magistro R. nepoti suo contra prohibitionem felicis recordationis predecessoris nostri Celestini summi pontificis concessistis quoad vixerit possidendam, eam cum vacaret ad predictos usus revocare possetis. Cum vero devotionis vestre merita exigunt ut vos in hac parte pleniori gratia prosequamur, defectum super premissis supplentes de plenitudine potestatis presentium vobis auctoritate concedimus ut cedente vel decedente rectore ipsius ecclesie ipsam cum vacaverit retinere in usus proprios valeatis, ita tamen quod vicario in eadem ecclesia perpetuo servituro competens per vos de ipsius proventibus portio, ex qua congrue sustentari et episcopalia ac alia onera eiusdem ecclesie sustinere valeat, assignetur, diocesani in omnibus quo ad spiritualia iure salvo. Districtius inhibentes ne quis super premissis gravamen aliquod vobis inferre presumat. Nos enim decernimus irritum et inane quicquid contra huiusmodi concessionis nostre tenorem a quoquam fuerit attemptatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Lugdun' Non' Aprilis Pont' nostri Anno Octavo.

De ecclesiis de Midelton et Faversham

Alexander episcopus servus servorum dei, dilectis filiis Priori et Capitulo monasterii sancti Augustini Cantuarien' salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam de Midelton cum omnibus capellis et pertinentiis suis, ecclesiam de Faversham cum capella sancti Jacobi et omnibus aliis pertinentiis suis, tenementa, burgagia et terras quas habetis infra muros Cantuar' civitatis, canonice vobis concessas, sicut eas rationabiliter possidetis, vobis et per vos auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Preterea devotioni vestre duximus indulgendum ut liceat vobis in parochialibus ecclesiis vestris clericos eligere et diocesano episcopo presentare, quibus si idonei fuerint episcopus curam animarum committat, ut sibi de spiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Volentes etiam providere indempnitati et utilitati monasterii vestri auctoritate apostolica prohibemus ne liceat Abbati vel Priori predicti monasterii vestri possessiones, ecclesias vel obedientias ad idem monasterium pertinentes absque assensu capituli aut maioris et sanioris partis in dampnum vel detrimentum ipsius monasterii alienare vel aliis assignare. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et constitutionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Anagn' v. Kalend' Augusti.

De ecclesia de Sellinges.

Alexander episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Salutem et apostolicam benedictionem. Exigit tue/ Ratio persuadet ut gratia vobis ab apostolica sede facta continuo vigore perduret, et si quando improvisus casus vel improvido actu tam interrumpi contingat, remediis oportunis restauretur. Cum igitur felicis recordationis Urbanus et Gregorius Romani pontifices predecessores nostri ecclesiam de Sellinges Cantuariensis diocesis in qua Ius patronatus habetis, ad vestitum monachorum vestri Monasterii a vobis ascriptam in usus eosdem vobis per suas litteras duxerint confirmandam. Nos volentes in hac parte vobis gratiam facere ampliorem, ecclesiam ipsam cum Iuribus et pertinentiis suis de novo vobis in usus eosdem de gratia concedimus speciali. Non obstante quod ecclesiam ipsam auctoritate propria in usus huiusmodi vobis ascribere nequivistis, seu quod in eorundem predecessorum litteris continetur eandem ecclesiam ad vos pleno iure spectantem, et quod Alexander quondam Abbas Monasterii vestri contra gratiam ab eodem Urbano sibi factam dictam ecclesiam Georgio de Donova clerico Cantuariensis diocesis contulisse noscitur ab ipso quoadvixerat possidendam. Nichilominus auctoritate vobis presentium indulgentes ut eiusdem ecclesie possessionem corporalem cum cedente vel decedente ipsius Rectore vel quovis alio legittimo modo vacaverit, auctoritate propria non obstante constitutione contraria per vos vel alium seu alios libere ingredi valeatis, ac proventus ipsius integre percipere in usus convertendos eosdem, diocesani episcopi vel Archidiaconi loci seu cuiuscumque alterius assensu nullatenus requisito. Proviso attamen ut vicario perpetuo in eadem ecclesia servituro quem diocesano canonice presentabitis competens assignetur de ipsius ecclesie proventibus portio, de qua congrue sustentari, et episcopalia et alia ipsius ecclesie onera valeat supportare, Iure diocesani quo ad institutionem et destitutionem correctionem et visitationem eiusdem vicarii semper salvo. Nos enim decernimus irritum et inane quicquid contra huiusmodi indulti nostri tenorem de dicta ecclesia cum Iuribus et pertinentiis suis in preiudicium vestrum, nostra vel quavis auctoritate factum vel attemptatum fuit per quoscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Neapoli xv. kl' Iunii. Pontificatus nostri Anno Primo.

Approbatio ecclesie sancti Pauli in suburbio Cant'.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentem paginam inspecturis. Magister H. de Mortuo mari gerens vices venerabilis patris B. dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi in remotis agentis Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos Rescriptum domini pape non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum cum bulla vera filo et integro inspexisse sub hac forma. Alexander episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti Salutem et apostolicam benedictionem. Sedis apostolice gratia provenit, accepimus vos in multis sed in eo potissime dignos redditis quod divino cultui et hospitalitatis officio cum omni diligentia desuditis, ut autem huiusmodi pietatis opera facilius et liberius a vobis semper valeant exerceri, nos vestris supplicationibus inclinati presentium vobis auctoritate concedimus ut ecclesiam sancti Pauli sitam in suburbio Civitatis Cantuariensis in qua dicimini Ius patronatus habere, cuiusque proventus valentiam quindecim marcarum sterlingorum secundum communem estimationem per annis singulis non excedunt, cedente vel decedente ipsius Rectore diocesani vel Archidiaconi loci aut cuiuscumque alterius assensu minime requisito vestris usibus applicare, ac eius possessionem ingredi et retinere libere valeatis. Proviso tamen quod capellano in eadem ecclesia domino perpetuo servituro competens per vos de ipsius proventibus portio ex qua congrue sustentari, et episcopalia ac Archidiaconalia et alia consueta eiusdem ecclesie onera supportare valeat assignetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Viterbii ii. kl' Septembris Pontificatus nostri Anno quarto. Nos igitur indulgentiam predictam prefatis Abbati et Conventui a domino papa concessam, in quantum ordinarie facultatis requirit potestas gratum prebentes assensum, gratiam qua in hac parte idem dominus papa eisdem duxit faciendam, necnon et ingressum possessionis ecclesie predicte quam eiusdem nomine eosdem assecutos fuisse approbamus. In cuius Rei testimonium sigillum officialitatis Curie Cantuariensis apponi fecimus presentibus perpetuo duraturum. Dat' Anno gratie Millesimo ducentesimo Septuagesimo xv. kl' Augusti.

Approbatio ecclesiarum de Sturrey et Kenyngton.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis. Walterus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos Appropriationi ecclesiarum de Sturrey et de Kenyngton nostre diocesis per sacrosanctam sedem apostolicam Religiosis viris Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis facte impetrate et concesse, in quantum ordinarie facultatis requirit potestas, gratum prebentes assensum, gratiam quam in hac parte eadem sedes sancta ipsis Religiosis duxerat faciendam, necnon et ingressum possessionis ecclesie de Kenyngton predicte, qua eiusdem eosdem nomine assecutos fuisse approbamus. In cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Cantuariam xvj° kl' Decembris Anno domini Millesimo Trescentesimo Septodecimo.

Confirmatio ecclesiarum de Mynstre et de Northbury et de Chistelett.

Ricardus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas. Universis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris vel audituris Salutem in domino. Ea que pietatem continent nos visceribus amplexari volumus ut debemus, et que ad virorum Religiosorum sustentacionem provide statuuntur, Nos qui sancte Religionis sumus professores omnimodam volumus habere firmitatem. Cum igitur Monasterio sancti Augustini Cantuariensis ecclesie de Mynstre, et de Northbury et de Chistelett ob evidentes necessitates ad diversos usus eiusdem Monasterii ab antiquo fuerint assignate, et a diversis Romanis pontificibus ad eosdem usus pure confirmate. Nos dilectorum filiorum Abbatis et Conventus prefati Monasterii precibus inclinati, divine caritatis intuitu et sancte Religionis quam in prefato loco vigere novimus, et credimus in futuro, ad prefatos usus dictas ecclesias cum omnibus pertinentiis suis deo et beato Augustino confirmamus. In cuius Rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi. Hiis testibus domino W. Roffensi Episcopo, Magistro G. purella, Magistro Rogero de Kanistun, Magistro R. Blundo, Magistro Radulpho de fford et multis aliis.

Approbacio ecclesie de Prestone.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentem paginam inspecturis Magister Hugo de Mortuo mari gerens vices venerabilis patris domini Bonifacii dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi in remotis agentis Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos rescriptum domini pape non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum cum bulla vera filo serico integro inspexisse sub hac forma. Alexander Episcopus servus servorum dei, Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti, Salutem et apostolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus quem erga nos et sedem apostolicam habere vos novimus laudabiliter promeretur, ut in hiis que Monasterii vestri possunt utilitatibus nos inveniatis favorabiles et benignos. Vestris igitur precibus inclinati, ecclesiam de Prestone Cantuariensis diocesis in qua ius patronatus habetis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis vobis in usus proprios auctoritate presentium concedimus de gratia speciali vobis nichilominus indulgentes ut corporalem ipsius ecclesie possessionem cum cedente vel decedente illius Rectore vel quovis alio modo licite vacaverit, auctoritate propria non obstante constitutione contraria per vos vel aliquem vestrum seu alium ingredi libere valeatis, et proventus ipsius integre perpetuo in vestros usus convertendos eosdem diocesani Episcopi vel Archidiaconi loci seu cuiuslibet alterius assensu minime requisito, proviso attencius quod vicario perpetuo in eadem ecclesia servituro, quem diocesano canonice presentabitis competentem assignetis de ipsius ecclesie proventibus porcionem, de qua congrue sustentari et episcopalia ac alia ipsius ecclesie onera valeat supportare. Iure diocesani quo ad institucionem et destitucionem correctionem et visitationem eiusdem vicarii semper salvo. Nos enim quicquid contra presentis indulti nostri tenorem de dicta ecclesia cum iuribus et pertinenciis suis in preiudicium vestrum nostra vel quavis auctoritate per quemcumque factum vel attemptatum fuerit irritum decernimus et inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Neapoli vj. kl. Junii. pontificatus nostri Anno primo. Nos igitur indulgencie predicte prefatis Abbati et Conventui a domino papa concesse, inquantum ordinarie facultatis requirit potestas gratum prebentes assensum, graciam quam in hac parte idem dominus papa eisdem duxit faciendam, necnon et ingressum possessionis ecclesie predicte, quam eosdem novimus assecutos eosdem legittime approbavimus. In cuius rei testimonium sigillum Curie officialitatis Cantuariensis apponi fecimus presentibus perpetuo duraturis. Dat. Anno gratie Millesimo Ducentesimo Septuagesimo, quintodecimo kl. Augusti.

Confirmacio ecclesiarum de Broklonde de Stone in Oxneye et de Wynnelesberghe.

Simon permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus. Universis presentes litteras inspecturis, Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos rescriptum domini pape non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum cum bulla vera filo serico integro inspeximus sub hac forma. Clemens Episcopus servus servorum dei, Dilectis filiis Johanni Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti, Salutem et apostolicam benedictionem. Sacre vestre Religionis sub qua virtutum domino militantes devotum sibi famulatum impenditis promeretur honestas devocionis quam sinceritas qua ad nos et Romanam geritis ecclesiam nos inducit ut vobis et Monasterio vestro necessitatibus quantum cum deo possumus favorabiliter et utiliter consulamus. Sane peticio vestra nobis nuper exhibita continebat quod Monasterium vestrum etc. et sic terminatur bulla. Dat. Avinion. quarto Non. Octobr. pontificatus nostri Anno Sexto. Nos igitur indulgencie predicte prefatis Abbati et Conventui facte et concesse inquantum ordinarie facultatis requirit potestas gratum prebentes assensum, graciam quam in hac parte dominus papa eisdem Religiosis duxerat faciendam, necnon et ingressum possessionis vel possessionum ecclesiarum de Broklonde de Stone in Oxneye et de Wynnelesberghe nostre diocesis, quam vel quas eosdem novimus eosdem Religiosos licite assecutos ratificamus et approbamus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. apud Lamhith iij Non. Novembr. Anno domini Millesimo CCC.lix°. Et nostre Consecracionis Decimo.

Approbacio ecclesie de Tenterdenn.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentem paginam inspecturis, Magister Hugo de Mortuo mari gerens vices venerabilis patris Bonifacii dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi in remotis agentis Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos rescriptum domini pape non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum cum bulla vera filo serico integro inspexisse sub hac forma. Alexander Episcopus servus servorum dei, Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis sancti Benedicti, Salutem et apostolicam benedictionem. Et si ex iniuncto nobis apostolatus officio ecclesiis et monasteriis superintendere nos oporteat, universis illorum tamen curam sollicitam convenit nos habere, qui beati Petri specialis iuris et proprietatis existunt, cum apostolice sedis accedat comodis quod illorum facultatibus iustis titulis aggregatur. Vestris igitur utilitatibus paterna sollicitudine intendentes ecclesiam de Tentwardenn Cantuariensis diocesis in qua ius patronatus habetis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis vobis in usus proprios auctoritate presentium concedimus de gratia speciali vobis nichilominus indulgentes ut corporalem possessionem ipsius ecclesie cum cedente vel decedente illius Rectore vel quovis alio modo licite vacaverit auctoritate propria non obstante constitutione contraria per vos vel aliquem vestrum seu alium ingredi libere valeatis, et proventus ipsius integre perpetuo in vestros usus convertendos eosdem diocesani Episcopi vel Archidiaconi loci seu cuiuslibet alterius assensu minime requisito. Proviso attencius quod vicario perpetuo in eadem ecclesia servituro, quem diocesano canonice presentabitis competentem assignetis de ipsius ecclesie proventibus porcionem, de qua congrue sustentari et episcopalia ac alia ipsius ecclesie onera valeat supportare. Iure diocesani quo ad institucionem et destitucionem correctionem et visitacionem eiusdem vicarii semper salvo. Nos enim quicquid contra presentis indulti nostri tenorem de dicta ecclesia cum iuribus et pertinenciis suis in preiudicium vestrum, nostra vel quavis auctoritate per quemcumque factum vel attemptatum fuerit decernimus irritum et inane. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Neapoli v kl. Junii. Pontificatus nostri Anno Primo. Nos igitur indulgencie predicte prefatis Abbati et Conventui a domino papa concesse, inquantum ordinarie facultatis requirit potestas, gratum prebentes assensum, graciam quam in hac parte idem dominus papa eisdem duxit faciendam, necnon et ingressum possessionis ecclesie predicte, quam eosdem novimus eosdem assecutos legittime approbavimus. In cuius rei testimonium sigillum officialitatis Curie Cantuariensis apponi fecimus presentibus perpetuo duraturis. Dat. Anno gratie Millesimo Ducentesimo Septuagesimo, xv°. kl. Augusti.

Confirmacio ecclesiarum de Middeltona et de ffaversham.

S. Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus Anglorum Primas et apostolice sedis legatus. Universis sancte ecclesie fidelibus Salutem. Donationes Regum Anglorum et elemosinas principum ecclesiis seu Religiosis locis canonice collatas et concessas, nostri est officii firmas statuere et auctoritatis nostre testimonio roborare. Ea propter dominum Regis /

Anglorum celebris memorie Willelmi a glorioso Rege Henrico filio suo confirmatum, videlicet ecclesias et decimas de Middeltona et de ffaversham, cum omnibus redditibus quos regi reddebant, cum hiis mansionibus et cum omnibus eis appendentibus, terra, silva, pratis et aqua, excepta decima mellis et gabli denariorum, concedimus et confirmamus deo et sancto Augustino et abbati et fratribus eiusdem loci, ut habeant et teneant et possideant ita libere et quiete sicut predictorum Regum carte, quas oculis nostris vidimus, attestantur eos habere et tenere debere. Si quis igitur hoc violare temptaverit, secundo tercio ve commonitus, nisi digne satisfecerit, anathemati subiaceat. Conservantes autem gratiam et benediccionem dei consequantur. Amen.

Approbacio ecclesie de Gellinges.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentem paginam inspecturis Magister Hugo de Mortuo mari gerens vices venerabilis patris domini Bonifacii dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi in remotis agentis, Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos rescriptum domini pape non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum cum bulla vera filo integro inspexisse sub hac forma. Alexander Episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis sancti Benedicti, Salutem et apostolicam benedictionem. Equitatis ratio persuadet ut gratia vobis ab apostolica sede facta continuo vigore perduret. Et si quando improviso casu vel improvido actu eam interrumpi contingat, remediis pertinentibus restauretur. Cum igitur felicis recordationis Urbanus et Gregorius Romani pontifices predecessores nostri ecclesiam de Gellinges Cantuariensis diocesis in qua ius patronatus habetis, ad vestitum monachorum vestri monasterii a vobis ascriptam in usus eosdem vobis per suas litteras duxerint confirmandam. Nos volentes in hac parte vobis gratiam facere ampliorem ecclesiam ipsam cum iuribus et pertinentiis suis de novo vobis in usus eosdem de gratia concedimus speciali. Non obstante quod ecclesiam ipsam auctoritate propria in usus huiusmodi vobis astrahere neglexistis, seu quod in eorundem predecessorum litteris continetur eandem ecclesiam ad vos pleno iure spectare, et quod Alexander quondam Abbas Monasterii vestri contra gratiam ab eodem Urbano super hiis factam, vicariam ecclesiam Georgio de Donoria clerico Cantuariensis diocesis contulisse noscitur ab ipso quoadvixerit possidendam. Nichilominus auctoritate vobis presentium indulgentes ut eiusdem ecclesie possessionem corporalem cum cedente vel decedente ipsius Rectore vel quovis alio licito modo vacaverit, auctoritate propria non obstante constitucione contraria per vos vel aliquem vestrum seu alium libere ingredi valeatis, ac proventus ipsius integre percipere in usus convertendos eosdem diocesani episcopi vel archidiaconi loci seu cuiuscumque alterius assensu nullatenus requisito. Proviso attencius ut vicario perpetuo in eadem ecclesia servituro, quem diocesano canonice presentabitis competentem assignetis de ipsius ecclesie proventibus porcionem, de qua congrue sustentari et episcopalia et alia ipsius ecclesie onera valeat supportare, iure diocesani quo ad institucionem et destitucionem correctionem et visitacionem eiusdem vicarii semper salvo. Nos enim decernimus irritum et inane quicquid contra huiusmodi indulti nostri tenorem de dicta ecclesia cum iuribus et pertinentiis suis in preiudicium vestrum nostra vel quavis auctoritate factum vel attemptatum fuit per quemcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Neapoli xv. kl. Junii pontificatus nostri Anno primo. Nos igitur indulgenciam predictam prefatis Abbati et Conventui a domino papa concessam in quantum ordinarie facultatis requirit potestas gratum prebentes assensum, gratiam quam in hac parte idem dominus papa eisdem duxit faciendam, necnon et ingressum possessionis ecclesie predicte quam exinde fecerunt eosdem asserentes legittime approbamus. In cuius rei testimonium sigillum Officialitatis Curie Cantuariensis apponi fecimus presentibus perpetuo duraturum. Dat' Anno gratie Millesimo Ducentesimo Septuagesimo xv. kl. Augusti.

Dimissio a personali comparicione in visitacione

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Walterus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas, Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum Religiosi viri Abbas et Conventus Monasterii sancti Augustini Cantuariensis fuissent coram nobis successu temporum, nunc diocesis Cantuariensis nostre diocesano ac diocesis Roffensis nostre Metropolitico iure nuper visitantibus ad iudicium evocati, sub [illegible] super appropriacione ecclesiarum de Mynstre in Thaneto cum capellis sanctorum Johannis Laurentii et Petri in Thaneto, de Chistlett, de Northbury cum capella de Sholdon, de Prestone, de Litlebourne, de ffaversham cum capella de Sheldwich, de Gellinges, de Middeltone, de Lenham, de Tenterdenne, sancti Pauli Cantuariensis et ecclesie de Plumstede cum capella de Estwykham, quas eosdem Religiosos in visitacionibus huiusmodi in usus proprios tenere comperimus, exhibituri ostensuri ac etiam defensuri; iidem Religiosi coram nobis racione huiusmodi congruis loco et tempore competentibus sua munimenta pro iure suo quod eis competere pretenderant in hac parte exhibuerunt et etiam ostenderunt; quibus exhibitis inspectis et examinatis et diligentius ponderatis, quia de iure eorundem in premissis nobis constare liquide videbatur, ipsos super hiis et a prosecucione officii inchoati super personali comparicione in visitacione nostra ac manuali obediencia nobis prestanda pretextu ecclesiarum huiusmodi, de quibus coram nobis similiter fuerant impetiti, duximus dimittendos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Dat' apud Lamhith iuxta London iii. Non. Decembris Anno domini Millesimo Trecentesimo Octodecimo.

Causa super exempcione Monasterii sancti Augustini

Omnibus Christi fidelibus has litteras inspecturis Thomas permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus Salutem in domino sempiternam. Dudum in visitacione nostra Cantuariensis diocesis necnon Roffensis diocesis personaliter exercita Religiosos viros Abbatem et Conventum Monasterii sancti Augustini Cantuariensis ordinis sancti Benedicti pretendentes se ac Monasterium predictum necnon Elemosinariam domum sancti Laurentii et Cantariam de Dogges ac omnes et singulas personas religiosas utriusque sexus infra cepta Monasterii Elemosinarie domus sancti Laurentii et Cantarie de Dogges predictarum degentes ab omni iurisdiccione ordinaria prorsus exemptos sedique apostolice solum et insolidum immediate subditos, et subrectores ecclesiarum parochialium sancti Pauli in suburbio Cant', de Sturrey, de Chistlett, de Mynstre cum capellis sancti Johannis, sancti Petri et sancti Laurencij in Thaneto eidem annexis, de Northbourn cum capella de Sholdon eidem annexa, de ffaversham cum capella de Sheldwich eidem annexa, de Middelton, de Lenham, de Tenterden, de Sellyng, de Preston, de Kenyngton, de Wylnesbergh, de Stone in Oxney, de Broklonde, prebendalem ecclesiam de Eustoy, de Litlebourne nostre diocesis et de Plumstede cum capella de Estwicham Roffensis diocesis cum suis pertinenciis, necnon pensionibus annuis, videlicet de ecclesia de Sybertiswolde et eius rectore viginti solidorum, de Kodinsham et eius vicario decem solidorum, de ecclesia de Borden et eius rectore tresdecim solidorum et quatuor denariorum Cant' diocesis predicte. Ac insuper decimas maiores et minores de terris feodi de Hoppelond quondam Soldani Cristey infra limites sive fines ecclesie de Westbere, decimas parciales de terris de Westlond infra fines seu limites ecclesie de Mynstre de Scapeia, et decimas parciales infra limites de Estchirche de antiquo dominio, de Sherlond, duas decimarum partes infra limites ecclesie de Ripple, decimas parciales infra parochias ecclesiarum de Stokberye et de Wade, decimas maiores et minores de Goldanteslond et partem garbarum decimalium provenientem de terris manerii de Monkelond infra limites parochie de Estlangdon, ac eciam decimas parciales ad valenciam sex marcarum infra eandem parochiam nostre diocesis Cant' predicte dicto Monasterio et ipsis Religiosis nomine dicti Monasterii incorporatas, unitas et annexas, easque sic proprietates et tenentes ad certos diem et locum competentes coram nobis seu venerabilibus viris domino Thoma Chillenden priore ecclesie Christi Cant' et magistro Michaele Sergeaux nostro Cancellario decretorum doctoribus nostris in hac parte commissariis sub sufficienti et titulo canonico, quod et que in premissis et eorum quolibet prefati Abbas et Conventus obtinent, exhibituros, mandavimus et fecimus ad Judicium evocari. In quo quidem termino Religiosus vir frater Thomas Danyell dicti Monasterii commonachus ipsorumque Religiosorum virorum Abbatis et Conventus procurator et nomine procuratorio pro eisdem coram ipsis Commissariis nostris iuxta evocationem huiusmodi legitime comparens, nonnullas litteras apostolicas, necnon Archiepiscoporum Cant' predecessorum nostrorum, ac confirmaciones Prioris et Capituli ecclesie nostre Cant' subsequentes, variasque litteras et instrumenta alia de et super premissis exempcionibus, incorporacionibus, unionibus et annexionibus eis et eorum Monasterio predicto concessa ostendit, et eciam exhibuit. Et deinde ipsis litteris et instrumentis coram ipsis commissariis et per eos perlectis, nonnullis allegacionibus factis super eisdem, prefati commissarij nostri prefixerunt eidem procuratori coram eis ad audiendum voluntatem suam de et super exhibitis et allegatis supradictis certos diem et locum competentes, quibus die et loco advenientibus prefati commissarij nostri eidem procuratori coram eis comparenti, nostra auctoritate ex officioque nostro mero ac aliis omnibus meliori modo et causa quibus poterant obiecerunt, dicentes quod ipsi Religiosi de et super exempcionibus ecclesiarum decimarum et pensionum predictarum, incorporacionibus, unionibus et appropriacionibus sub sufficienti titulo canonico seu assercionem legitimam nullatenus exhibuerunt prout nec habuerunt seu habent in eis seu aliquo premissorum, et presertim pro eo et ex eo, quia per exhibita huiusmodi supradicta de causis necessariis que in concessionibus exempcionum ecclesiarum decimarum et pensionum supradictarum tractatu et consensu eorum legittimo, quorum consensus in hac parte de iure requirebatur, non apparent ut deberet. Causeque cognicio et alia iuris solemnia deficiebant, que in concessione exempcionis predicte ac alienacione rei ecclesiastice requiruntur de iure. Et quod ipsi Religiosi et alie persone supradicte huiusmodi exempcione utuntur, ipsasque ecclesias decimas et pensiones percipiunt illicite, et contra iura ex causis supradictis. Idemque procurator nomine dictorum Religiosorum virorum Abbatis et Conventus ac Monasterii sui predicti litem in ea parte contestando ad premissa iudicialiter allegavit, dixit et proposuit contestacionem iustificando, quod prefati Religiosi viri Abbas et Conventus ipsiusque Monasterii Elemosinarie domus sancti Laurencij et Cantarie de Doges predictorum, necnon omnes et singule persone degentes in eisdem privilegio sedis apostolice ac consuetudine laudabili, a decem, viginti, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta annis ultimo preteritis, ac ultra et citra eciam a tempore et per tempus cuius contrarij memoria hominum non existit, pacifice observata, et in iudicio contradictorio obtenta, fuerunt et sunt ab omni Jurisdictione ordinaria prorsus exempta, ac sedi apostolice solum et insolidum subdita et subiecta. Dicteque ecclesie et decime parciales necnon pensiones ex concessione summorum pontificum Archiepiscoporum Cant' et confirmacionibus prioris et capituli ecclesie Christi Cant' predicte, aliorumque omnium et singulorum quorum interest seu interesse poterit, ad ipsum Monasterium sancti Augustini ac eius nomine ad ipsos Abbatem et Conventum eorumque successores et predecessores pertinuerunt, pertinere consueverunt et pertinent, toto et omni tempore predicto. ffueruntque dicti Religiosi nomine dicti Monasterii ac ipsum Monasterium in possessione iuris seu quasi omnium premissorum. Dictique Religiosi nomine quo supra ipsas ecclesias decimas parciales et pensiones, eciam ante concilium Lateranense contra concessiones huiusmodi pensionum editum, cum omnibus suis pertinenciis tenuerunt et habuerunt, ac tenent et habent pacifice et quiete toto et omni tempore predicto. Quodque omnia et singula premissa fuerunt et sunt vera, publica, notoria et famosa, et de super eis laborarunt et laborant publica vox et fama. Petens dictus procurator nomine quo supra, probatis premittendis in hac parte probandis, per nos ac nostram sentenciam diffinitivam pronunciari decerni et declarari prefatos Religiosos viros Abbatem et Conventum eorumque Monasterium Elemosinarie domum sancti Laurencij ac Cantariam predictas, necnon omnes et singulas personas Religiosas in eis degentes ab omni Jurisdictione ordinaria fuisse et esse prorsus exempta, ac sedi apostolice dumtaxat solum et insolidum subdita et subiecta, ipsasque ecclesias decimas parciales et pensiones cum suis Juribus et pertinenciis universis ad ipsum Monasterium ac eius nomine ad ipsos Abbatem et Conventum pertinuisse, pertinere et pertinere debere, ipsosque Abbatem et Conventum a nostro in hac parte officio dimittendos fore et dimitti, ceteraque fieri que in premissis sacri canones exigunt et requirunt: quam quidem proposicionem et dicti procuratoris ad probandum eandem prefati commissarij admiserunt, certosque diem et locum competentes prefixerunt eidem ad probandum coram eis contenta in eadem, quibus quidem die et loco coram prefatis commissariis idem procurator nonnullos testes ac plura legitima documenta ad probandum premissa produxit, ipsisque testibus admissis iuratis et examinatis ac omnibus aliis in ea parte rite peractis. NOS THOMAS permissione divina Archiepiscopus supradictus, Examinato et diligenter investigato toto processu predicto causeque cognicione sufficienti prehabita, servatoque iuris ordine qui requiritur in hac parte, Quia per huiusmodi exhibita et attestaciones testium predictorum aliaque documenta supradicta invenimus dictos Religiosos viros Abbatem et Conventum ipsorumque procuratorem supradictum premissa et omnia superius ut premittitur per eum proposita sufficienter et legitime fundasse et probasse, per hanc nostram sentenciam diffinitivam quam in hiis scriptis ferimus, pronunciamus, decernimus et declaramus ipsos Abbatem et Conventum Monasterij sancti Augustini Cant' ac ipsum Monasterium, necnon Elemosinariam suam domum sancti Laurencij et Cantariam de Doges predictas, necnon omnes et singulas personas Religiosas in eis pro tempore degentes ab omni Jurisdictione ordinaria fuisse et esse prorsus exempta, ac sedi aplice dumtaxat plene et immediate subdita et subiecta, prefatasque ecclesias prochiales sancti Pauli in suburbio Cant, de Sturrey, de Chistlett, de Mynstre cum capellis sancti Johis, sancti Petri et sancti Laurencii in Thaneto eidem annexis, de Northbourne cum capella de Sholdon eidem annexa, de ffaunsham cum capella de Shelwych eidem annexa, de Middelton, de Lenham, de Tenterden, de Sellynge, de Preston, de Kenyngton, de Wynelesberghe de Stone in Oxene, de Broklond, prochialem ecclesiam de Guston de Litlebourne nre dioc. de Plumsted, Roffen dioc cum capella de Eastwerham cum suis ptinenciis, necnon pensiones annuas viz. de ecclia de Sybertiswold et eius Rectore, xxs. de Kodmsham et eius vicario, vjs. de Borden et eius Rectore, tresdecim solid et quatuor denar Cant dioc predict. Ac insuper decimas maiores et minores de terr feodi de Hoppelond quondam Goldam existen infra limites sive fines ecclie de Westbere, decimas pdiales de terr de Westlond, infra limites seu fines de Mynstre de Grapela, et decimas pdiales infra limites de Eastchurch de antiquo dnio de Shelond, duas decimarum partes infra limites ecclie de Ripple, decimas pdiales infra prochi ecclarum de Stokbery et Wade, decimas maiores et minores de Goldenstone, et partem garbarum decimalium pvenien de terr Mandy de Wynkelond infra limites prochie de Eastlangdon, Ac etiam decimas ad valenciam sex marcarum infra eandem prochiam nre dioc Cant predict cum suis ptinenciis ad ipm Monasterium sancti Augustini ac nomine eiusdem Mon ad ipos Abbatem et Convent ptinuisse ptinere et ptinere debere, prefatosque Religiosos Abbatem et Convent ipas ecclias decimas et pensiones cum suis ptinenciis, canonice tenuisse et possedisse tenere et possidere ac tenere et possidere debere, ab officio nro in hac parte dimittendos fore et dimittimus. Lecta et lata et in his scriptis promulgata fuit hec nra sna diffinitiva in Manerio nro de Lamehith sextodecimo die mensis Augusti Anno dni Millimo CCC^mo Nonagesimo septimo, Et nre Translacionis Anno primo. In quorum omni et singulorum fidem et testimonium sigillum nrum presentibus est appensum.

Ego Theobaldus dei gra Cant Archiepus et totius Anglie Primas Concedo Hugoni Abbati sci Augustini et fratribus eiusdem loci Salutem. Vris iustis peticionibus annuentes roboramus et confirmamus presenti scripto et sigillo nro donum illud de ecclia de Thanett, quod tu dilecte fili Hugo Abbas altari beati Augustini ad reparacione et finem eiusdem Mon dedisti, et carta tua confirmasti, scilicet ipam ecclam cum omnibus capell oblacionibus et decimis omni hom infra insulam ad feodum beati Augustini ptinen. Hoc autem facientes volumus ut hec eadem actio omnibus venturis temporibus firma illibataque pmaneat. Quod si quis temerario ausu infregerit nra determinatione a consortio fidelium fiat alienus nisi ad dignam satisfactione venerit. Huius confirmacionis testes sunt hii, Robertus Epus Exonien, Willmus Archidiaconus Cant et multi alii.

De ecclia de Thanett.

Theobaldus dei gra Cant Archiepus totius Anglie Primas Concedo Hugoni Abbati sancti Augustini Cant et fratribus eiusdem loci Salutem. Cum salvator nr scriptum dicat in infirmis visitari, in nudis cooperiri, ecclia nra esse debet infirmis compati, paupum inopias relevare. Ea propter cum vos ecclias manerior vror de Northbourn et de Chistlett cum capellis suis ad sustentacionem Infirmitorii vri et susceptionem paupum et peregrinor com consilio deputaveritis, et hoc fin vrum nra pietatis auctoritate roborem. Nos piis peticionibus vris libenter cum deo annuentes assignacionem istam presenti scripto roboram et confirmamus. Hoc ante facientes volumus ut hec eadem actio omnibus venturis temporibus firmum robur obtineat illibataque pmaneat. De consensu vro nichilominus statuentes ut fructus dictar Ecclar quos eandem intetre perceperitis non nisi ad pfatos usus aliquo tempore convertatis. Si quis igitur hanc concessionem nram et ordinatione a nobis et vobis canonice factam infringere temptaverit vel ei ausu temerario contraire, nra determinacione a consortio fidelium fiat alienus, donec reatum suum congrua satisfactione emendaverit. Huius nre confirmacionis testes sunt hii, W. Archid et plures alii.

De ecclijs de Northbourn et de Chistlett

Ricardus dei gra Cant Archiepus totius Anglie Primas, Universis sancte matris ecclie filiis presens scriptum visuris vel audituris Salutem in dno. Ea que pietatem continent misericordie visceribus amplexari volumus ut debemus et que ad virorum religiosorum sustentacionem provide statuunt. Nos qui sre religionis summus professores omnimodam volumus here firmitatem. Cum igitur in Monasterio sancti Augustini Cant ecclesie de Mynstre et de Northbury et de Chistlett ob evidentes utilitates ad diversos usus eiusdem Mon ab antiquo fuerint assignate, et a diversis Roman pontificibus ad eosdem usus pure confirmate, Nos dilector filior Abbatis et Conventus prefati Mon precibus inclinati, divine caritatis intuitu et sre religionis quam in prefato loco novimus et credimus in futuro, ad prefatos usus dictas ecclias cum omnibus ptinenciis suis deo et bto Augustino confirmamus. In Cuius rei testimonium pnti scripto sigillum nrum fecimus apponi. Hiis testibus dno W. Roffen Epo, et multis aliis.

Confir. ecclar de Mynstre et de Northbury et Chistlett.

Copie diversar confirmacionum tam Roman pontificum quam Archiepor Cant et aliar concessionum de quibusdam beneficiis appropriatis Monasterio de Ledes Cantuarien dioc sequuntur.

Universis xpi fidelibus has litteras inspecturis Johannes permissione divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et aplice sedis Legatus Salutem in domino sempiternam. Cum dudum in visitatione nra Cant dioc per nos psonalit exercita Religiosi viri prior et Conventus Monasterii de Ledes nre dioc antedict

Confirmacio Archiepi super pmissis diversorum beneficiorum.

ecclesias parochiales de Ledes cum capella de Bromfeld, de Gouthherst, de Bocton Monchelsy et de Berghstede decanatus de Sutton, ac de Kenham et de Bordenne decanatus de Sidingborne et de Serre decanatus de Westbere ac de Madnesbergh decanatus de Sandwico, dicte nostre diocesis tanquam eis appropriatas tenentes, et ab Eselingg' viginti solid' ab Ores decanatus de Ospringg' sex solidorum, ab Arusse decanatus de Elham quadraginta solid', ab Hames decan' de Sandwico quadraginta solid', a Chillyngdenne octo solid', a Crondale decanatus de Bregg' viginti quinque solid', et a Stokebury decanatus de Sidingborne undecim marcas ecclesiis parochialibus dicte Cantuar' diocesis annuas pensiones, necnon de Childeston iuxta Bocton Malherbe decanatus de Cherryng', in Hertangre decan' de Bregg' dicte nostre diocesis et de Bentestede in Huntington decanatus de Shorham nostre iurisdictionis inmediate, ecclesiarum parochialium decimas parciales percipientes ibidem iuxta citacionem eis factam coram nostro commissario comparentes super appropriacione ecclesiarum de Ledes, de Gouthherst et de Berghstede ac Bocton Monchelsy ecclesiarum parochialium predictarum donacionem primariam Roberti de Crepito corde fundatoris monasterii predicti de Ledes supradictis ecclesiis de Ledes cum capella de Bromfeld et de Gouthherst, unacum confirmacione beati Thome martyris gloriosi olim Cantuar' archiepiscopi in hac parte, ac eciam concessionem dictarum ecclesiarum de Gouthherst et Bocton Monchelsy, qua Henricus de Bocton primus concesserat Religiosis predictis, ac donacionem Hugonis de Berghstede et Maselyne uxoris sue super ecclesia de Berghstede unacum confirmacionibus Bonifacii quondam Cant' Archiepiscopi ac Prioris et Capituli Cant' in hac parte, donacionemque dicti Roberti de Crepito corde super ecclesia de Kenham ipsis factam ac confirmacionem Theobaldi olim Cant' archiepiscopi in hac parte, concessionemque originalem Simonis fil' Petri de Bordenne unacum concessione et confirmacionibus Ricardi quondam Cant' archiepiscopi ac Prioris et Capituli Cant' in hac parte et super ecclesia de Serre donacionem et concessionem Theobaldi, et super ecclesia de Wodenesbergh dicte Cant' dioc' concessionem Will'i olim Cantuariensium Archiepiscoporum unacum confirmacione Prioris et Capituli Cant' in hac parte, necnon super pensionibus et decimis parcialibus supradictis varia instrumenta et munimenta exhibuissent, ac eciam ostendissent, Discretus vir magister Johannes de Leek canonicus Cicestrensis Auditor causarum et negociorum Curie nostre ac noster Commissarius in hac parte in termino ipsis Religiosis ad faciendum super exhibitis huiusmodi peremptorie assignato coram eo in iudicio per procuratorem suum sufficientem comparentibus, nostra auctoritate obiecit ex officio nostro mero, quod ipsi Religiosi super appropriacionibus ecclesiarum predictarum pretensis nullos sufficientes titulos canonicum seu assercionem legitimam nullatenus habuerunt, pro eo et ex eo quod per exhibita huiusmodi decanatus in ea parte necessarii tractatu et consensu legitimo ipsorum quorum consensus requirebatur in hac parte non apparuit ut deberet, cause quoque cognicio et alia iuris sollempnia deficiebant, que in alienacione rei ecclesiastice requiruntur de iure, quodque huiusmodi pensiones et decimas parciales perceperunt illicite contra iura. Idem procurator dictorum Religiosorum litem in ea parte contestando ad premissa iudicialiter allegavit, quod dicti Religiosi virtute premissorum tam dictas parochiales ecclesias de Ledes cum capella de Bromfeld, de Gouthherst, de Bocton Monchelsy, de Berghstede, de Kenham, de Bordenne, de Serre et Wodenesbergh legitime assertas tanquam appropriatas eisdem a tempore assercionis huiusmodi possederunt tenuerunt et de fructibus earundem ecclesiarum porcionibus vicariarum in eisdem duntaxat exceptis disposuerunt, pro suo libito voluntatis, sed eciam huiusmodi pensiones et decimas parciales iuxta instrumenta et munimenta super eisdem confecta de et super imposicione et assignacione ipsis factis legitime de eisdem per dictos Religiosos ut premittitur exhibita licite perceperunt, ac eciam habuerunt et possederunt a tempore et per tempus cuius contrarii memoria hominum non existit, et super hiis et aliis premissa tangentibus quandam proposicionem in scriptis per partem dictorum Religiosorum proposita, cuius tenor talis est **In dei nomine amen** Coram vobis Reverendo in Christo patre domino Johanne dei gracia Cant' Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis Legato, vestroque Curie causarum Auditore seu Commissario in hac parte quocumque dicit et in iure proponit procurator Religiosorum virorum Prioris et Conventus Monasterii de Ledes ordinis sancti Augustini Cant' dioc' nomine procuratorio pro eisdem ac nomine ipsorum Monasterii termino ad hoc competenti, quod ecclesia de Ledes cum capella de Bromfeld decanatus de Sutton ecclesia de Gouthherst, ecclesia de Bocton Monchelsy, et ecclesia de Berghstede eiusdem decanatus ecclesia de Kenham, et ecclesia de Bordenne decanatus de Sidingborne et ecclesia de Serre decanatus de Westbere, ac ecclesia de Wodenesbergh decanatus de Sandwico dicte dioc' fuerunt et sunt eisdem Religiosis viris et ipsorum Monasterio predicto concurrentibus omnibus que de iure in ea parte requirebantur canonice appropriate, et qualibet ipsarum fuit et est canonice appropriata, et pro sic appropriatis publice habite et reputate et qualibet earum pro tali habita et reputata, et pro sic reputatis a tempore et per tempus cuius contrarii memoria hominum non existit prefatique Religiosi viri ipsas ecclesias ut premittitur appropriatas et pro appropriatis habitas fuerunt et sunt canonice assecuti, ipsasque ecclesias sic ut premittitur assecutas nomine suo et Monasterii sui predicti diu eciam toto tempore predicto possederunt, et adhuc possident in presenti pacifice et quiete, fueruntque prefati Relig' viri toto tempore supradicto et sunt in presenti iuxta huiusmodi appropriacionem canonicam Rectores dictarum ecclesiarum et cuiuslibet earundem publice habiti et reputati fuerunt pro tempore supradicto et sunt in presenti, iidem Religiosi viri in possessione pacifica iuris vel quasi percipiendi et habendi nomine suo et Monasterii sui predicti unam pensionem seu prestacionem annuam xx s. de ecclesia de Eselingg' decanatus de Ospringg'. Item unam annuam pensionem vi s. de ecclesia de Ores dicti decanatus, Item unam annuam pensionem xl s. de ecclesia de Arusse decanatus de Elham. Item unam pensionem annuam xl s. de ecclesia de Hames decanatus de Sandwico. Item unam annuam pensionem viii s. de ecclesia de Chillyngdenne. Item unam annuam pensionem xxv s. de ecclesia de Crondale decanatus de Bregg'. Item unam annuam pensionem xi marcarum ab ecclesia de Stokebury decanatus de Sidingborne, ipsasque annuas pensiones et quamlibet toto tempore supradicto perceperunt pacifice et quiete et percipiunt in presenti, percipereque debent in futurum, fueruntque prefate pensiones eisdem Religiosis viris et ipsorum Monasterio debite diu eciam ante concilium Lateran' celebratum et racionabiliter imposite et pro sic impositis publice habite et reputate, fueruntque prefati Relig' viri toto tempore supradicto et sunt in presenti in possessione iuris vel quasi decimas parciales de Childeston iuxta Bocton Malherbe decanatus de Cherryng' percipiendi et habendi, ac decimas parciales de Bentestede in parochia de Huntyngton decanatus de Shorham et decimas parciales de Hertangre decanatus de Bregg', ipsasque decimas perceperunt et habuerunt et de eisdem disposuerunt toto tempore supradicto, pacifice et quiete. Que omnia et singula sunt publica et famosa que se offert idem procurator nomine quo supra legitime probaturum, Quare probatis in hac parte de iure probandis petit dictus procurator nomine quo supra pro iure et possessione ipsorum Religiosorum et Monasterii antedicti per vos pronunciari et declarari, ipsosque Religiosos dictas ecclesias ut premittitur appropriatas in proprios usus suos de iure obtinere et in futurum obtinere debere, ipsasque pensiones annuas et decimas parciales predictas de iure percipere et in futurum percipere debere decerni pronunciari et declarari, necnon eosdem Religiosos ab officio vestro in ea parte in pace dimitti premissa proponit et fieri petit idem procurator nomine quo supra coniunctim seu divisim termino parti ipsorum Religiosorum in hac parte petitorio iuris beneficio in omnibus semper salvo. Prescriptaque proposicione quatenus de iure fuerat admittenda admissa, et ad probandum eandem dato dictis Religiosis termino competenti in quo productis quibusdam testibus coram nobis et in forma iuris admissis iuratis et examinatis eorumque attestacionibus

publicis ac omnibus aliis in ea parte rite partis/ Quia dictus Commissarius noster habita cause cognitione sufficienti
finaliterque iuris ordine/ quem requirebat in hac parte/ per huiusmodi exhibita et attestaciones testium per parte dictorum
Religiosorum ut premittitur productorum ipsos Religiosos dictas porciones ecclesias de Ledes cum capella de Bromfeld de Gouthirst
de Bocton Monchelse de Betryshede de Lenham de Bordenn de Stone de Wodenesbergh/ ut premittitur appropriatas easdem
necnon et pensiones ac decimas parciales predictas per tam longa tempora tenuisse et possedisse quod prescriptionem
sufficientem/ que dictis Religiosis merito sufficere debeat in hac parte legitime probaverunt/ ipsos Religiosos ecclesias porciones/
predictas/ ut premittitur eis appropriatas et Monasterio eorundem/ ac etiam huiusmodi pensiones et decimales porciones canonice pos-
sedisse et possidere debere/ perpetuis temporibus sentencialiter et diffinitive pronunciavit declaravit et decrevit in scriptis
ipsosque Religiosos tamquam in ea parte sufficienter munitos ab officio suo dimisit iudicialiter per decretum/ Nos igitur
Johannes Archiepiscopus supradictus huiusmodi acta Judicii recensentes/ eaque omnia et singula debite ponderantes: quia prefatum
Commissarium nostrum habita cause cognitione sufficienti/ finaliterque iuris ordine/ quem requirebat in hac parte Invenimus in
premissis omnibus et singulis rite et legitime processisse/ ac sententiam huiusmodi diffinitivam debite protulisse/ Nos sententiam/
pronunciacionem declaracionem et decretum huiusmodi approbantes premissa omnia et singula ex certa sciencia approbamus
ratificamus/ et auctoritate nostra ordinaria confirmamus/ In quorum omnium testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi
Datum London quarto Idus May. Anno domini Millesimo/ CCC. quadragesimo. Et nostre Translacionis Septimo/

Confirmacio de ecclesia de Chert/

Walterus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas Dilectis filiis et devotis Religiosis
Priori et Conventui Monasterii de Ledes ordinis sancti Augustini nostre Cantuariensis diocesis. Salutem graciam et benedictionem/ Quia
nuper nostre visitacionis officium in vestro Monasterio prout moris est exercentes dicte puritatem morum ac Religionis
honestatem Invenimus inter vos laudabiliter observata/ ac domos et Monasterium vestrum predictum adeo in suis facultatibus
collapsos ereque alieno non modice gravatum ac ecclesiam vestram Conventualem pre nimia vetustate tunc quasi funditus
expositam/ vosque ad tantam fuisse deductos inopiam et paupertatem quod impossibile iusto iudicio nobis apparuit dicte neces-
sitati et inopie de bonis vestris et Monasterii vestri absque extrinseco et speciali subsidio aliquo longiori tempore obviari posse
prospici seu etiam subveniri/ habitaque super hiis per viros fidedignos in multitudine copiosa premissorum habentes noticiam
pleniorem singillatim et specialiter in hac parte iuratos et examinatos informacione diligenti compertoque per eosdem sic
iuratos/ vos non ex vestra culpa desidia/ sed propter quorundam annorum precedencium sterilitatem annone carenciam animalium
que vestrorum mortalitatem generalem et casuales casus fortuitos/ necnon alia onera extraordinaria vobis retroactis temporibus
plus solito incumbencia in dictam paupertatem et inopiam fuisse deductos vobis affectu paterno compacientes ab intimis ac
prout nostro incumbit officio de oportuno subsidio cupientes pro viribus providere cum nulla alia via sit infrascripta
vobis pro finali remedio in hac parte videretur restare/ Nos vestre supplicacionis nedum devicti instancia sed et fortune
miserabilis evidencia que se nostris obtutibus ostendebat vocatis Archidiacono nostro Cantuariensi et Rectore ecclesie de Chert iuxta
Ledes predicte nostre diocesis et vestri patronatus specialiter ac generaliter omnibus et singulis quorum interesse poterat ad certos diem
et locum competentes legitime citari fecimus ac peremptorie ad proponendum et ostendendum canonicum seu racionabile si quid haberent
quare vobis in tanta necessitate et inopia absque culpa vestra notorie constitutis ad relevacionem earum supradicte ipsam ecclesiam
de Chert cum fructibus et obvencionibus eiusdem/ salva tamen porcione vicarie ibidem per nos taxande appropriare vobis ac
vestris usibus imperpetuum assignare minime deberemus/ ac ad faciendum ulterius quod iusticia suaderet/ ipso Archidiacono pro convencione sua
legitime constituto et sufficientem potestatem in ea parte obtinente/ ac ipso Rectore personaliter dictis die et loco assignatis
coram nobis iudicialiter comparentibus ac dicte appropriacioni et assignacioni ex causis premissis quas veras et necessarias
esse fatebantur expresse consencientibus/ neminique contra dictam appropriacionem quicquam proponente seu relevante omnibus
in ea parte quicquid proponendi diem plenissime pro decretum/ Summaque pietate et necessitate suadentibus vobis et
Monasterio vestro predicto ecclesiam de Chert predictam cum suis iuribus et pertinenciis universis/ Salva porcione vicarie per nos ibidem taxande
salvis etiam nobis ac ecclesie nostre Christi Cantuariensi necnon Archidiacono Cantuariensi Juribus et consuetudinibus in ecclesia predicta
competentibus appropriamus confirmamus et assignamus/ Decernentes vos in dicte possessionem ecclesie Juribus et pertinenciis
eiusdem per resignacionem Johannis de Honkyng eiusdem ecclesie nuper Rectoris in manibus nostris proximitus factam et per nos
acceptatam auctoritate nostra fore inducendos/ et inductos defendendos/ ac quoscumque contradictores in hac parte et/
rebelles per censuram ecclesiasticam compescendos/ In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum/ Datum
apud Lamhith xiiij. kalendas Augusti/ Anno domini Millesimo CCC°. vicesimo/

Confirmacio de Stokyngbury.

Hubertus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Omnibus Christi fidelibus ad quos presens
scriptum pervenerit/ Eternam in domino salutem/ Ad omnium noticiam volumus pervenire/ nos intuitu dei et ob favorem Religionis
concessisse dilectis filiis nostris Canonicis de Ledes ecclesiam sancte Marie Magdalene de Stokingbury sicut Willelmus filius
Hiltonis quondam eiusdem ecclesie patronus/ ipsis eam primo concessisse dinoscitur. et carta sua quam inspeximus con-
firmasse/ ipsosque canonicos in ea tamquam personam canonice instituisse/ Ita quod ipsi de eadem ecclesia annuam decem marcarum
percipient nomine personatus pensionem/ per manum perpetui vicarii per nos et successores nostros ad eorum presentacionem in
ea canonice instituendi. Et ut hec nostra concessio et institucio perpetuam obtineant firmitatem eas presenti scripto et si-
gilli nostri testimonio confirmare dignum duximus et communire/ Hiis testibus Henrico Cantuariensi Archidiacono Radulpho thesaurario Sar'
Galfrido de Boklond Magistro Simone de Swell Magistro Willelmo de Sumercotes Magistro Willelmo de Calna Magistro Willelmo de
Neketon/ Magistro R. de Walsingham/ Roberto de Brist et aliis/

Confirmacio de Bordena/

Ricardus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas. Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos littere iste
pervenerint/ Eternam in domino salutem/ Ad omnium noticiam volumus pervenire/ Dilectum filium nostrum Simonem filium Petri
in nostra constitutum presencia quantum ad laicam spectat personam sicut scriptum eius autenticum testatur concessisse et dedisse
in liberam et perpetuam elemosinam dilectis filiis nostris Canonicis de Ledes ecclesiam de Bordena/ Sed et dominus Anglorum
Rex illustrissimus eandem donacionem ratam habens eam sollempniter scripto suo quod vidimus confirmavit/ Unde et
nos postmodum predictam ecclesiam defuncto Radulpho de sancto Georgio eiusdem ecclesie persona vacare contigisset ecclesiam ipsam
memoratis canonicis in liberam et perpetuam contulimus elemosinam/ ipsosque in eadem ecclesia personam canonice instituimus/
Quare volumus et ea qua fungimur auctoritate precipimus ut idem Canonici habeant et teneant libere et pacifice prelibatam
ecclesiam/ quam eis sicut dictum est in liberam et perpetuam elemosinam concessimus et presenti carta confirmamus/ Statuentes
et sub interminacione anathematis prohibentes/ ne quis hanc nostre concessionis et confirmacionis paginam iniuste in-
fringere vel ei aliquatenus temere contraire presumat/ Testibus Magistro Ger. Willelmo Gloucestrie Archidiacono Magistro Roberto
de Ingelham Willelmo et Moyse capellanis/ Henrico Baiocensi/ Magistro Radulpho Norwicensi Michaele de Brun Ricardo Galfrido
clericis Hugone de Bannlegha Rogero Abbate Willelmo de Sornd Adam de Chert et aliis/

Confirmacio de Suttoy Valence

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quorum noticiam presentes litere nostre pervenerint Henricus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus, Salutem et fidem indubiam presentibus adhibere. Ad universitatis vestre noticiam deduximus et deduci volumus per presentes quod cum dilecti in Christo filii prior et Conventus domus sive Prioratus beate Marie et sancti Nicholai de Ledes ordinis sancti Augustini nostre dioc' licenciam Regiam appropriandi uniendi et annectendi ac in proprios usus tenendi ecclesiam parochialem de Suttoy Valence dicte nostre dioc' eis et eorum successoribus imperpetuum, auctoritate etiam ad hoc apostolica subsequente obtinuerint et habuerint, prout per literas tam apostolicas quam Regias plenius inde confectas ad quas nos referimus et pro hic insertis ad omnem Juris effectum haberi volumus plenius continetur. Nos attento valore predicte ecclesie considerataque desolatione qua parochiani eiusdem ecclesie occasione cessationis hospitalitatis que per Rectores ibidem teneri consuevit verisimiliter sunt passuri ante executionem licencie et auctoritatis predictarum porcionem sive summam infrascriptam videlicet sex solid' et octo denarios et tria quarteria frumenti et ordei et avene vel precium eorundem in denariis per predictos priorem et Conventum pauperibus parochianis dicte ecclesie de Suttoy Valence de fructibus et proventibus eiusdem in subsidium victus et sustentacionis eorundem annuatim perpetuis temporibus futuris auctoritate nostra ordinaria statuimus persolvendam secundum ordinationem cuiusdam statuti regni Anglie inde editi, quam quidem porcionem sive summam iidem prior et Conventus pro se et successoribus suis imperpetuum fideliter modo premisso solvere consenserunt, et omnibus huiusmodi tanquam reale voluntarie subierunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Crantbroke xviij^to die mensis Aprilis Anno domini Millesimo CCCC^mo vicesimo. Et nostre Translationis Anno Sexto.

Confirmacio diversarum ecclesiarum.

Ledes ecclia.
Chetham.
Renham.
Southerst
Lamberherst
ffarlegh.
Terstan

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere pervenerint Frater Robertus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas Salutem in salutis auctore. Noverit universitas vestra venerabilium predecessorum nostrorum Cantuarien' Archiepiscoporum cartas et munimenta dilectis nobis in Christo filiis priori et Conventui ecclesie sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes nostre dioc' a quibusdam predecessoribus nostris et quibusdam aliis fidelibus eisdem concessa nos inspexisse, quorum tenores et formas ad perpetuam rei memoriam in presenti pagina de verbo ad verbum taliter fecimus annotari. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod Ego Robertus de Crepito corde, pro salute anime mee et pro salute avunculi mei Hamonis dapiferi concessi et dedi in perpetuam elemosinam Canonicis apud Ledes deo servientibus et ibidem imperpetuum servituris omnes ecclesias terre mee, Ecclesiam videlicet de Ledes cum capella de Bromfeld, ecclesiam de Chetham, ecclesiam de Renham, ecclesiam de Southerst, ecclesiam de Lamberherst, ecclesiam de Farlegha, ecclesiam de Terstana, cum omnibus pertinenciis et libertatibus ecclesiarum predictarum. Ipsarum vero ecclesiarum donacionem predicto loco cum omnibus consuetudinibus, bonis, libertatibus et dignitatibus quibus ecclesia emendari et exaltari poterit, tam intra fines quam in possessionibus eorum benigne concedo et hac mea carta confirmo. Hiis testibus Roysa uxore mea, Helya fratre meo, Hamone filio Vitalis, Radulfo de planca, Willelmo Capellano, Archilto et multis aliis. W. dei gratia Cant' Archiepiscopus et sancte Romane ecclesie Legatus, Omnibus ecclesie Catholice filiis Salutem deique benedictionem et suam. Notum sit omnium dilectioni quod Robertus de Crepito corde in presencia nostra et Johannis Episcopi Roffen' multis coram astantibus concessit et in manum nostram reddidit quantum in ipso erat et ipsi pertinebat ecclesias de tota terra sua. Ego vero ipso annuente et rogante concedente Episcopo dedi eas iure perpetuo possidendas et Episcopus ex sua parte ecclesie de Ledes et canonicis ibidem deo servientibus et imposterum servituris. Testibus Hunfrido dapifero, Hamone Vitalis filio, et Elya de Crepito corde. H. dei gratia Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas Omnibus Christifidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra quod autenticum scriptum bone memorie Willelmi quondam Cant' Archiepiscopi predecessoris nostri nobis per manum Nicholai prioris de Ledes exhibitum fuit in hec forma. W. dei gratia Cant' Archiepiscopus et sancte Romane ecclesie Legatus Omnibus ecclesie catholice filiis Salutem deique benedictionem et suam. Notum sit omnium dilectioni quod Robertus de Crepito corde in presencia nostra et Johannis Episcopi Roffen' multis coram astantibus concessit et in manum nostram reddidit quantum in ipso erat et ipsi pertinebat ecclesias de tota terra sua. Ego vero ipso Roberto annuente et rogante concedente Episcopo dedi eas iure perpetuo possidendas, et Episcopus ex sua parte ecclesie de Ledes et canonicis ibidem deo servientibus et imposterum servituris. Teste Hunfrido dapifero, Hamone Vitalis filio, et Elya de Crepito corde. Cuius quidem scripti sigillum huic scripto appensum per vetustatem vidimus omnino fere consumptum, ne eiusdem instrumenti fides per vetustatem sic pereat, ad eius fidem perpetuandam continenciam ipsius in scriptum presens redegimus et hac presenti pagina et sigilli nostri apposicione publice protestamur. Hiis testibus H. Archidiacono Cant', magistro Simone de Siwell thesaurario Lichesfeld, magistro Johanne de Tynemuth, magistro Willelmo de Somercotes, magistro Willelmo de Calne, Roberto de Bristowe et aliis multis. Omnibus sancte matris ecclesie fidelibus Willelmus dei gratia Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas Eternam in domino salutem. Ad noticiam vestram volumus pervenire quod Asselina patrona ecclesie de Woodnesbergh in presencia nostra constituta concessit et in manus nostras reddidit quantum in ipsa erat et ei pertinebat ecclesiam beate Marie de Woodnesbergh cum omnibus suis pertinenciis. Nos autem ad instanciam et peticionem dicte A. predictam ecclesiam priori et Conventui de Ledes dedimus et concessimus in proprios usus perpetuo possidendam specialiter ad inveniendum Canonicis ibidem deo imperpetuum ministrantibus necessaria indumenta. Unde ut hec nostra donacio et concessio firma et stabilis imperpetuum permaneat hoc scriptum sigilli nostri apposicione dignum duximus roborare. Hiis testibus magistro Andrea Conventr' officiali nostro, Ricardo Ebor', domino R. Halket, Willelmo de Hon', domino H. capellano. Theobaldus dei gratia Cantuar' Archiepiscopus et totius Anglie primas, Waltero Archidiacono Cant' totique Capitulo de Rarulphe Salutem et benedictionem. Sciatis quod peticione et presentacione Radulphi Piroti et Elye de Crevequer dedi et concessi in elemosinam perpetuam ecclesiam beati Egidii de Sotres Religiosis Canonicis nostris de Ledes cum omnibus ad eandem ecclesiam iuste pertinentibus quecumque scilicet aliqua personarum eiusdem ecclesie canonice ibidem possedisse dinoscitur. Eorundem vero canonicorum assensu et bona voluntate concessimus tamen Normanno clerico in vita sua tenendam et recognoscendam de ipsis canonicis singulis annis per duos solidos in solempnitate paschali super altare sancti Nicholai de Ledes persolvendos, quos sicut ille canonicis subtrahere non poterit, ita nec illi ab eo amplius exigere non poterunt. Post vitam vero predicti Normanni ecclesia illa in dominium canonicorum libere redibit. Teste Johanne de Pageham, Rogero de ponte episcopo, Gilberto de Clara, magistro Radulfo de Lugonio, Johanne de Cant', Thoma de London, Alano de Welles, Malgerio sacerdote, Sydone de Prissimaro, Ricardo Castello, Radulpho elemosinario, et multis aliis. Thomas dei gratia Cantuar' ecclesie minister humilis, Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos litere iste pervenerint, Salutem. Ex officio nobis iniuncto locis venerabilibus omnium debemus plenitudini consulere, et eorum utilitati quantum possumus providere. Inde est quod ecclesias de Southersta et Bortona ab advocatis earundem Daniele scilicet de Crevequer et Henrico de Bortona canonicis regularibus apud Ledes Christo militantibus concessas et eisdem fratribus ecclesiam nostram collatas confirmamus et presentis scripti testimonio cum earum pertinentiis omnibus communimus. Statuentes ne quis aliqua temeritate earundem possessionem perturbare presumat. Hiis testibus magistro Arnaldo de Orotford, magistro Johanne de Tylbery, Herberto de Boseham, Ricardo capellano, Alexandro Hutton de Anca, Willelmo de Eynesford, Radulpho de Aldebur. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit C. divina permissione Cant' Archiepiscopus totius Anglie Primas, Salutem in domino.

Woodnesbergh.

Beati Petri in Sotres.

Bortona.

Noverit

Noverit universitas vestra quod inspecta carta felicis recordationis beati Thome martyris predecessoris nostri dilectis in Christo filiis Priori et Conventui de Ledes super ecclesia de Goutherst in proprios usus ipsorum canonicorum pie concessa / Nos vestigiis ipsius gloriosi martiris inherentes / eandem concessionem dicte ecclesie a memorato predecessore nostro factam dictis canonicis intuitu dei / auctoritate ecclesie Cantuariensis duximus confirmandam / Salva nobis in eadem ecclesia ordinatione et taxatione vicarie quindecim marcarum / In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi / Datum apud Cantuariam xiiij° Kalendas Januarii Pontificatus nostri Anno quarto.

Bordena

Ricardus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas. Omnibus sancte ecclesie matris filiis ad quos littere iste pervenerint / Eternam in domino salutem. Ad omnium notitiam volumus pervenire / dilectum filium nostrum Simonem filium Petri in nostra constitutum presentia quantum ad laicam spectaret personam sicut scriptum eius autenticum testatur concessisse et dedisse in liberam et perpetuam elemosinam dilectis filiis nostris de Ledes ecclesiam de Bordena / sed et dominus Anglorum Rex Illustrissimus eandem donationem ratam habens eam sollempniter scripto suo quod vidimus confirmavit / Unde et nos postmodum cum predictam ecclesiam defuncto Radulpho de sancto Georgio eiusdem ecclesie persona vacare contigisset / ecclesiam ipsam memoratis canonicis in liberam et perpetuam contulimus elemosinam / ipsosque in eadem ecclesia personam canonice instituimus. Quare volumus et ea qua fungimur auctoritate precipimus ut idem canonici habeant et teneant libere et pacifice prelibatam ecclesiam / quam eis sicut dictum est in liberam et perpetuam elemosinam concessimus et presenti carta / confirmavimus / Statuentes et sub interminatione anathematis prohibentes / ne quis hanc nostre concessionis et confirmationis paginam / iniuste infringere vel ei aliquatenus contraire presumat / Teste magistro Gerardo Willelmo Glocestrensi Archidiacono / magistro Roberto de Inglesham Willelmo et Moyse capellanis / Henrico Baiocensi / magistro Rogerio Norreis Michaele de Bury Ricardo et Galfrido clericis / Hugone de Bromlegha / Rogerio Abbate / Willelmo de Shorindon Adam de Chering' et aliis.

Berghsted

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Baldewinus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas Eternam in domino salutem / Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire nos concessisse et in proprios usus dedisse ecclesiam de Berghsted Canonicis de Ledes ibi deo servientibus et imperpetuum servituris / ad luminaria et alia ornamenta in eadem ecclesia de Ledes invenienda / Et ut hec nostra donatio et concessio perpetuitatis robur obtineat presens scriptum sigilli nostri munimine roboravimus / Hiis testibus magistro Waltero de Ffrehan / magistro Silvestro / domino Johanne Senescallo / magistro Willelmo de sancta fide / Johanne de Exon' / Eustachio de Wiltes / Roberto de Ayenew et multis aliis /

Childeston

Sciant tam futuri quam presentes quod ego Willelmus filius Hamonis concessi elemosinam ecclesie de Ledes pro salute anime mee et omnium propinquorum meorum omnem decimationem de Childeston in blado in fructu in feno in pullis in vitulis et in lino / et de pannagiis et in agnis et velleribus et caseis et porcellis / et in omnibus aliis que ad dominium pertinent / Et Eadwynum de Blechinden cum sua tam libere tenendum sicut ego melius et liberius tenui preter Scottum Regis quod canonici reddet Testimonio et assensu filii mei H. qui est heres meus huius donationis mee et concessionis filii mei Testes sunt / Helto filius Ricardi Gumaphus de Beloma Normannus de Ledes Adam Wydfara Radulfus filius Godefridi Galfridus frater Radulfi de Wynchelham / Helias hostilarius de Ledes.

Ryngelton
Herlangre

Omnibus sancte matris ecclesie filiis / Sibilla de Watevile Salutem Noverit universitas vestra quod ego pro remissione meorum peccatorum et pro anima domini mei Alani Pyrot dedi et carta mea confirmavi ecclesie sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes in liberam et perpetuam elemosinam redditum duorum solidorum in villa de Ryngelton / et decimas de Herlangre que michi Jure esse dinoscuntur. predictorum vero duorum solidorum redditum tenent et apud canonicos de Ledes sicut duos suos acquietare debent / ad festum sancti Michaelis Eadwynus filius Porcarii et Eadwynus filius Gobnani / Testibus magistro Radulpho Pyrot eiusdem feudi domino / Ingelramo de fontibus herede meo et Agnete uxore sua / et Wydone fratre suo / Simone de Wodeton Jordano filio Eustachii / Radulpho de Bosco Willelmo pincerna /

Benested

Noscant tam futuri quam presentes quod ego Emma de Horsburden concedo ecclesie beate Marie et sancti Nicholai de Ledes pro remissione meorum peccatorum / et pro animabus meorum predecessorum in elemosina decimas de Benstede de meo dominio plenarie in omnibus rebus / Testibus hiis Galfrido sacerdote de Horsebruden, Hugone Crian Willelmo fratre suo Johanne de Chenebele / Daniele de Bromlegh / Ricardo filio Ade / Ricardo de Hope / Thoma de Colevile / Achard de Wyrhm / magistro Adam de Sarlegh / Henrico de Entresle /

Bentested

Sciant omnes homines quod ego Johannes dictus de Bentestede pro dei amore dedi Canonicis de Ledes in perpetua elemosina omnes decimas terre mee de Bentestede / tam fructuum quam animalium et oblationes et sepulturam domus mee imperpetuum / Hii sunt testes dominus meus Robertus de Crevequer / Daniel filius eius / Hamon filius Vitalis Jordanus presbiter et alii.

Courthope

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Lambertus de Scotenei Salutem Noverit universitas vestra quod ego Lambertus benigne concedo ecclesie sancte Marie de Lamberherst / que est Canonicorum de Ledes quicquid antecessores mei ei concesserant scilicet omnes ecclesiasticas rectitudines tenentium meorum et terrarum mearum de Courthope et de dominio meo oblationes et divisiones servientium meorum / Hiis testibus Ernisio Canonico Galfrido capellano prefate ecclesie / et Galfrido capellano de Horsmunden et Petro capellano meo Tristano clerico Waltero filio Roberti / Roberto filio Alelmi / Waltero filio Osiardi / Ricardo Turrot.

Ricardus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas / Omnibus sancte matris ecclesie Cantuariensis et Roffensis diocesis filiis Salutem et benedictionem / Noverit universitas vestra nos ad instantiam et de consensu R. Rectoris ecclesie S. de Magesterd et dilectorum filiorum nostrorum Canonicorum de Ledes per viros fidedignos inquisisse cuius ecclesie tenentes nostri de Courthope et de Eukherst parochiani existant et cui ecclesie eorum decime de Jure solvi debeant / qui dicunt per sacramenta sua quod omnes inhabitantes loca de Courthope et de Eukherst / omnia Jura ecclesiastica in ecclesia de Lamberherste perceperint / et eidem ecclesie omnes decimas suas integre solverint a tempore cuius non exstat memoria / et ibi eorum antecessorum ossa quiescunt humata / Nos vero et huius rei veritatem venerabilis fratris nostri W. dei gratia Roffensis Episcopi laudabili testimonio / veritate cognovimus / Unde quantum ad nos pertinet / omnes decimas predictorum locorum / memoratis canonicis nostris de Ledes nomine ecclesie sue de Lamberherste concessimus et confirmavimus / In cuius rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apponi dignum duximus /

Confirmatio

Theobaldus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus Anglorum Primas apostolice sedis Legatus / Omnibus sancte matris ecclesie filiis Salutem / Equum est ac rationabile / ea que divinis sunt canonice mancipata obsequiis ecclesiastico privilegio confirmari / Ea propter dilecte in domino fili Alexander tuis iustis postulationibus clementer annuimus / omnes possessiones quecumque bona ecclesia Ledensis cui tu deo disponente preesse cognoscimus in presentiarum iuste et canonice possidet / aut in futurum iustis modis deo propitio adipisci poterit ipsi ecclesie concedimus et presenti scripto auctoritate qua fungimur confirmamus / Hec autem propriis duximus exprimenda vocabulis ecclesiam sancte Marie de Wodnesbergh cum omnibus pertinentiis suis et preterea decimam de Sonfelde quam in Sinodo Cantuariensi ante nostram presentiam iudicio prudentum prior disrationavit et decimam de Herlangre / ecclesiam sancti Egidii de Serres / et medietatem decime casta Cantuariensis. Ecclesiam sancte Margarete de Kenham, ecclesiam sancte Marie de Chetham, Ecclesiam sancte Marie de Lamberhersta, et omnes decimas tam maiores quam minores de Conechope et de Cuchherst, ecclesiam omnium sanctorum de Farlegha, ecclesiam sancti petri de Testona, ecclesiam sancte Crucis de Berghesteda, ecclesiam de Chert, et quoddam molendinum et unam virgatam terre in villa que dicitur Bradesteda, et in foro eiusdem ville mansionem unam et dimidiam, In mansis de Grean viginti solidos, et decimas de Bentesteda, decimas de Childestuna. Decernimus ergo et omnino ex parte dei prohibemus, ne nulli hominum liceat prefatam ecclesiam perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexacionibus fatigare set omnia integre conseruentur, usui et utilitati in ipsa ecclesia deo militancium omnimodis profutura. Si quis igitur instituerit contra hanc nostre confirmacionis paginam, sciens, ausu temerario venire temptauerit, nisi congrua satisfactione restituerit, in extremo examine districte ulcioni subiaceat, et sit anathema maranatha Amen. Omnibus christi fidelibus presens scriptum inspecturis Johannes prior et Conuentus ecclesie christi Cant' Eternam in domino salutem. Humanum est et racioni consonum ut pietatis operibus que prouida deliberacione et patribus nostris Archiepiscopis Cant' facta sunt et statuta fauorem impendere studeamus ut consensus filiorum patrum auctoritati concurrens contra mundi malicia que non cessat bonis actibus inuidere aliquid roboris et firmitatis videatur impertidisse. Eapropter nos attendentes Religionem et honestatem dilectorum fratrum et amicorum nostrorum prioris et Conuentus ecclesie sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes, et maxime munificenciam caritatis quam pauperibus et peregrinis non desinunt cotidie instruccionis exhibere, donaciones et confirmaciones subscriptorum beneficiorum predictis priori et canonicis et predecessoribus patribus nostris Archiepiscopis Cant' factas gratas habemus et acceptas, et quantum ad nos attinet confirmamus videlicet ecclesiam sancte Marie de Modenesbergh cum omnibus pertinenciis suis, et proprie decimas de Goudfeld, et decimam de Hecclangre, ecclesiam sancti Egidii de Gerres, et medietatem decime castri Cant', ecclesiam sancte Marie de Allingtes, ecclesiam sancte Margarete de Kenham, ecclesiam sancte Crucis de Berghesteda, cum decimis de Stricton, ecclesiam sancti Michaelis de Chetham, In mansis de Grean xx s'. et decimas de Bentestede, decimam de Childestone et medietatem decimarum de dominio de Leghe viginti quinque solid' de ecclesia de Crundale, ecclesiam quoque sancte Marie de Conthherst, ecclesiam sancti petri de Boxton, ecclesiam sancte Marie Magdalene de Stokyngbery, ecclesiam sancti petri de Bordin, ecclesiam sancti Martini de Arysse, ecclesiam sancti Jacobi de Elnele, ecclesiam sancti Georgii de Hames, ecclesiam omnium sanctorum de Chillendenn, Confirmacionem eciam bone memorie .H. quondam Cant' Archiepiscopi, qua autenticum clare memorie Willelmi quondam Cant' Archiepiscopi predecessoris sui, super donacione et concessione omnium ecclesiarum de terris Roberti de Crepito corde continetur, ratam habemus et stabilem. Omnes igitur predictas donaciones et confirmaciones et possessiones sicut eas ex tenore instrumentorum patrum nostrorum Archiepiscoporum Cant' diligenter inspecto dictis priori et Conuentui de Ledes factas esse cognouimus, quantum spectat ad auctoritatem Capituli nostri libenter concedimus et confirmamus, desiderantes et deuote affectuose rogantes, ut dilecti fratres nostri in iam dicta ecclesia de Ledes deo et beate Marie et beato Nicholao confessori militantes, eterno multiplici bonorum incremento quo ad mundus iste malis finis finem imponat possidere mereantur pacifice. Nos igitur omnes predictas donaciones concessiones et confirmaciones diligenter inspectas et examinatas, ratas habentes et acceptas, eas predictis priori et Conuentui et eorum Monasterio de Ledes auctoritate qua fungimur concedimus et imperpetuum confirmamus. Et ne prescriptorum munimentorum fidei per vetustatem vel incuriam derogetur inposterum, ad dictorum prioris et Conuentus instanciam diligentius examinata, et in nulla sui parte viciata in presenti pagina de verbo ad verbum fideliter fecimus exemplari nostroque sigillo communiri. Dat' apud Croyndon quinto kal' Junii. Anno domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo octauo, ordinacionis nostre Sexto

De collacione ecclesie de Chert.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere peruenerint, Frater Robertus permissione diuina Cantuar' Archiepiscopus totius Anglie primas, Salutem in salutis auctore. Nouerit vniuersitas vestra nos inspexisse et diligenter examinasse quasdam cartas et munimenta dilectis nobis in christo filiis Religiosis viris priori et Conuentui de Ledes nostre diocesis a quibusdam predecessoribus nostris, et quibusdam aliis fidelibus eisdem concessa, quorum tenores et formas ad perpetuam rei memoriam presenti pagina de verbo ad verbum taliter fecimus annotari. Willelmus dei gracia Cantuar' Archiepiscopus Anglorum primas et apostolice sedis legatus, omnibus ecclesie catholice filiis, Salutem et dei benediccionem et suam. Notum sit omnibus nos amore dei et ad presentacionem et peticionem domini .H. illustris Regis Anglie dedisse Canonicis de Ledes ecclesiam sancti Michaelis de Chert cum pertinenciis perpetuo possidendam. Testibus domino .J. Roffen' Episcopo, Anfrido Dapifero, Roberto de Crepito corde, Elya fratre suo, hamone vitalis filio et aliis. Ricardus dei gracia Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos litere iste peruenerint, Eternam in domino salutem. Ad omnium noticiam volumus peruenire, nos admisisse dilectum filium .R. de Ledes Capellanum ad ecclesiam sancti Michaelis de Chert ad presentacionem canonicorum de Ledes assignatis et concessis per nos eisdem canonicis decimacionibus vniuersis prouenientibus de dominicis domini eiusdem ville de Chert, Et viginti solidos annue pensionis de ipsa ecclesia per manum Rectoris qui pro tempore fuerit imperpetuum soluendos ad sustentacionem canonicorum dicte domus de Ledes infirmorum. Testibus hiis henrico baiocensi, Waltero Roffen' Episcopo, Magistro P. Blesen' Archidiacono Bathon', Magistro R. Gouelsk, Morse sacerdote, et aliis. B. dei gracia Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus, Omnibus christi fidelibus ad quos presentes litere peruenerint, Illam que est in domino salutem. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire, dilectos filios nostros Canonicos de Ledes scriptum Willelmi de Cosyntoy in hec verba nobis exhibuisse. Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere peruenerint, Willelmus de Cosyntoy salutem. Ad vniuersitatis vestre noticiam peruenire semper desidero me diuini amoris intuitu et pro salute anime mee et pro salute anime patris mei Noymundi, et pro animabus omnium progenitorum meorum concessisse et dedisse et hac presenti carta confirmasse in liberam et perpetuam elemosinam, ecclesiam de Arysse, cum omnibus pertinenciis suis quantum ad me spectare dinoscitur ecclesie sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes et fratribus ibi eiusdem loci Canonicis. Corpus eciam meum cum anima deo iubente a carne migrauerit, eidem ecclesie dedi. Hiis testibus Thoma capellano de Ledes, Radulpho capellano domini Roberti de Crevequer, Radulpho capellano de Chert, Magistro Roberto de Cantuar' et aliis. Nos igitur quod a prefato milite laudabili consideracione et pro caritatis affectu memoratis Canonicis concessum est, ratum habentes et acceptum eandem concessionem sicut iuste et racionabiliter facta est, auctoritate qua fungimur confirmamus. Hiis testibus Magistro henrico de Northampton Magistro Siluestro, Johanne de Exon', Gilberto filio Willelmi, Eustachio de Wilton, Galfrido Forti, et aliis. Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentes literas inspecturis, Baldewynus dei gracia Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas Salutem in domino. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire nos intuitu dei contulisse dilectis in christo filiis Canonicis nostris de Ledes nomine pensionis annuos quadraginta solidos de ecclesia de Arysse annuatim imperpetuum percipiendos et vsibus propriis conuertendos. In Cuius Rei testimonium presentibus literis sigillum nostrum apponi fecimus. Dat' apud Otteford xj kal' mensis Maii. Anno ab Incarnacione domini Millesimo C. lxxx quinto. Hubertus dei gracia Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas, Omnibus christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit, Salutem in domino. Vniuersitati vestre notum facimus nos scriptum autenticum bone memorie Theobaldi quondam Archiepiscopi Cant' predecessoris nostri sub hac verborum

continencia inspexisse. T. dei gratia Cant' archiepiscopus et totius Britannie primas. Venerabili fratri A. Roffen'
Episcopo / Archidiacono Cant' totique clero / omnibusque sancte ecclesie filiis archiepiscopatus / Salutem et benedictionem. Rogavit nos
Alanus de Eslinges qui fuit nepos Radulphi de Crevequer ut ecclesiam de Eslinges que in fundo illius sita est
Monasterio et Canonicis regularibus de Ledes in perpetuam elemosinam concederemus. Nam et illa quantum ad
se spectabat, in presencia nostra temporalia eis perpetualiter concessit / Gervasius quoque sacerdos qui ecclesiam illam
canonice possidebat, et personatum eiusdem ecclesie gerebat / ut predicti militis postulatio et nostra postmodum huius
rei confirmatio efficaciam locum consequi obtineret / prefatam ecclesiam cum omnibus appendiciis in manum nostram
libere resignavit / eo tamen tenore ut quoadviveret ipsam de canonicis nomine canonicorum non suo teneat libere
et quiete / Eo tamen de medio sublato in ius et proprietatem Canonicorum perpetuo deinceps redigatur. et eorum usibus
dispositionibus ordinanda et possidenda permaneat / Quod quia predicti Gervasii spontanea dimissione quoque Alani
illius fundi domini pietate presentatione quoque factum est ipsos canonicos eadem ecclesia de Eslinges canonice investivimus
et eam eis imperpetuum possidendam concessimus / Et salvis per omnia Episcopalibus consuetudinibus confirmavimus /
Ipsi autem Gervasio canonici eam nostro assensu postmodum concesserunt / ut eam quoadviveret nomine eorum libere
teneret /. Teste Waltero archidiacono et magistro Johanne de Pageham / et magistro Johanne de ponte Episcopi / et Thoma de London
et Alano et Malgero et Johanne de Sarum et Willelmo Cumino et Hamone filio Rogeri apud Maidestan / Nos
igitur memorati Theobaldi predecessoris nostri vestigiis inherentes / et ea que in hac parte ob favorem predictorum
Canonicorum de Ledes / ab eo pio intuitu acta sunt / rata habentes et grata concessionem illam prout rationabiliter
facta est / ut tanto maiorem obtineat firmitatem presentis scripti attestatione et sigilli nostri appositione confirmare
duximus /. hiis testibus magistro Simone de Sywell Thesaurario Lichefelden magistro Johanne de Tynemuth et Willelmo
de Sondone et Willelmo de Calna et Radulpho de sancto Martino / et Willelmo de Chotindon / Roberto de Bristow
et Ricardo de Ringestede et Willelmo de Beketon et aliis /. Omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis / Stephanus permissione divina Cantuar' ecclesie minister humilis totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie
Cardinalis / Salutem in domino. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire / nos intuitu dei concessisse dilectis
filiis canonicis de Ledes / viginti solidos nomine beneficii annuatim percipiendos in ecclesia de Eslinges / de
consensu et voluntate dilecti filii Willelmi de Eslinges eiusdem ecclesie patroni / decem solidos videlicet ad Natale
domini, et decem solidos ad festum sancti Johannis baptiste / Ordinavimus etiam ut preter istos viginti solidos predicti
Canonici nichil possint / sibi amplius vendicare in ecclesia memorata /. Cum autem ecclesiam illam vacare contigerit /
ad ipsius Regimen dictus Willelmus de Eslinges personam ydoneam presentabit / salvo beneficio predictorum viginti
solidorum predictis canonicis ab eo qui pro tempore persona extiterat persolvendo /. Et in huius rei testimonium
presens scriptum sigilli nostri testimonio fecimus communiri. Vale. **Hubertus** dei gratia Cant' archiepiscopus totius
Anglie primas et apostolice sedis Legatus / Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit /. Eternam in domino
salutem / Ad omnium noticiam volumus pervenire nos intuitu dei et ob favorem Religionis concessisse dilectis filiis
nostris Canonicis de Ledes ecclesiam sancte Marie Magdalene de Stokingebery sicut Willelmus filius hiltonis
quondam eiusdem ecclesie patronus ipsis eam prius concessisse dinoscitur / et carta sua quam inspeximus confirmasse
ipsosque canonicos in ea tanquam personam canonice instituisse Ita quod ipsi de eadem ecclesia annuam, unius Marce
percipient nomine personatus pensionem per manum perpetui vicarii per nos et successores nostros ad eorum presentationem
in ea canonice instituendo / Et ut hec nostra concessio et institutio perpetua obtineat firmitatem eam presenti scripto et sigilli
nostri testimonio confirmare duximus et communire / hiis testibus henrico Cant' archidiacono Bartholomeo thesaurario Sarum
Galfrido de Borlond magistro Simone de Sywell / magistro Willelmo de Sondon / magistro Willelmo de Calna magistro Willelmo de
Beketon / magistro H. de Walsingham et aliis / **Omnibus** sancte matris ecclesie filiis presentes literas inspecturis Edmundus
permissione divina Cant' archiepiscopus et totius Anglie primas / Salutem in domino / Noverit universitas vestra nos dilectis
in Christo filiis priori et Conventui de Ledes decem marcas intuitu dei concessisse de ecclesia de Stokebery / per
manus vicarii eiusdem ecclesie qui pro tempore fuerit / sub debito iuramenti annuatim percipiendas ad duos terminos
videlicet ad Natale domini quinque marcas / et in festo sancti Johannis baptiste quinque marcas / Et quia volumus quod hec
nostra concessio firma et stabilis sit imperpetuum ipsam presenti scripto sigilli nostri appositione communito duximus roborandam / Datum apud Slindon. xiiij kalendas Junii. Pontificatus nostri Anno tercio / **Omnibus** Christi fidelibus
ad quos presens scriptum pervenerit Baldewynus dei gratia Cantuar' archiepiscopus totius Anglie primas Eternam
in domino salutem / Ad noticiam vestram volumus pervenire / quod cum Stephanus de Leybourn clericus ecclesiam
de hamt / cuius aliquando gerebat personatum in manum nostram resignasset ad peticionem et presentationem
Willelmi de Norfus militis domini fundi eandem ecclesiam dilectis filiis nostris priori et Canonicis de Ledes in
perpetuam elemosinam contulimus / ipsos quoque in eadem ecclesia personam canonice instituimus / Unde ut hec nostra
donatio firma et perpetuam habeat stabilitatem eam auctoritate qua fungimur confirmamus / et sigilli nostri appositione
communimus. hiis testibus magistro Silvestro / magistro Godefrido de Sildon / Roberto de Bekinton Johanne de Exon Galfrido forti et aliis /. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit / Baldewynus dei gratia Cant' archiepiscopus
totius Anglie primas Eternam in domino salutem Ad noticiam omnium volumus pervenire / quod Willelmus de Norfus miles
in presencia nostra constitutus quicquid iuris in ecclesia de Chillendenn habebat dilectis filiis nostris priori et canonicis
de Ledes in perpetuam contulit elemosinam / Nos igitur eiusdem Willelmi concessionem / ratam habentes eam presenti
scripto et sigilli nostri appositione communimus / hiis testibus magistro Silvestro / magistro Radulpho de sancto martino M. Ro-
de sancta fide Roberto de Bukinton Johanne de Exon et aliis / **Omnibus** sancte matris ecclesie filiis presentes
literas inspecturis Edmundus permissione divina Cant' archiepiscopus totius Anglie primas / Salutem in domino. Ad
universitatis vestre noticiam / volumus pervenire / nos intuitu dei contulisse / dilectis filiis nostris priori et
Conventui de Ledes nomine perpetui beneficii annuos quadraginta solidos decimacionum et octo solidos de ecclesia
de Chillenden annuatim percipiendos et in usus infirmorum infirmarie sue convertendos / In cuius rei testimonium
presentibus literis sigillum nostrum apponi fecimus / Datum apud Aldinton, iiij. Id' decembris pontificatus nostri Anno secundo /
Venerabili domino et patri suo spirituali. R. dei gratia Cant' archiepiscopo apostolice sedis legato / et totius Anglie Primati /
Gunnora de Valuinis / Salutem in domino / Noverit sancta paternitas vestra quod Dromewde et Crundale sunt dona / et eadem
villa quam Comes Glouecestrie dedit domino meo R. de Valuinis et michi / pro servicio suo iure hereditario possidenda /
homines vero ville / maturerunt ecclesiam cum omnibus pertinentiis sub domino meo Rolandus de Valuinis et ego quantum
ad nos pertinet intuitu divine caritatis et pro salute animarum nostrarum et filiorum propinquorum nostrorum benigne /
concessimus in perpetua elemosina Canonicis deo servientibus in ecclesia sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes et suc-

altari eiusdem ecclesie devote optulimus coram hiis testibus Ricardo Capellano de Helles Ricardo sacerdote de Chert Daniele de Cretuegner Magistro Rogero Willelmo de Bromfeld Rogero Belo et aliis. Ricardus dei gratia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie primas Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes litere pervenerint salutem que est in domino salutem / Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire Controversiam inter dilectos filios nostros Canonicos de Ledes et Dnum de Tymberdene clericum et Walterum presbiterum super ecclesia de Crundale de consensu partium amicorum interveniente consilio in presentia nostra sub hac compositionis forma conquievisse / predictus siquidem Walterus qui in predicta ecclesia perpetuam habet vicariam solvet annuatim predicto D. de eadem ecclesia nomine pensionis duas summas frumenti / quarum alteram idem D. sibi retinebit / Reliquam vero predictis canonicis singulis annis persolvet infra octavas Nativitatis beate Marie virginis. Decedente vero predicto W. vel Religionis habitum assumente / predictus D. tenebit memoratam ecclesiam sub annua pensione viginti et quinque solidorum prenominatis Canonicis singulis annis solvendorum. Ne igitur super hiis que coram nobis acta sunt scrupulus dubitationis emergat vel futuris temporibus aliquis maliciose presumptionis temeritate hanc compositionis paginam infringere vel enervare attemptet / eam tam scripti nostri patrocinio quam sigilli appositione duximus communire / hiis testibus Magistro P. Blesen Archidiacono Bathon / Willelmo Archidiacono Gloucestr Magistro Henrico de Northampton Magistro Roberto de Inglesham Magistro Rogero Rolueston Willelmo de Sothindon Thoma de Nalloesble / et aliis multis. Hubertus dei gratia Cantuar Archiepiscopus totius Anglie primas Universis Christi fidelibus ad quos hoc scriptum pervenerit Eternam salutem / Ad omnium vestrum noticiam volumus pervenire nos cartam dilecti filii nostri Hamonis de Valon sub hac forma verborum inspexisse. Hamo de Valon omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Salutem Ut preteritorum veritas scripture testimonio posteris possit innotescere / presenti meo scripto universitati vestre intimare quod ego divini amoris intuitu et domini H. dei gratia Cantuar Archiepiscopi amonitus / pro salute anime mee et antecessorum meorum redditum viginti et quinque solidorum in ecclesia mea de Drenlwordh deo et ecclesie de Ledes et canonicis ibidem deo servientibus assensu et consensu prefati Archiepiscopi in puram suam imperpetuum concessi / Salva michi et heredibus meis imperpetuum presentatione eiusdem ecclesie / Ita quod predicti canonici semper possint predictum redditum annuatim inde percipere et nichil amplius inde sibi in ea vendicare nec clericum in ea presentare ad personatum / nec aliud exigere nec capere Ut igitur hoc imposterum nulli venire possit in dubium / concessionem predictam presentis scripti serie et sigilli mei appositione dignum duxi confirmare. Hiis testibus Huberto Walteri Roberto de Tateshale et aliis. Nos igitur hanc concessionem in hac parte sicut rationabiliter facta est gratam et ratam habemus et eam presenti scripto et sigilli nostri testimonio confirmamus et approbamus / Teste Henrico Archidiacono Cantuar Gaufrido de Bocland Archidiacono Norfolc Remundo Thesaurario Sar Magistro Simone de Sidwell Simone filio Roberti et aliis / Universis sancte matris ecclesie filiis presentes literas inspecturis. R. prior et Capitulum ecclesie Christi Cantuar / Salutem in domino Noverit universitas vestra nos prius memoratas venerabilium patrum Cantuar Archiepiscoporum cartas et munimenta dilectis nobis in Christo Religiosis viris Priori et Conventui ecclesie sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes super quibusdam donationibus pensionibus et confirmationibus subscriptorum beneficiorum confecta inspexisse que propterea duximus exprimenda verbaliter scilicet de ecclesia sancte Marie de Eslinges annuatim pensionem viginti solidorum de ecclesia / sancte Marie Magdalene de Stokingbery Annuam pensionem undecim marcarum / De ecclesia de Chert iuxta Sutton annuam pensionem viginti solidorum cum cultura quam habent in porchia illa et decima de dominico de dicta Chert / et de Hednesham / de ecclesia de Hammes Annua pensione quadraginta solidorum / de ecclesia de Chillenden annuam pensionem octo solidorum et terram de Bentstede cum decimis suis / et marescum de Stompett qui fuit Roberti Malet / cum terra quam ibidem habent. Nos igitur omnes predictas donationes pensiones confirmationes et possessiones sicut rite et canonice facte sunt quantum in nobis est auctoritate capituli nostri dictis Priori et Conventui de Ledes confirmamus Salvis iuribus nostris et possessionibus nostris / Desiderantes et devotum affectuose rogantes ut dilecti filii nostri in iam dicta ecclesia de Ledes deo et beate Marie et beato Nicholao confessori militantes eas cum multiplici bonorum incremento quo adusque mundus iste malis suis finem imponat / perficere mereantur possidere / In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri presentibus litteris est appensum / Dat in Capitulo nostro die Martis proxima ante festum sancti Clementis / Anno domini Millesimo CC. quinquagesimo sexto. Nos igitur omnes predictas donationes concessiones et confirmationes diligenter inspectas et examinatas ratas habentes et acceptas eas predictis Priori et Conventui et eorum Monasterio de Ledes auctoritate qua fungimur concedimus et imperpetuum confirmamus / Et ne prescriptorum munimentorum fides per vetustatem vel incuriam depereat imposterum ea ad dictorum Prioris et Conventus instantiam diligentius examinata et in nulla sui parte viciata in presenti pagina de verbo ad verbum fideliter fecimus exemplari nostroque sigillo communiri. Dat apud Croydon quinto kalendas Junii Anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo octavo / Ordinationis nostre Sexto.

Donatio ecclesie de Chert /

Edwardus dei gratia Rex Anglie et dominus hibernie et dux Aquitanie Omnibus ad quos presentes littere pervenerint / Salutem Sciatis quod ad Requisitionem dilecti et fidelis nostri Bartholomei de Badelesmere senescalli hospitii nostri concessimus et licentiam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est. Dilectis nobis in Christo Priori et Conventui de Ledes quod ipsi ecclesiam de Chert iuxta Ledes Cantuar dioc que est de advocatione sua propria ut dicitur sibi appropriare et eam appropriatam in proprios usus tenere possint sibi et successoribus suis imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum Justic Escaetorum vicecomitum aut aliorum ballivorum / seu ministrorum nostrorum quorumcumque Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante / In cuius Rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Ross vicesimo primo die Marcii Anno Regni nostri Terciodecimo.

Per breve de privato sigillo.

Confirmatio diversarum ecclesiarum

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis. R. permissione divina Cantuar ecclesie Minister humilis totius Anglie Primas Salutem in domino / Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire quod nos collationes et confirmationes beneficiorum a predecessoribus nostris Dilectis filiis Priori et Conventui de Ledes factas et a priore et Conventu ecclesie Christi Cantuar confirmatas ratas habemus plenarium et acceptas viz. ecclesiam sancte Marie de Wodnesbergh cum omnibus pertinentiis suis / ecclesiam sancti Egidii de Gerced et medietatem decime castri Cantuar / ecclesiam sancte Marie de Eslinges / ecclesiam sancte Margarete de Fenham / ecclesiam sancte Crucis de Berghstede / cum decimis de Strincton / ecclesiam sancti Michaelis de Chert / in marescis de Seand viginti solidos / et decimas de Bentestede decima de Childeston et medietate decimarum de dominico de Ledes et viginti quinque solidos de ecclesia de Crundale / Ecclesiam sancti Petri de Becton / ecclesiam sancte Marie de Gouthherst / ecclesiam sancte Marie Magdalene de Stokyngbery / ecclesiam sancti Petri de Borden / ecclesiam sancti Martini de Acryse ecclesiam sancti

Jacobi de Elmele / ecclesiam sancti Georgii de Hunnes / ecclesiam Omnium sanctorum de Chillynden. Confirmacionem
etiam bone memorie H. quondam Cant' archiepiscopi in qua autentica clare memorie Willelmi quondam Cantuar'
archiepiscopi super donacione et concessione omnium ecclesiarum de terris Roberti de Crepito corde continetur: ratam habemus
et stabilem / Nos igitur omnes predictas collaciones et confirmaciones sicut eas ex tenore instrumentorum
venerabilium predecessorum nostrorum archiepiscoporum Cant' diligenter inspecto memoratis priori et conventui de Ledes
factas esse cognovimus benigne concedimus et presenti scripto cum sigilli nostri testimonio confirmamus
hiis testibus magistro Willelmo archidiacono de Stowe / magistro Reginaldo Cancellario nostro / magistro Thoma de ffrakelam / magistro
Waltero de Cantelu magistro Willelmo de Gloucestr' / magistro Elya de Derham / magistro Waltero de Maydestane / Johanne
Wallensi / Roberto de Swindone et multis aliis / Actum anno domini M° CC° xxxi mense Marcio /

Confirmacio de Asshetisford

Urbanus episcopus servus servorum dei Dilecto filio Abbati Monasterii sancti Augustini extra muros
Cant' / Salutem et apostolicam benedictionem / Hiis que monasteriorum et aliorum piorum locorum et ecclesiasticarum personarum comodum et
utilitatem concernunt libenter annuimus illaque prosequimur favoribus oportunis / Exhibita siquidem nobis
nuper pro parte carissimi in Christo filii nostri Ricardi Regis Anglie Illustris / et dilectorum filiorum prioris et conventus
prioratus conventualis de Ledes ordinis sancti Augustini Cant' dioc' peticio continebat / quod olim clare
memorie Edwardus Rex Anglie dicti Regis avus / pia meditacione considerans fructus redditus et proventus
dicti prioratus de quibus iidem prior et conventus sex canonicos prefati ordinis et unum clericum eis ministrantem
sustentare solent / qui singulis diebus in capella castri de Ledes dicte dioc' ad ipsum Edwardum Regem pertinentis / et per unum miliare partium illarum a prefato prioratu distantis / pro progenitorum eiusdem Edwardi
Regis et omnium fidelium defunctorum animabus sex missas celebrare tenentur / propter diversa infortunia que dictis
priori et conventui successu temporis evenerunt erant adeo diminuti quod iidem prior et conventus ex ipsis
fructibus redditibus et proventibus nequibant congrue sustentari / ac premissa et alia eis incumbencia onera supportare: Ius patronatus ecclesie parochialis de Asshetisford dicte dioc' / quod ad ipsum Edwardum Regem pertinebat /
ea intencione eisdem priori et conventui libere dedit et donavit / quod eadem ecclesia ipsi prioratui imperpetuum
uniretur. Quare pro parte Ricardi Regis necnon prioris et conventus predictorum nobis fuit humiliter supplicatum /
ut eandem ecclesiam cuius Quadraginta dicto prioratui cuius Septuaginta marcarum sterlingorum fructus
redditus et proventus secundum communem extimacionem valorem annuum ut asserunt non excedunt / perpetuo unire
incorporare et annectere de speciali gracia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati discrecioni tue
de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta committimus et mandamus
quatinus si est ita / prefatam ecclesiam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis dicto prioratui auctoritate apostolica
perpetuo unias incorpores et annectas / Ita quod cedente vel decedente Rectore eiusdem ecclesie qui nunc est vel
alias ipsam ecclesiam quomodolibet dimittente / liceat priori et conventui predictis eiusdem ecclesie possessionem propria
auctoritate apprehendere / ac perpetuo retinere / diocesani loci et cuiuscumque alterius super hoc licencia minime requisita /
Reservata tamen de huiusmodi fructibus redditibus et proventibus predicte ecclesie pro perpetuo vicario inibi domino
serviturо ad eiusdem diocesani arbitrium congrua porcione / de qua idem vicarius valeat congrue sustentari
episcopalia iura solvere / et alia ei incumbencia onera supportare / Non obstantibus si aliqui super provisionibus
sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel
legatorum eius litteras impetrarint / etiam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias quomodolibet
sit processum / quasquidem litteras et processus earum auctoritate habitos vel habendos ad predictam volumus non extendi /
sed nullum per hoc eis quoad assecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari / et quibuslibet privilegiis indulgenciis
et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant / per que presentibus non expressa vel totaliter
non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri / et de quibus quorumque totis tenoribus habenda
sit in nostris litteris mencio specialis / Nos enim exnunc irritum decernimus et inane / si secus super hiis a quoquam
quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari / Datum Perusii iiii Kal' Januarii Pontificatus
nostri Anno decimo /

Processus super appropriacione de Esshetisford

In dei nomine amen Dudum venerabilis et Religiosus vir frater Willelmus dei gracia Abbas
Monasterii sancti Augustini extra muros Cant' Judex sive executor unicus a sede apostolica ad infrascripta /
specialiter deputatus / Nobis / Roberto Bradegare Canonico ecclesie London' causam seu causas ac negocium appropriacionis incorporacionis et unionis ecclesie parochialis de Esshetisford Cant' dioc' subscriptis commisit audiendum decidendum
et fine debito terminandum cum omnibus suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis prout in litteris
commissionis sue inde confectis nobisque presentatis et per nos receptis plenius continetur. Quarum quidem apostolicarum litterarum
et commissionis tenores sequuntur et sunt tales / **Urbanus** episcopus servus servorum dei / Dilecto filio Abbati Monasterii
sancti Augustini extra muros Cantuar' / Salutem et apostolicam benedictionem / Hiis que Monasteriorum et aliorum piorum locorum
ac ecclesiasticarum personarum comodum et utilitatem concernunt libenter annuimus / illaque prosequimur favoribus oportunis /
Exhibita siquidem nobis nuper pro parte carissimi filii nostri Regis Anglie Illustris / et dilectorum filiorum prioris
et conventus prioratus conventualis de Ledes ordinis sancti Augustini Cant' dioc' peticio continebat /
quod olim clare memorie Edwardus Rex Anglie dicti Regis avus pia meditacione considerans fructus redditus
et proventus dicti prioratus de quibus iidem prior et conventus sex canonicos prefati ordinis et unum
clericum eis ministrantem sustentare solent / qui singulis diebus in Capella castri de Ledes dicte dioc' ad ipsum
Edwardum Regem pertinentis et per unum miliare partium illarum a prefato prioratu distantis pro progenitorum
eiusdem Edwardi Regis et omnium fidelium defunctorum animabus sex missas celebrare tenentur / propter diversa
infortunia que dictis priori et conventui successu temporis evenerunt / erant adeo diminuti / quod iidem prior
et conventus ex ipsis fructibus redditibus et proventibus nequibant congrue sustentari / ac premissa et alia eis
incumbencia onera supportare / Ius patronatus ecclesie parochialis de Esshetisford dicte dioc' quod ad ipsum Edwardum
Regem pertinebat / ea intencione eisdem priori et conventui libere dedit et donavit / quod eadem ecclesia ipsi prioratui
imperpetuum uniretur. Quare pro parte Ricardi Regis necnon prioris et conventus predictorum nobis fuit humiliter supplicatum

ut eandem ecclesiam cuius Quadraginta dicto prioratus Septuaginta marcharum sterlingorum fructus redditus et proventus
secundum communem extimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt perpetuo unire et incorporare et annectere de
speciali gratia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati discrecioni tue de qua in hiis et aliis specialem
fiduciam in domino obtinentes per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus si est ita prefatam ecclesiam cum
omnibus iuribus et pertinenciis suis dicto prioratui auctoritate apostolica perpetuo unias incorpores et annectas Ita quod cedente
et decedente Rectore eiusdem ecclesie qui nunc est vel alias ipsam ecclesiam quomodolibet dimittente liceat priori et conventui
eiusdem ecclesie possessionem propria auctoritate apprehendere ac perpetuo retinere diocesani loci et cuiuscumque alterius
super hoc licencia minime requisita Reservata tamen de huiusmodi fructibus redditibus et proventibus ecclesie pro perpetuo
vicario inibi domino servituro ad eiusdem diocesani arbitrium congrua porcione de qua idem vicarius valeat
congrue sustentari episcopalia iura solvere et alia ei incumbencia onera supportare Non obstantibus si aliqui
super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel
legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit pro-
cessum quas quidem litteras et processus eius auctoritate habitos et habituros ad predictam ecclesiam volumus non extendi
Sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari in quibuscumque privilegiis et indul-
genciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel
totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda
sit in nostris litteris mencio specialis Nos enim exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis
auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari Dat Perusii iiij Kal Januar Pontificatus nostri Anno decimo
Willelmus permissione divina Abbas Monasterii Sancti Augustini ordinis Sancti Benedicti extra muros Cantuar ad Romanam ecclesiam
nullo medio pertinentis executor unicus ad infrascripta per sedem apostolicam specialiter deputatus Discreto viro Magistro
Roberto de Bradegare in legibus bacallario Canonico ecclesie London Salutem et mandatis nostris immo verius apostolicis firmiter
obedire Litteras sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providencia pape Sexti cum cordula canapis more Romane
Curie bullatas sanas et integras nobis pro parte Religiosorum virorum prioris et Conventus prioratus de Ledes ordinis
Sancti Augustini presentatas nuper recepimus in hec verba Urbanus Episcopus servus servorum dei Dilecto filio Abbati Monasterii
Sancti Augustini extra muros Cantuar Salutem et apostolicam benedictionem Hiis que monasteriorum et aliorum piorum locorum ac
ecclesiasticarum personarum comodum et utilitatem concernunt libenter annuimus illaque prosequimur favoribus oportunis
Exhibita siquidem nobis nuper pro parte carissimi filii nostri Ricardi Regis Anglie Illustris et dilectorum filiorum prioris
et Conventus prioratus Conventualis de Ledes ordinis Sancti Augustini Cant dioc peticio continebat quod olim
clare memorie Edwardus Rex Anglie dicti Regis avus pia meditacione considerans fructus redditus et proventus
dicti prioratus de quibus iidem prior et Conventus sex canonicos prefati ordinis et unum clericum eis ministrantem
sustentare solent qui singulis diebus in capella castri de Ledes dicte dioc ad ipsum Edwardum Regem pertinentis
et per unum miliare parum illarum a prefato prioratu distantis pro progenitorum eiusdem Edwardi Regis et omnium
fidelium defunctorum animabus sex missas celebrare tenentur propter diversa infortunia que dictis priori et conventui
successu temporis evenerunt erant adeo diminuti quod iidem prior et Conventus ex ipsis fructibus redditibus et
proventibus nequibant congrue sustentari ac premissa et alia eis incumbencia onera supportare Ius pro-
natus ecclesie parochialis de Esthetisford dicte dioc quod ad ipsum Edwardum Regem pertinebat ea intencione eisdem
priori et Conventui libere dedit et donavit quod eandem ecclesiam ipsi prioratui uniri procurarent Quare pro parte
dicti Regis necnon prioris et Conventus predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut eandem ecclesiam cuius qua-
draginta dicto prioratui cuius Septuaginta marcharum sterlingorum fructus redditus et proventus secundum com-
munem estimacionem valorem annuum ut asseritur non excedunt perpetuo unire et incorporare et annectere de speciali gratia
dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati discrecioni tue de qua in hiis et aliis specialem fiduciam
in domino obtinentes per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus si est ita prefatam ecclesiam cum omnibus
iuribus et pertinenciis suis dicto prioratui auctoritate apostolica perpetuo unias incorpores et annectas Ita quod cedente vel dece-
dente Rectore eiusdem ecclesie qui nunc est vel alias ipsam ecclesiam quomodolibet dimittente liceat priori et conventui
eiusdem ecclesie possessionem propria auctoritate apprehendere ac perpetuo retinere diocesani loci et cuiuscumque alterius
super hoc licencia minime requisita Reservata tamen de huiusmodi fructibus redditibus et proventibus dicte ecclesie pro perpetuo
vicario inibi deo servituro ad eiusdem diocesani arbitrium congrua porcione de qua idem vicarius valeat
congrue sustentari episcopalia iura solvere et alia ei incumbencia onera supportare Non obstantibus si aliqui
super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales
dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias
quomodolibet sit processum quas quidem litteras et processus eius auctoritate habitos vel habendos ad predictam ecclesiam
volumus non extendi Sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari in
quibuscumque privilegiis vel indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant
per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et
de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mencio specialis Nos enim exnunc irritum decernimus
et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari Dat Perusii
quarto Kalendas Januar Pontificatus nostri Anno decimo Verum quia nos variis et arduis negociis Monasterii
nostri aliunde sumus multipliciter prepediti quominus execucioni et expedicioni dictarum litterarum apostolicarum
et contentorum in eisdem ad presens intendere valeamus Ad cognoscendum et procedendum de et super omnibus
et singulis in dictis litteris apostolicis contentis et suggestis et nobis in hac parte commissis iuxta omnem vim
formam et effectum litterarum apostolicarum predictarum eaque omnia et singula cum omnibus suis emergentibus incidentibus de-
pendentibus et connexis iuxta iuris exigenciam in dictarum litterarum apostolicarum forma et tenore suis debito terminand
Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis vel aliquo premissorum necessaria fuerint vel
oportuna vobis de cuius fidelitate et industria plenam in domino fiduciam reportamus committimus vices
nostras cum cuiuslibet cohercionis canonice potestate donec eas ad nos duxerimus revocandum Et quid feceritis in
premissis dicto appropriacionis negocio finaliter expedito nos litteris vestris patentibus habentibus hunc tenorem
curetis reddere cerciores In cuius rei testimonium has litteras nostras sigilli nostri apposicione signoque et sub-
scripcione Magistri Johannis Bedel notarii auctoritate apostolica publici mandavimus et fecimus communiri Dat
et acta sunt hec in monasterio nostro Sancti Augustini predicto decimoquarto die mensis Januarii Anno domini secundum
cursum et computacionem ecclesie Anglicane Millesimo CCC octogesimo Nono Indictione terciadecima Pontificatus

sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii divina providencia pape noni Anno primo, presentibus discretis viris magistro Johanne ffyker Juris Civilis bacallario et Roberto Dene clerico Roffensis et Cantuariensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis / Et ego Johannes Bedel clericus Cantuariensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur per dictum delegatum sub Anno domini Indictione pontificatu mense die et loco predictis coram eo agerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui / eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis consuetis signavi una cum appensione sigilli predicti domini delegati rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Cuius quidem commissionis vigore nos in causa sive causis et negocio huiusmodi rite et legitime procedentes ad venerabilis et religiosorum virorum fratris Emerici prioris prioratus ecclesie Conventualis de Ledes ordinis sancti Augustini Cantuariensis diocesis predicte instanciam peticionem Reverendum in Christo patrem dominum Archiepiscopum Cantuariensem necnon venerabiles et religiosos viros priorem et Capitulum ecclesie Cantuariensis ac venerabilem virum Archidiaconum Cantuariensem / discretumque virum dominum Salamonem Russel dicte ecclesie de Eschetisford Rectorem ceterosque omnes alios et singulos quorum interest seu qui sua in hac parte putaverint interesse / ad dicendum et opponendum quicquid dicere vel opponere voluerint verbo vel in scriptis contra commissionem nostram et literas apostolicas predictas coram nobis in ecclesia Cantuariensi citari mandavimus et per nostros citatores literas in ecclesia Cantuariensi ac ecclesia parochiali de Eschetisford predicte fecimus ad certum terminum peremptorium competentem / In quo quidem termino comparuit in iudicio coram nobis discretus vir magister Johannes Cranbourne clericus Sarisburiensis diocesis procurator et nomine procuratorio religiosorum virorum dominorum prioris et Conventus ecclesie Conventualis de Ledes predicte procuratorium suum eorum sigillo communi necnon quoddam certificatorium de et super citacione eiusdem Reverendi domini domini Archiepiscopi Cantuariensis necnon venerabilium et religiosorum virorum dominorum prioris et Capituli ac venerabilis viri domini Archidiaconi Cantuariensis domini Salamonis Russel Rectoris ecclesie de Eschetisford predicte / omniumque aliorum predictorum factum exhibens / Ipsorumque citatorum nichil contra ipsas literas apostolicas et commissionem opponencium contumaciam accusavit / petens eos per nos contumaces reputari, Ac insuper quendam libellum in scriptis dedit / Cuius tenor talis est. In dei nomine Amen Coram vobis magistro Roberto de Bradegare canonico ecclesie London venerabilis et religiosi viri fratris Willelmi dei gracia Abbatis monasterii sancti Augustini ordinis sancti Benedicti extra muros Cantuarienses ad infrascripta auctoritate apostolica delegati subdelegato procurator et nomine procuratorio religiosorum virorum prioris et Conventus de Ledes ordinis sancti Augustini Cantuariensis diocesis contra discretum virum dominum Salomonem Russel Rectorem ecclesie parochialis de Eschetisford dicte diocesis ac omnes et singulos quorum interest seu interesse poterit in hac parte / dicit et in iure proponit / Quod olim clare memorie Edwardus Rex Anglie illustrissimi principis domini Ricardi dei gracia Regis Anglie a conquestu secundi avus pia meditacione considerans fructus redditus et proventus dicti prioratus de quibus idem prior et Conventus sex Canonicos prefati ordinis et unum clericum eis ministrantem sustentare solent qui singulis diebus in capella castri de Ledes dicte diocesis ad ipsum Edwardum Regem pertinente et per unum miliare parum illarum a prefato prioratu distante pro progenitorum eiusdem Regis Edwardi et omnium fidelium defunctorum animabus sex missas celebrare tenentur propter diversa infortunia que dictis priori et Conventui successivis temporibus evenerant erant adeo diminuti quod iidem prior et Conventus ex ipsis fructibus redditibus et proventibus nequibant congrue sustentari / ac premissa et alia eis incumbencia onera supportare Jus patronatus ecclesie parochialis de Eschetisford dicte diocesis quod ad ipsum Regem Edwardum pertinebat / ea intencione eisdem priori et Conventui libere dedit et donavit / quod eadem ecclesia ipsi prioratui imperpetuum uniretur. Quodque fructus redditus et proventus dicte ecclesie parochialis quadraginta dicti vero prioratus septuaginta marcarum sterlingorum secundum communem estimacionem valorem annuum non excedunt / nec per sex annos precedentes valuerunt excesserunt / premissisque sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Urbano divina providencia pape sexto / pro parte dicti serenissimi principis domini Ricardi Regis ac prioris et Conventus supradictorum exposito / prefatus sanctissimus pater eidem domino Abbati suis literis mandavit et commisit / quod si ita sit ecclesiam parochialem de Eschetisford predictam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eisdem priori et Conventui et ipsorum prioratui / porcione vicarii perpetui inibi deservituri dumtaxat excepta perpetuo uniat incorporet et annectat / prout in literis apostolicis inde confectis eidemque domino Abbati et vobis subdelegato predicto presentatis plenius continetur. quas idem procurator hic insistit ac pro insertis vult haberi et intendit /. Que omnia fuit a tempore date dictarum literarum apostolicarum et ante fuerunt vera publica notoria et famosa / et sic super eis laborarunt et adhuc laborat publica vox et fama Quare probatis in hac parte probandis petit dictus procurator nomine quo supra per vos Judicem antedictum et vestram sententiam diffinitivam pronunciari decerni et declarari premissa omnia et singula in dictis literis apostolicis suggesta fuisse et esse vera / dictamque ecclesiam de Eschetisford cum omnibus pertinenciis suis / porcione vicarii predicti dumtaxat excepta / prefatis priori et Conventui eorumque prioratui predicto fore uniendam annectendam et incorporandam ipsamque ecclesiam cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ut predicitur unire annectere et incorporare volueritis statuere et decernere in premissis quod iustum fuerit et canonicis convenit institutis vestrum officium dicti Judicis antedicti humiliter implorando. Et petit quod procedatur summarie et de plano in negocio supradicto iuxta nonnullas constituciones /

Quoquidem libello sic porrecto nos ad ipsius procuratoris instanciam peticionem prefatum Reverendum patrem et dominum dominum Archiepiscopum Cantuariensem necnon venerabiles et religiosos viros priorem et Capitulum ecclesie Cantuariensis predicte / ac venerabilem virum Archidiaconum Cantuariensem / dominum Salomonem Russel Rectorem / ac omnes alios predictos premunitos contumaces in eorum contumacia eosdem ad litem contestandum et contestari videndum / inquantum iura id exigunt / ac iurandum de calumpnia vitandum et veritate dicendum cum omnibus suis capitulis tam super dicto libello quam tota causa predicta vel dicendum et in forma iuris proponendum quare premissa fieri non debeant / ad certum diem competentem / coram nobis in ecclesia Cantuariensi mandavimus / et per nostros citatores literas fecimus in ecclesia Cantuariensi ac ecclesia parochiali de Esshetisford Cantuariensis diocesis predicte ad iudicium evocari / Quibus que sic ut premittitur concessis et postmodum debite executis prefatus magister Johannes Cranbourne procurator et nomine procuratorio dictorum religiosorum virorum quandam citacionem eiusque executionem ac certificatorium dicte citacionis de et super premissis huiusmodi reportans / prefatorum citatorum ac parcium predictarum ex adverso non comparencium nichilque opponencium contumaciam accusavit / petens eos per nos contumaces reputari / et in eorum contumacia contestatus est litem affirmative ad libellum suum memoratum sic dicendo / dicta narrata in dicto libello vera esse / et ideo petita fieri prout petuntur in eodem / fieri debere adeo litem contestando / Ac insuper tactis per eum sacrosanctis euangeliis / tam de calumpnia vitanda / quam de veritate dicenda cum omnibus suis capitulis corporale prestitit Juramentum / Et tunc discretus vir magister Johannes ffycant clericus Roffensis diocesis procurator et nomine procuratorio discreti viri domini Salomonis Russel Rectoris predicti in iudicio comparens procuratoriumque suum exhibens fecit se partem pro eodem ac contestatus est litem affirmative ad eundem libellum sic dicendo / dicta narrata

prout narrant in dicto libello vera esse / et ideo petita prout petunt in eodem fieri debere ac lite contestand
tactis q3 per eum sacrosanctis ewangelijs / tam de calumpnia vitand qm de veritate dicend cum omnibus suis
capitulis corpale prestitit Juramentum / Et tunc ad prefati magri Johannis Cranebone procuris predci instancia
pfat Reu prem et dum Archiepm Cant / necnon Ven et Relig viros priorem et Capitlm eccie Cant ac Ven virum
Archim Cant / omnesq3 alios predcos pronunciauimus contumaces / In quorum contumacia prefat procur nominibz quibz
sup ad ponendum et articuland ponnq3 et articulari videnda necnon testes lras instrumenta et alia munimenta
producend et produci videnda coram nobis certos diem et locum competentes curauimus assignare / pfat Reu prem et
dum dum Archiepm Cant necnon Ven et Relig viros priorem et capitlm eccie Cant ac Ven virum Archim Cant
omnesq3 alios quorum interest seu qui sua in hac parte putauerint interesse / ad idem faciend termino et loco pdictis
decreuimus in eccia Cant et eccia paroch de Eschetisford Cant dioc predict fore euocandos et pinde citacionis
lras fecimus euocari. Quibus quidem sic vt pmittitur citatis / adueniente q3 termino pdco prefatus magr Johes
Cranebone procurator noie pcurio quo sup in loco supradco psonaliter comparens quandam citacoem cuisq3
execucoem ac certificatorium de et sup pmissis hns reportans et exhibens dictorum citatorum contumaciam accusauit /
petens eos p nos contumaces reputari. Quos quidem citatos et non comparentes pnunciauimus contumaces in
eorumq3 contumac pfatus magr Johes Cranebone procur et nomine pcurio quo sup / libellum ac lras copiras p eum
et alias coram nobis dats et exhibits loco posicionum et articulorum repetens nonnullos testes ac instrumenta lras et
munimenta si et inquantum pro parte sua faciunt et non aliter nec alio modo ad probandum intencoem suam supradcam
ac contenta in lris apriis memoratis produxit et exhibuit. Quibus quidem testibus sic vt pmittitur productis
et p nos admissis iuratis examinatis eorumq3 deposicoibz publicatis / nos ad pfati mgri Johis Cranebone instanciam
prefato Joh ffyrat pcuri ex aduso comparenti ad dicend et opponend quicquid dicere vel opponere voluit verbo
vel in scriptis contra psonas testium predcorum eorumq3 dicta et deposicoes necnon instrumenta lras et munimenta pdict
coram nobis in eccia Cant memorat certum terminum peremptorium assignauimus omnesq3 alios et singlos supradict ad
idem faciend coram nobis in eccia Cant ad eundem terminum mandauimus et fecimus p vie citacionis lras in
eccia Cant ac eccia paroch de Eschetisford predict ad iudicium euocari. Quibus quidem die et loco pfatis pcuribz
nominibz quibz supra coram nobis in iudicio comparentibz prefat mgr Johannes Cranebone pcur et nomine
pcurio quo sup / quandam citacoem cuisq3 execuc et certificatorium de et sup pmissis hntis reportans pfat
citatorum in ea ac partium predcarum ex aduso non comparencium nichilominus pponencium contumaciam accusauit / petens
eos p nos contumaces reputari / Quos quidem Reu prem ac omnes alios supradictos citatos et non copentes
pronunciauimus contumaces / In quorum contumacia ad pfati mgri Johis Cranebone pcuris instante peticionem
tam sibi qm mgro Johanni ffyrat pcuri ex aduso ad pponend et ppom videnda omnia in facto consistencia
coram nobis in eccia Cant predict certum peremptorium terminum curauimus assignare / Nichilominus eundem Reu
prem et dum Archiepm Cant / necnon Ven et religiosos viros priorem et capitlm eccie Cant pdict ac Ven virum
dum Archim Cant ceterosq3 omnes et singlos quorum interest seu qui sua putauerint interesse / ad idem faciendum
coram nobis in eccia Cant memorata ad eundem terminum mandauimus / et p nras certi tenoris lras in dicta
eccia Cant et eccia paroch de Eschetisford fecimus ad iudicium euocari / Quibus sic vt pmittitur p nos concessis
et postmodum lris execucis dictisq3 pcuribz nominibz quibz sup / dictis die et loco in iudicio comparentibz
pfat mgr Johannes Cranebone pcur et noie pcurio quo sup / quandam citacoem cuisq3 execucoem et
certificator dce citacois de et sup pmissis hns reportans prefatorum citatorum in ea ac partium predcarum ex
aduso non comparencium nec quicquid pponere curancium contumaciam accusauit petens eos p nos contumaces
reputari / propter que pfat Reu prem et dum Archiepm Cant / necnon Ven et relig viros priorem et capitlm
eccie Cant pdce ac Ven virum Archim Cant / omnesq3 alios citatos supradcos pnunciauimus contumaces / In quorum
q3 contumacia pfatis pcuribz coram nobis iudicialiter constitutis ad concludend et concludi videnda seu dicend
et in forma iuris pponend causam racionabilem si quam pro se habeant quominus pmissa fieri debeant coram nobis
in eccia Cant predict certum peremptorium terminum competentem assignauimus / pfatq3 Reu prem et dum dum
Archiepm Cant necnon Ven et Relig viros priorem et Capitlm eccie Cant / ac Ven virum Archim Cant /
omnesq3 alios et singlos quorum interest / seu qui sua in hac parte putauerint interesse / ad idem faciend cora
nobis dco termino in eccia Cant pdca mandauimus / et p nras certi tenoris lras tam in eccia Cant
qm in eccia paroch de Eschetisford predict mandauimus et fecimus ad iudicium euocari /. Et deinde prefatis
pcuribz coram nobis in eccia Cant dco termino comparentibz prefatus mgr Johes Cranebone pcurator noie
pcurio quo supra / quandam citacoem cuisq3 execuc et certificat dce citacois de et sup pmissis hns reportans
prefat citatorum et partium pdcarum ex aduso non comparencium nec quicquam pponere curancium accusauit / petens
eos p nos contumaces reputari / et in quorum contumac cum ipso ac dco Joh ffyrat procurator in causa et
causis seu negocio predco concludentibz concludi voluimus q3 fieri in causa et causis seu negocio predco
quod iustum fuit et consonum racioni / Unde nos prefat citatos et non comparentes nec quicquam pponere
curantes pnunciauimus contumaces In quorum contumac cum dictis partibz concludentibz conclusimus
et pro concluso habuimus in causa et causis seu negocio memorat /. Et insup prefatis pcuribz certum
peremptorium terminum competentem videlz vicesimum septimum diem mensis Marcij infrascript in eccia Cant coram
nobis ad audiend sententiam diffinitiuam p nos in causa et causis seu negocio predict ferri / Ipamq3 ecciam
de Eschetisford cum omnibz suis iuribz et ptinen vniuersis porcoe vicarij ppetui ibm dno seruituri dumtaxat
excepta / prefatis Relig viris priori et Conuentui eccie siue prioratus de Ledes Cant dioc ordis sci Augustini
et eorum mense incorporari vniri et annecti videnda et audiend vel dicend et in forma iuris proponend
causam racionabilem si quam pro se habeant quare pmissa fieri non debeant / vlteriusq3 faciend et recipiend quod iustum
fuit assignauimus / ac insup pfat Reu in xpo prem et dum dum Archiepm / necnon Ven. et Relig viros
priorem et Capitlm eccie Cant ac Archim pfat / ceterosq3 omnes et singlos quorum interest / seu qui sua putauerint
in hac parte interesse / ad idem faciend coram nobis die et loco supradcis mandauimus / p nras certi tenoris
lras fecimus ad iudicium euocari / Quo quidem adueniente termino comparentibz in iudicio coram nobis in
eccia Cant in iudicio sedentibz prefatis pcuribz nominibz quibz sup / magro Johannes Cranebroke pcur
et noie pcurio quo sup quandam citacoem cuisq3 execuc ac certificatorium de et sup citacoe dcorum Reu
prs et dni dni Archiepi Cant / necnon Ven et Relig virorum prioris et Capituli eccie Cant ac dni
Archini Cant ceterorumq3 omn et singlorum quorum interest / seu qui sua putauerint in hac parte interesse habita
reportans ipsorum citatorum contumaciam non comparencium accusauit / ipsosq3 contumaces p nos reputari et in
eorum contumacia sententiam diffinitiuam ferri / Ipamq3 ecciam de Eschetisford Cant dioc sic vt pmittitur

incorporari uniri et annecti per nos cum instancia postularunt. Nos igitur Robertus de Bradegare Canonicus ecclesie London ac subdelegatus memoratus prefatis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Archiepiscopo Cantuariensi necnon venerabilibus et Religiosis viris priore et capitulo ecclesie Cantuariensis ac venerabili Archidiacono Cantuariensi ceterisque omnibus et singulis quorum interest seu qui sua putaverint in hac parte interesse citatos et non comparentes pronunciavimus contumaces, In eorumque contumaciis visis primitus et per nos diligenter inspectis omnibus et singulis actis actitatis Juribus literis instrumentis et munimentis in huiusmodi causa sive causis seu negocio habitis et productis, eisque cum diligencia debita recensitis de consilio Jurisperitorum nobis assidencium et assensu ad nostram sentenciam diffinitivam proferendam duximus procedendum, Causamque in scriptis tulimus et presentibus ferimus, prefatamque ecclesiam de Eschetisford cum suis Juribus et pertinenciis universis (porcione competenti vicarii ibidem domino servituri per loci diocesanum assignanda dumtaxat excepta) prefatis Religiosis viris priori et conventui ecclesie prioratus de Ledes eorumque mense incorporavimus univimus et annectimus in hunc modum. Christi nomine invocato pro tribunali sedentes, habentes pre oculis solum deum de iurisperitorum nobis assidencium consilio et assensu, Quia nos Robertus de Bradegar Canonicus ecclesie London venerabilis et Religiosi viri domini Abbatis monasterii Sancti Augustini extra muros Cantuariensis Judicis sive executoris unici a sede apostolica ad infrascripta deputati subdelegatus sive subexecutor per eundem dominum Abbatem deputatus Invenimus quod Religiosi viri prior et conventus ecclesie sive prioratus conventualis de Ledes Cantuariensis diocesis ordinis sancti Augustini sex canonicos ordinis sancti Augustini et duos clericos eis ministrantes qui singulis diebus in capella castri de Ledes dicte diocesis sex missas celebrare tenentur necnon panem vinum et luminaria ad hec necessaria suis sumptibus et expensis invenire et sustentare solebant solent et tenentur, ac hospitalitatem et alia quamplurima onera supportare cum fructibus redditibus et proventibus prioratus memorati, Et quod propter diversa infortunia que dictis priori et conventui eorumque prioratui predicto successu temporis evenerunt dicti fructus redditus et proventus adeo erant et sunt exiles et diminuti, quod iidem prior et conventus ex ipsis fructibus redditibus et proventibus congrue sustentari ac premissa et alia onera eis incumbencia supportare non possunt, et eciam quod alia in dictis literis apostolicis suggesta et contenta fuerunt et sunt vera, Ideo nos Robertus subdelegatus supradictus per hanc nostram finalem diffinitivam quam in hiis scriptis ferimus pronunciamus decernimus et declaramus premissa omnia et singula in dictis literis apostolicis suggesta fuisse et esse vera, dictamque ecclesiam de Eschetisford cum omnibus Juribus et pertinenciis suis ad sustentacionem et supportacionem onerum predictorum prefatis priori et conventui eorumque prioratui predicto, ac mense sue fore appropriandam uniendam annectendam et incorporandam, Ipsamque ecclesiam de Eschetisford cum omnibus Juribus et pertinenciis suis eisdem priori et conventui et eorum mense necnon prioratui predicto appropriavimus univimus annectimus et incorporavimus, porcione congrua perpetuo vicario in dicta ecclesia parochiali de Eschetisford perpetuo domino servituro de qua idem vicarius congrue sustentari Jura episcopalia persolvere, et alia ei incumbencia onera supportare valeat, ad arbitrium loci diocesani taxanda dumtaxat excepta. Lecta lata et in scriptis promulgata fuit hec nostra sentencia diffinitiva, necnon incorporacio unio et annexio facte per nos Robertum de Bradegar canonicum ecclesie London et subdelegatum supradictum in ecclesia Cantuariensi nobis inibi ad Jura reddendum pro tribunali sedentibus, sub Anno domini Millesimo CCC^mo nonogesimo primo, vicesimo sexto die mensis Marcii. Indictione terciadecima Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii pape noni Anno primo. presentibus discretis viris Magistris Ricardo Craston et Willelmo Marten clericis London et Cantuariensis diocesis testibus ad premissa rogatis. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes nostre diffinitive sentencie literas sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostram sentenciam diffinitivam continentes seu continens exinde fieri, et per Magistrum Johannem Bedel clericum Cantuariensis diocesis notarium auctoritate apostolica publicum nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus, sigillique Commissarii Cantuariensis generalis quod ad manus habuimus, iussimus communiri Dat. et act. sub Anno Indictione pontificatu mense die et loco supradictis. presentibus discretis viris testibus memoratis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et Ego Johannes Bedel clericus Cantuariensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius prefatique domini subdelegati ac huius cause et negocii coram eo scriba predictis sentencie diffinitive prolacioni incorporacioni appropriacioni unioni et annexioni omnibusque aliis et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi ac notam cepi de qua hoc presens publicum instrumentum de mandato eiusdem domini subdelegati variis negociis occupatus per alium fideliter scriptum extraxi et confeci, quod signo et nomine meis solitis et consuetis, una cum appensione sigilli ipsius Commissarii Cantuariensis generalis signavi rogatus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Litera appropriand. ecclesiam de Stokebery

Edwardus Dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes litere pervenerint Salutem. Sciatis quod de gracia nostra speciali concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est dilectis nobis in Christo priori et conventui de Ledes quod ipsi ecclesiam de Stokebery Cantuariensis diocesis que est de advocacione sua propria ut dicitur appropriare, et eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint sibi et successoribus suis imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum Justiciariorum Escaetorum vicecomitum aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorumque quorumcumque statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes Teste meipso apud Westmonasterium quartodecimo die Maii Anno Regni nostri Anglie quartodecimo. Regni vero nostri Francie Primo.

Confirmacio pape de Stokebery

Clemens Episcopus servus servorum dei, Ad perpetuam rei memoriam Apostolice sedis circumspecta benignitas personas sub Religionis observancia degentes assidue studio pie vite continuo favore prosequitur, et per ecclesiarum ac monasteriorum aliorumque locorum ecclesiasticorum et personarum in eis degencium necessitatibus et comodis sublevandis libenter sue ministerium gracie impartitur. Sane peticio pro parte dilectorum filiorum prioris et conventus monasterii de Ledes per priorem soliti gubernari ordinis sancti Augustini Cantuariensis diocesis nobis exhibita continebat quod fructus redditus et proventus dicti monasterii pro eo quod ecclesia de Chetham Roffensis diocesis dicto monasterio unita igneo incendio cremata fuit, et combusta ac sterilitate et malicia instantis temporis aliaque infortunia que ipsis successu temporis evenerunt, necnon onera debitorum quibus multipliciter sunt oppressi adeo sunt diminuti quod ipsi prior et conventus non credunt posse aliis oneribus eis et dicto Monasterio incumbentibus supportatis hospitalitatem solitam tenere, nisi ipsis per sedem apostolicam clemencius succurratur. Quare pro parte ipsorum prioris et conventus nobis extitit humiliter supplicatum ut parochialem ecclesiam de Stokebery dicte Cantuariensis diocesis, in qua idem prior et conventus ius obtinent patronatus cuiusque fructus redditus et proventus triginta marcharum sterlingorum secundum taxacionem decime valorem annuum ut asseritur non excedunt / prioratui et Conventui dicti Monasterii ipsique Monasterio pro suis oneribus facilius supportandis perpetuo unire et incorporare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes eosdem priorem et Conventum ac Monasterium interessentibus quantum cum deo possumus de alicuius subventionis auxilio providere huiusmodi supplicacionibus inclinati predictam parochialem ecclesiam de Stokebery cum omnibus iuribus et pertinenciis suis prioratui et Conventui ac monasterio prefatis auctoritate apostolica annectimus perpetuo et unimus / Ita quod cedente vel decedente ipsius parochialis ecclesie Rectore qui nunc est / vel ipsam ecclesiam alias quomodolibet dimittente liceat priori qui est pro tempore et Conventui predictis auctoritate propria per se vel alium seu alios corporalem possessionem ipsius ecclesie ac iurium et pertinenciarum eiusdem libere ingredi apprehendere et licite retinere / diocesani loci et cuiuscumque alterius licencia minime requisita / Reservata tamen primitus et etiam assignata ad ipsius diocesani arbitrium de ipsius parochialis ecclesie fructibus redditibus et proventibus pro perpetuo vicario ad presentacionem ipsorum prioris et Conventus in ipsa ecclesia instituendo inibi domino servituro congrua porcione / ex qua possit idem vicarius congrue sustentari / iura episcopalia solvere / aliaque sibi incumbencia onera supportare / Non obstantibus si aliquibus super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi parochialibus ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus specialis vel generalis sedis predicte vel legatorum eius litteras impetraverint / etiam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum / quas litteras et processus quoscumque habitos per easdem ad predictam ecclesiam parochialem de Stokebery volumus non extendi / sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem parochialium ecclesiarum et beneficiorum aliorum preiudicium generari / Aut quibuslibet privilegiis indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant / per que presentibus non expressa / vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet / vel differri / et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mencio specialis Nos enim irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre annexionis / unionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire / Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum / Dat' Avinion' vij. Idus Augusti Pontificatus nostri Anno undecimo.

Confirmacio Capituli Cant' de diversis ecclesiis.

Ledes.

Universis sancte matris ecclesie filiis has litteras inspecturis / Nicholaus prior ecclesie Christi Cantuar' et eiusdem loci Conventus / Salutem in domino sempiternam / Attendentes Religionem et honestatem dilectorum fratrum et amicorum nostrorum prioris et Conventus Monasterii de Ledes donaciones et confirmaciones beneficiorum et pensionum eisdem et eorum Monasterio facto a venerabilibus patribus nostris Archiepiscopis Cant' predictis temporibus factas gratas habemus et acceptas / et quantum ad nos attinet iuxta tenorem cartarum predictorum patrum quas inspeximus confirmamus / videlicet ecclesiam sancti Nicholai de Ledes cum capella de Bromfeld / Ecclesiam sancte Crucis de Berghestede / cum decimis de Strencume / ecclesiam sancti petri de Boctoun cum decimis de Wotteringe / ecclesiam sancte Marie de Gouthirst cum omnibus pertinenciis suis / Ecclesiam sancte Margarete de Kenham cum omnibus pertinenciis suis / ecclesiam sancte Marie de Woodnesberghe cum decimis de Goudfeld et aliis pertinenciis suis / ecclesiam sancti Egidii de Sere / cum pertinenciis suis / ecclesiam sancti Petri de Borden cum pertinenciis suis / Decimam medietatis Castri Cantuar' cum capella sancte Elene / Decimas de Hestangre / Decimam de Senstede / Decimam de Benstede Decimam de Childestone / Decimam Curie de Chart cum terra ecclesie eiusdem ville / donacionem decimis de Hedneham / De ecclesia de Hame annuam pensionem quadraginta solidorum / De ecclesia de Wrast annuam pensionem quadraginta solidorum / De ecclesia de Chillinden annuam pensionem octo solidorum / De ecclesia de Crundele sive de Trendworth / Annuam pensionem viginti quinque solidorum / De ecclesia de Hores annuam pensionem sex solidorum. De ecclesia de Eslynge annuam pensionem viginti solidorum / De ecclesia de Chert annuam pensionem xx^ti s. / De ecclesia de Stokebery annuam pensionem undecim marcarum / Omnes Itaque predictas ecclesias decimas et pensiones cum omnibus eorum Iuribus et pertinenciis antedictis priori et Conventui de Ledes et eorum Monasterio quantum spectat ad auctoritatem capituli nostri libenter et liberaliter concedimus et confirmamus. Desiderantes et devote affectuose rogantes ut dilecti fratres nostri Canonici in eodem Monasterio de Ledes deo et virgini gloriose dei genitrici sanctoque confessori Nicholao militantes eas cum multiplici bonorum incremento / quoad mundus iste malus suum finem imponat / pacifice possidere mereantur. In Cuius rei testimonium et robur perpetuum sigillum commune capituli nostri presentibus litteris fecimus apponi / Data publice in Capitulo nostro in crastino Translacionis beatissimi Thome martiris / Anno domini Millesimo CC°. quinquagesimo sexto.

Confirmacio capituli de ecclesia de Chert.

Universis pateat per presentes nos Henricum permissione divina priorem ecclesie Christi Cant' et eiusdem loci Capitulum / Litteras patentes / venerabilis patris domini Walteri dei gracia Cant' Archiepiscopi totius Anglie primatis inspexisse et diligenter examinasse tenorem qui sequitur continentes / Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint / Walterus permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas / Salutem et eternam in domino caritatem / Universitati vestre notum sit per presentes quod nuper Cantuar' diocesim et inter ceteros religiosos viros priorem et Conventum Monasterii de Ledes ordinis sancti Augustini eiusdem dioc' visitantes quamquam inter religiosos predictos vite puritatem morum ac Religionis honestatem comperissemus / vigere ipsos tamen et eorum Monasterium predictum adeo in suis facultatibus collapsos: ac ere alieno gravatos et eorum ecclesiam conventualem per vetustatem Ruine funditus expositam ad tantam fuisse deductos inopiam et paupertatem invenimus quod impossibile nostro iudicio visum fuerat eorum necessitati et inopie de bonis dicti Monasterii absque extrinseco speciali subsidio aliquo longinquo tempore efficaciter posse prospici seu etiam subveniri. Quamobrem licet premissa ex eorum culpa vel desidia evenisse nullatenus apparerent / ex superhabundanti tamen de eisdem quatenus nobis manifeste non patebant / ac de causis dicte inopie / et an eorundem Religiosorum culpa vel desidia contigissent / vocatis vocandis per viros fidedignos in multitudine copiosa premissorum habentes noticiam pleniorem super hiis iuratos et singillatim super singulis specialiter examinatos / diligentem fecimus inquisicionem / per quam comperimus luculenter ipsos Religiosos propter annorum precedencium sterilitatem / annone carestiam / animalium suorum mortalitatem generalem et rapinarum casus fortuitos / necnon onera extraordinaria ipsis Religiosis a retro retractis temporibus plus solito incumbencia / et non per ipsorum culpam seu desidiam ad dictam inopiam fuisse deductos / Unde eorundem Religiosorum necdum devicti instancia sed et fortune inscrutabilis evidencia que se nostris obtutibus offerebat allecti / Sicque ipsis ex intimis affectu compacientes paterno ac prout nostro incumbebat officio de oportuno subsidio providere pro volentes vocatis archidiacono Cant' et Rectore ecclesie de Chert iuxta Ledes nostre Cant' dioc' / que de ipsorum Religiosorum spectat patronatu specialiter ac generaliter omnes et singulos quorum interfuit seu interesse poterit in futurum / ad certos diem et locum competentes presumpcione fecimus legitime citari, ad proponendum et ostendendum canonicum seu racionabile si quod haberent, quare eisdem religiosis in tanta paupertate et inopia, de quibus ut premittitur notorie absque dubio sunt constitutis ad sui huiusmodi relevamen inopie ipsam ecclesiam de Chert cum fructibus et obvencionibus eiusdem, salva tamen porcione vicarii ibidem per nos taxanda, appropriare eorum usibus, efficaciter et imperpetuum assignare minime deberemus, ac ad faciendum ulterius quod iusticia suaderet, per dictum procuratorem suum legitime constitutum et sufficientem potestatem in ea parte obtinentem, ac ipso Rectore personaliter coram nobis iudicialiter comparentibus, ac dicte appropriacioni et assignacioni ex causis premissis quas veras et notorias esse fatebantur expresse consencientibus, nemine contra dictam appropriacionem quicquam proponente seu reclamante, omnibus quicquid in ea parte proponendi viam precludimus per decretum. Cumque pietate et necessitate suadentibus, dictis Priori et Conventui de Ledes et eorum Monasterio predicto Ecclesiam de Chert predictam cum suis Iuribus et pertinenciis universis, salva porcione vicarii per nos alias taxanda, Salva eciam nobis ac ecclesie nostre Christi Cant' necnon Archidiaconi Cant' iuribus et consuetudinibus in ecclesia predicta competentibus, appropriamus confirmamus et assignamus, decernentes Religiosos ipsos in dicte possessione ecclesie Iurium et pertinenciarum eiusdem per resignacionem Johannis de Honkyng eiusdem ecclesie nuper Rectoris in manibus nostris pure sponte factam et per nos acceptatam vacantis auctoritate nostra fore inducendos et inductos defendendos, ac quoscumque contradictores in hac parte et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Lambhith xiiij° Kalendas Augusti Anno domini Millesimo CCC^mo vicesimo. Nos vero huiusmodi appropriacionem collacionem et assignacionem dicte ecclesie de Chert ex causis predictis canonice factas ratas habentes pariter et acceptas eas quantum in nobis est confirmamus, Salvis in omnibus nobis et ecclesie nostre Iuribus libertatibus privilegiis et laudabilibus consuetudinibus sede Cant' plena ac ipsa vacante. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum commune duximus apponendum. Datum in capitulo nostro die sancti Jacobi apostoli Anno domini supradicto.

Donatio Regis de Sutton.

Ricardus Dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis quod cum Johannes Episcopus Herford', Robertus de Haryngton chevaler et Johannes Bagott chivaler nuper concesserint quod advocacio ecclesie de Sutton Valence in Com' Kanc' quam dominus Comes Arundell et Philippa uxor eius tenent ad terminum vite ipsius Philippe, et que post mortem eiusdem Philippe ad prefatos Episcopum, Robertum et Johannem Bagott et heredes suos reverti deberet, post mortem prefate Philippe remaneat nobis et heredibus nostris imperpetuum ad effectum quod statim post mortem predicte Philippe, nos advocacionem predictam que sic post mortem ipsius Philippe ad nos et heredes nostros reverti deberet, concedamus dilectis nobis in Christo Priori et Conventui de Ledes habendam sibi et successoribus suis imperpetuum. Nos advocacionem predictam ad effectum predictum acceptavimus. Et ulterius de gracia nostra speciali ad execucionem effectus et intencionis huiusmodi ac pro eo quod prioratus predictus de nostro patronatu existit, necnon pro decem marcis quas predicti Prior et Conventus nobis solverunt in hanaperio nostro concessimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est quod advocacio predicta que sic post mortem predicte Philippe ad nos et heredes nostros reverti deberet, post mortem eiusdem Philippe remaneat prefatis Priori et Conventui habenda et tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum. Concessimus eciam de uberiori gracia nostra et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est eisdem Priori et Conventui quod ipsi advocacionem predictam post mortem ipsius Philippe ingredi, et ecclesiam illam appropriare et eam sic appropriatam in proprios usus tenere et habere possint sibi et successoribus suis predictis imperpetuum ad sustentacionem duorum canonicorum capellanorum de novo in prioratu predicto inveniendorum divina ibidem singulis diebus pro salubri statu nostro dum vixerimus et pro anima nostra cum ab hac luce migraverimus et pro animabus progenitorum nostrorum defunctorum celebraturorum imperpetuum, Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito seu eo quod advocacio predicta de nobis tenetur in capite non obstantibus. Nolentes quod predicti Episcopus Robertus et Johannes Bagott vel heredes sui aut prefati Prior et Conventus vel successores sui racione premissorum per nos vel heredes nostros Iusticiarios Escaetores vicecomites aut alios ballivos seu ministros nostros vel heredum nostrorum quoscumque inde occasionentur molestentur in aliquo seu graventur. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westm' quartodecimo die ffebruarii Anno Regni nostri vicesimo.

Per breve de privato sigillo. Scarle.

Confirmacio pape de ecclesia de Sutton.

Gregorius Episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam. Racioni congruit et convenit equitati ut ea que de Romani pontificis gracia processerunt licet eius superveniente obitu litere apostolice super hiis confecte non fuerint, suum consequantur effectum. Dudum siquidem per felicis recordacionis Innocencium pp. vij predecessorem nostrum pro parte dilectorum filiorum Prioris et Conventus prioratus de Ledes ordinis sancti Augustini Cant' dioc' accepto quod olim clare memorie Ricardus Rex Anglie pie considerans quod prefatus prioratus qui a castro Regio de Ledes dicte dioc' uno miliari distat, per suos progenitores fundatus et in facultatibus tenuis exilis fuerat prout existebat ac desiderans quod divinus cultus in eo in quo ipsi Prior et Conventus singulis diebus anni pro salute animarum progenitorum et Ricardi prefatorum divina officia celebrare habebant augeretur et magis vigeret, et etiam ut prefati Prior et Conventus pro eorum sustentacione et cultu huiusmodi liberius exercendo uberiora comoda consequerentur, Ius patronatus quod in de Herietesham ac in de Sutton Valence dicte dioc' parochialibus ecclesiis habuerat, eisdem Priori et Conventui ac prioratui pie donaverat ad hunc finem quod ipse ecclesie prefato prioratui unirentur. Attento etiam per eundem predecessorem quod iidem Prior et Conventus adeo in bonis temporalibus deficerent, quod non haberent unde congrue sustentari et onera incumbencia supportare valerent, prefatus predecessor volens super hoc salubriter providere predictas ecclesias quarum Nonaginta cum omnibus iuribus et pertinenciis suis eidem prioratui cuius Septuaginta et quadraginta marcarum sterlingorum fructus redditus et proventus secundum communem estimacionem valorem annuum ut ipsi Prior et Conventus asserebant non excedebant videlicet quinto Kalendas ffebruarii pontificatus sui Anno primo auctoritate apostolica imperpetuum univit, annexuit et incorporavit, Ita quod Rectoribus dictarum ecclesiarum cedentibus vel decedentibus seu eas quomodolibet dimittentibus liceret eisdem Priori et Conventui dictarum ecclesiarum corporalem possessionem apprehendere, et ipsas ecclesias in usus proprios retinere ac de ipsarum ecclesiarum fructibus redditibus et proventibus pro eorum et dicti prioratus utilitate libere disponere et ordinarii cuiuscumque licencia super hoc minime requisita. Reservata tamen de ipsis ecclesiarum predictarum fructibus redditibus et proventibus congrua porcione, si alias reservata non foret, pro quolibet perpetuo vicario in qualibet ipsarum ecclesiarum instituendo ex qua quilibet vicarius huiusmodi se congrue sustentare, hospitalitatem servare, episcopalia iura solvere, et alia ei incumbencia onera supportare valeret. Non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicti predecessoris aut sedis apostolice vel legatorum eius sub quacumque verborum forma vel expressione literas impetrassent etiam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias quomodolibet esset processum, quas quidem liceat et professos habitos seu habendos per easdem quorum ad dictas ecclesias idem predecessor voluit non extendi sed nullum per hoc eis quo ad assecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, et quibuscumque privilegiis indulgenciis ac literis apostolicis generalibus vel specialibus quorumcumque tenorum existerent, per que ipsius predecessoris literis si super hoc confecte fuissent non expressa vel totaliter non inserta effectus illarum impediri valeret quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda esset in eisdem literis mencio specialis, ac decrevit idem predecessor extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nos autem ut pro eo quod super premissis unione annexione incorporacione voluntate et decreto huiusmodi litere apostolice dicti predecessoris eius superveniente obitu confecte non fuerunt eadem unio annexio incorporacio voluntas et decretum suum sortirentur effectum volumus, et prefata auctoritate decernimus quod unio annexio incorporacio voluntas et decretum predicta a dicta die nona kalendas Februarii suum sorciantur effectum ac si super eis eiusdem predecessoris litere sub ipsius diei datis confecte fuissent prout superius enarratur. Quodque presentes litere ad probandum plene unionem annexionem incorporacionem voluntatem et decretum predicta ubique sufficiant, et ad id alterius probacionis adminiculum minime requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum xiiij kalendas Januarii pontificatus nostri anno primo.

Confirmacio de ecclesia de Bordey.

H. dei gracia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas. Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, Eternam in domino salutem. Ad universitatis vestre volumus pervenire noticiam, Nos cartam bone memorie R. quondam Cantuariensis archiepiscopi predecessoris nostri in hac forma inspexisse. Ricardus dei gracia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas. Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos litere iste pervenerint, Eternam in domino salutem. Ad omnium noticiam volumus pervenire, dilectum filium nostrum Simonem filium Petri in nostra constitutum presencia, quantum ad laicam spectat personam sicut scriptum eius autenticum testatur, concessisse et dedisse in liberam et perpetuam elemosinam dilectis filiis nostris canonicis de Ledes ecclesiam de Bordey, sed et dominus Anglorum Rex illustrissimus eandem donacionem ratam habens eam sollempniter scripto suo quod vidimus confirmavit. Unde et nos postmodum, cum predictam ecclesiam defuncto Radulpho de sancto Georgio eiusdem ecclesie persona vacare contigisset, ecclesiam ipsam memoratis canonicis in liberam et perpetuam contulimus elemosinam, ipsosque in eadem ecclesia personam canonice instituimus. Quare volumus et ea qua fungimur auctoritate precipimus ut iidem canonici habeant et teneant libere et pacifice prelibatam ecclesiam quam eis sicut dictum est in liberam et perpetuam elemosinam concessimus et presenti carta confirmavimus. Statuentes et sub interminacione anathematis prohibentes ne quis hanc nostre concessionis et nostre confirmacionis paginam iniuste infringere vel ei aliquatenus temere contraire presumat. T. magistro Gerardo, Willelmo Glocestrie archidiacono, Roberto de Inglesham, Willelmo et Moyse capellanis, Henrico Baiocensi, magistro Rogero Norwicensi, Michaele de Bury, Ricardo et Galfrido clericis, Hugone de Bramlegh, Rogero abbate, Willelmo de Schotindon, Adam de Cherring et aliis. Ut igitur concessio et institucio quam predictus archiepiscopus supradictis canonicis de Ledes de ecclesia memorata fecerit maiorem obtineat firmitatem, eas sicut racionabiliter facte sunt presentis scripti serie et sigilli nostri apposicione duximus confirmandas. Hiis testibus magistro Simone de Sidwell, magistro Ricardo de Wilton, Rogero de Basingham, magistro Adam de Walsingham, magistro Michaele, Roberto de Bristoll, Willelmo de Bosco, Johanne de Camera, Willelmo Dano, David de Rudderby et aliis.

Confirmacio de diversis ecclesiis.

Universis sancte matris ecclesie filiis pateat per presentes quod Nos Henricus permissione divina prior ecclesie Christi Cantuariensis et eiusdem loci capitulum, inspeximus et diligenter examinavimus quasdam cartas et munimenta non consumpta nec vetustate corrupta dilectis nobis in Christo religiosis viris priori et conventui de Ledes Cantuariensis diocesis a quibusdam patribus Cantuariensibus archiepiscopis ac eciam aliis fidelibus dudum concessa, quorum tenores et formas ad perpetuam rei memoriam de verbo ad verbum presenti pagina taliter fecimus annotari. Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod ego Robertus de Crepito corde pro salute anime mee et pro salute anime avunculi mei Hamonis dapiferi concessi et dedi in perpetuam elemosinam canonicis apud Ledes deo servientibus et ibidem deo in perpetuum servituris omnes ecclesias terre mee, ecclesiam videlicet de Ledes cum capella de Bromfeld, ecclesiam de Chetham, ecclesiam de Renham, ecclesiam de Enherst, ecclesiam de Lamberherste, ecclesiam de ffarlega, ecclesiam de Terstane cum omnibus pertinenciis suis et libertatibus predictarum ecclesiarum. Ipsarum vero ecclesiarum donacionem predicto loco cum omnibus consuetudinibus bonis libertatibus et dignitatibus quibus ecclesia emendari et exaltari poterit, tam inter fratres quam in possessionibus eorum benigne concedo, et hac mea carta confirmo. Hiis testibus Roeisa uxore mea, Elia filio meo, Hamone filio Vitalis, Radulpho de planca, Wo. capello Archelao et multis aliis. R. de Crepito corde omnibus Christianis salutem. Notum facio quibuslibet omnibus me dedisse ecclesie de Ledes et canonicis deo ibidem servientibus omnes ecclesias mee terre. Ita quod eas in manum archiepiscopi Willelmi et Johannis Roffensis episcopi reddidi, et ipsi me annuente et rogante illas canonicis tradiderunt iure perpetuo habendas. T. Helia de Crepito corde et Ansfrido dapifero et Hamone filio Vitalis. H. dei gracia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas, omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Eternam in domino salutem. Noverit universitas vestra quod autenticum scriptum bone memorie Willelmi quondam Cantuariensis archiepiscopi predecessoris nostri per manum Nicolai prioris de Ledes nobis exhibitum fuit in hac forma. W. dei gracia Cantuariensis archiepiscopus et sancte Romane ecclesie legatus, omnibus ecclesie catholice filiis salutem deique benedictionem et suam. Notum sit omnibus vobis quia Robertus de Crepito corde in presencia nostra et Johannis episcopi Roffensis multis coram astantibus concessit et manu sua reddidit, quantum in ipso erat, quod ipsi pertinebat, ecclesias de tota terra sua. Ego vero ipso Roberto annuente et rogante concedente episcopo dedi eas iure perpetuo possidendas, et episcopus pro sua parte ecclesie de Ledes et canonicis ibidem deo servientibus et imposterum servituris. T. Ansfrido dapifero, Hamone Vitalis filio et Helia de Crepito corde. Cuius quidem sigillum huic scripto appensum per vetustatem vidimus omnino fere consumptum, ne eiusdem instrumenti fides per vetustatem sic pereat, ad eius fidem perpetuandam continenciam ipsius in scriptum presens redegimus et hoc presenti pagina et sigilli nostri apposicione publice protestamur. Hiis testibus H. archidiacono Cantuariensi, magistro Simone de Sidwell thesaurario Lichefeldensi, magistro Johanne de Tinem, magistro Willelmo de Sondroles, magistro Willelmo de Caln, Roberto de Aust et aliis multis. A. de Wodnesbergha cunctis fidelibus sancte ecclesie salutem. Notum facio quibuslibet omnibus me dedisse ecclesie sancti Nicholai de Ledes et canonicis ibidem deo servientibus et imposterum servituris ecclesiam de Wodnesbergha cum omnibus que ad eam pertinent, pro me et pro animabus antecessorum meorum

Testibz Roberto de Crepito corde et Helia fre eius et Robto ffolet / et Willmo filio eius et Rado de la planca / et Willmo de Rippa / et Oliuero et Roberto Glanro et Roberto fil Vitalz et multis aliys / Omibz sancte matris eccle filiys Willmus dei gra Cant Archiepus totius Anglie Primas Eternam in dno salutem / Ad noticia vram volumus puenire qd Arlina patrona eccle de Woodnesbrught in pura vita concessit / et in manus nras reddidit / quantu in ipa erat et ei ptinebat eccliam bte Marie de Woodnesbrught cum omibz ptinentibz suis / Nos aute ad instanciam et peticoem dne R. predcam eccliam Priori et Conuentui de Ledes dedimus et concessimus in proprios vsus ppetuo possidendam specialiter ad inueniendu Canonicis ibm deo imppetuum famulantibz necessaria indumenta / Unde vt hec nra donacio et concessio firma et stabilis inlesam pmaneat / hoc scripto sigilli nri apposicoe dignum duximus roborare / Hijs testibz Magro Andrea Conuentuensi officiali nro Magro Rico Ebor / dno R. Habet Willo de Ho / dno H. capello. T. dei gra Cant eccle Archiepo / E. Norwicensis eccle eadem gra Epo / Omibz xpi sancte eccle de Gmuistub . H. de Creuequer Saltm / Notum sit vobis me concessisse eccliam meam de Tant / in elemosina et caritatiue eccle de Ledes et Canonicis ibi deo seruientibz / et hoc annuente psona predce eccle et eccliam meam de Erlingham et capellam terre pro me meorumqz salute / Teste R. de Creuequer et Woodesina ... et Henrico dapifero et Roberto filio Ricardi / Theobaldus dei gra Cant Archiepus et totius Anglie primas Willmo Archno Cant totiqz capitulo de Rarulf / Saltm et ben. Sciatis qd peticione et psentacoe Radi Puroti et Elie de Creuecor / dedi et concessi in elemosinam ppetua / eccliam beati Egidij de Sterres Religiosis canonicis nris de Esledis cum omibus ad eandem eccliam iuste ptinentibz quecumqz scilicet aliqua psonarum eiusdem eccle canonice ibm possedisse dinoscuntur. Eorundem vero canonicorum assensu et bona voluntate concessimus eam Normanno clico in vita sua tenendam et recognoscendam de ipis canonicis singlis annis p duos solidos in solemnitate paschali sup altare sci Nichi de Esledis psoluendos / Quos sicut ille canonicis subtrahere non poterit Ita nec illi ab eo amplius exigere poterint / Post vitam vero pdicti Normanni eccliam Illa in dominium canonicorum libere redibit / Teste Johe de Pageham Rogero de ponte epi / Gilberto de Clare Walto de Mou / Radulpho de Lygonijs Johe de Cant Thoma de Lund Alano de Wellis et Malgio sacerdote Guydone de prussinnaro / Rico Castell / Radulpho Elemosinar et multis aliys. Notum sit tam psentibz qm futuris / qd ego Henrico de Botona pro animabz pris et matris mee et antecessorum meorum et pro remissione pccorum meorum concessi et dedi eccle sancte marie et sancti Nichi de Ledes in liberam et ppetuam elemosina eccliam de Botona / cum omibz ptinentibz suis coram dno Thoma Archiepo in cuius manu eam posui / et ille in manu Alexandri prioris apud Maydestan / Psentibz Magro Johe Tillebery Magro Herberto Alano fil Rembti Thoma de Stant Alexandro sacerdote de Boctone / Edgaro clico de Maydestane / Preterea concessi canonicis de Ledes vt libere ab omibz seruicijs teneant de me et heredibz meis terram que fuit Elsij Cementarij cum quodam forstallo quod iacet inter terram illam et terram eccle vnde xvj d solebant reddere sed amodo non reddent / Psentibz hijs Alexandro sacerdote de Boctone Stepho de Scharesh Willmo de Bedesh / Roberto fil Maraldi de Hantges Alexandro de Boctone Moyse clico Roberto fil Landri. Canonici vero singulis ebdomadibz vnu seruiciu facient pro animabz patris et matris mee et mea / vxoris mee post decessum meu / Corpus meu etiam comendo eccle / de Ledes vt ibi post decessum meu sepeliatur. Vbi corpus pris mei quiescit / Preterea concedo eccle de Bortona quoddam pratum / quod iacet versus oriente iuxta terram eccle ab omibz seruicijs liberum pter vnd quod capellanus eccle dabit in vigilia paschi ad compandu ceram ad honore sancte Crucis / T hijs Rico de Chert Alexandro de Boctone / Millone fil Roberti Suart / Rado de Warring / Liuredo francigena Roberto Coco Elsij Cementario / Gilberto de Horemesh / Alexandro de Bordenne Hugone de Elmton / Thomas dei gra Cantuar eccle minister humilis Omibz matris eccle filijs ad quos lre iste peruenint / Saltm. Ex officio nobis iniuncto locis venerabilibz omi debemus sollicitudine consulere et eorum vtilitati quantu possumus salubriter prouidere / Inde est qd eccliam de Southersta et de Boctona ab Aduocatis earundem Daniele scilz de Creuequer et Henrico de Boctona canonicis Regularibz apud Ledes deo militantibz concessas et eisdem fratribz p manu nram collatas confirmamus et psentis scripti testimonio cum earum ptinentijs communimus / Statuentes ne quis ausu temerario easdem possessiones pturbare psumat. Hijs testibz Magro Rad de Otteford Magro Johe de Tillebery / Herberto de Boseham / Rico Capello Alexandro Hugone de Aura Willmo de Eineford / Radulpho de Aldelyn / Vniuersis sancte matris eccle filijs / Simon filius Petri de Bordena Saltm / Vniuersitati vre notum fiat / qd ego Simon de Bordena pro remissione meorum pccorum et pro salute animarum pris et matris mee et aliorum meorum ppinquiorum quantu ad me ptinet dedi et carta mea confirmaui eccle sancte Marie / et sancti Nichi de Ledes in liberam et ppetua elemosinam eccliam meam de Bordena / cum omibz ptinentibz suis et etiam Corpus meu cum mea racionabili parte rerum mobilium que me in moriendo contingere dinoscuntur iam dce eccle de Ledes dedi vt in extremis meis illuc deferatur. et in Cimiterio eiusdem loci cu confratribz sepeliatur. Testibz hijs / Roberto de Suanetona Willmo eius filio / Simone de Bradestede / Rico Capello de Kenham / Rogero capello de Ledes Moyse diacono Reymundo clico / Roberto filio Gomore Hugone fil / Gilberti Heanld / Rico portario Galfrido hostelario / Ricardus dei gra Cant Archiepus totius Anglie primas / Vniuersis sce Matris eccle filijs ad quos lre iste puenint / Eternam in dno salutem / Ad omni noticia volumus puenire / Dilectum filiu nostrum Simone fil Petri in nra constitutu psencia / quantu ad laicam spectat psonam sicut scriptu eius autenticu testatur. concessisse et dedisse in liberam et ppetua elemosina dilectis filijs nris Canonicis de Ledes eccliam de Bordena / sed et dns Anglorum Rex Illustrissimus eandem donacoem ratam hent eam solempni scripto suo quod vidimus confirmauit / Vnde et nos postmodu predcam eccliam defuncto Rado de sancto Georgio eiusdem eccle psona cum vacare contigisset eccliam ipam memoratis canonicis in liberam et ppetuam contulimus elemosina / ipsosqz in eadem eccliam psonam canonice instituimus. Quare volumus et ea qua fungimur auctte precipimus vt ijdem canonici habeant et teneant / libere et pacifice prelibatam eccliam quam eis sicut dictum est / in liberam et ppetua elemosina concessimus / et psenti carta confirmauimus / Statuentes et sub interminacione anathematis phibentes ne quis hanc nre concessionis et confirmacionis paginam iniuste infringere vel ei aliquatenus temere contraire psumat / Testibz Magro Ger Willmo Glocestre Archno Magro Roberto de Inglesham Willmo et Moyse capellis Henr Lucorty Magro Rogo Wallis Michaele de Burn / Ricardo et Galfro clicis Hugone de Bramleya / Rogo Abbate Willmo de Sorind Adam de Cher et alijs / Omnibz xpi fidelibz / Notum sit qd ego Hugo de Berghested pro salute aie mee et Mazeline vxoris mee dedi et concessi et hac mea carta confirmaui eccle sancte Marie et sancti Nichi de Ledes et Canonicis ibm deo seruientibz in liberam puram et ppetua elemosina Aduocacoem eccle sancte Crucis de Berghested cum terris et omibz ad eandem eccliam ptinentijs Scilz campum illum qui est iuxta viam que ducit / ad Torneham quem Osbardus de Lanckhelle tenuit / et campum illum qui vocatur Prestesteage et Torneage et Esterhomeage / Habend et tenend Aduocacoem predce eccle cum terris prenominatis libere quiete in

liberam puram et perpetuam elemosinam imperpetuum. Et ego predictus Hugo et heredes mei warantizabimus et defendemus
in defensione aliarum terrarum mearum omnes prenominatas terras predictis canonicis de Ledes de omni servicio domini
Regis, et de omni alio servicio seculari, sicut sancte ecclesie puram elemosinam. In cuius rei testimonium presenti scripto
sigillum meum apposui. Hiis testibus Willelmo filio Heltonis, Petro de Oteham, Ricardo filio Hamonis, Waltero de Branton,
Odone de Lasorte, Roberto de Cavering, Henrico Coco et multis aliis. Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum
pervenerit B. dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas eternam in domino salutem. Ad universitatis vestre notitiam
volumus pervenire nos concessisse et in proprios usus dedisse ecclesiam sancte Crucis de Berghestede canonicis de
Ledes ibi deo servientibus et imperpetuum servituris ad luminaria et alia ornamenta in eadem ecclesia de Ledes invenienda.
Et ut hec nostra donatio et concessio perpetuitatis robur optineat presenti scripto sigilli nostri munimine roboravimus.
Hiis testibus magistro Waltero de Stean, magistro Silvestro, domino Johanne Gentsallo, magistro Willelmo de Sancta Fide, Johanne
de Exonia, Eustachio de Wilt', Roberto de Senew et multis aliis. Ricardus dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius
Anglie primas et apostolice sedis legatus universis ad quos presentes littere pervenerint eternam in domino salutem. Rerum
gestarum memoria provide scriptis committitur ut futuris temporibus plenior inde notitia teneatur. Noverit itaque
universitas vestra nos ad petitionem et presentationem dilecti filii nostri Roberti prioris de Ledes et conventus canonicorum
eiusdem loci suscepisse Ricardum capellanum in perpetuam vicariam ecclesie de Chert que ad dominum priorem et canonicos
suos noscitur pertinere, ipsumque Ricardum in eadem ecclesia perpetuum vicarium institutum esse, assignatis sibi portionibus
scilicet universis provenientibus et obventionibus altaris et decimationibus omnimodis omnium croftorum eiusdem ecclesie excepta
terra ad eandem ecclesiam pertinente et decimationibus de dominio eiusdem ville quas predictus prior sibi retinuit ad
opus ecclesie sue et ad usus canonicorum suorum. Hanc igitur institutionem prefati Ricardi vicarii ex presentatione sepedicti prioris
et canonicorum eius factam, auctoritate qua fungimur confirmamus et perpetuum robur decrevimus obtinere. T(estibus) magistro
Gerardo Waler archidiacono Baroren', Willelmo archidiacono Glocestrie, magistro Rogero de Rolveston, magistro Radulfo de Sancto Martino,
Willelmo de Sotindon, Rogero decano, Rodulfo Norwicensi, Gaufrido clerico et aliis. Omnibus Christi fidelibus ad quos
presens scriptum pervenerit Stephanus dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie cardinalis
eternam in domino salutem. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire nos intuitu dei et ad presentationem
dilectorum filiorum nostrorum prioris et conventus de Ledes admisisse dilectum filium nostrum Osbertum de Ledes capellanum
ad perpetuam vicariam ecclesie sancte Margarete de Chert, volentes ut idem O. predictam ecclesiam nomine perpetue
vicarie habeat et possideat, reddendo de eadem annuam viginti solidorum pensionem. Ut autem nostra hec admissio
perpetuam obtineat firmitatem eam presenti scripto et sigilli nostri appositione confirmamus. Hiis testibus dominis
W. London' et E. Elien' episcopis, magistro Simone de Langeton, Waltero et Ricardo capellanis, magistro Roberto de Pemin,
Egidio de Casleto, Aaron clerico et multis aliis. Hubertus dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas
omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit eternam in domino salutem. Ad omnium notitiam volumus pervenire
nos intuitu dei et ob favorem religionis concessisse dilectis filiis nostris canonicis de Ledes ecclesiam sancte Marie
Magdalene de Stokyngbery sicut Willelmus filius Heltonis quondam eiusdem ecclesie patronus ipsis eam
primo concessisse dinoscitur et carta sua quam inspeximus confirmasse, ipsosque canonicos in ea canonice
instituisse personas. Ita quod ipsi de eadem ecclesia annuam decem marcarum percipiant nomine personatus pensionem,
per manum perpetui vicarii per nos et successores nostros ad eorum presentationem in ea canonice instituendi. Et ut
hec nostra concessio et institutio perpetuam obtineat firmitatem, eas presenti scripto et sigilli nostri testimonio
dignum duximus confirmare et communire. Hiis testibus Henrico Cantuariensi archidiacono, Ranulfo thesaurario Sar', Galfrido de Bocland, magistro Simone de Sywelle, magistro Willelmo de Somercotes, magistro Willelmo de Calna, magistro
Willelmo de Neketon, magistro Adam de Walsingham, Ricardo de Ringestede, Roberto de Buss' et aliis multis.
Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis E. permissione divina Cantuariensis archiepiscopus totius
Anglie primas salutem in domino. Noverit universitas vestra nos dilectis in Christo filiis priori et conventui de
Ledes decem marcas intuitu dei concessisse de ecclesia de Stokingebery per manus vicarii eiusdem ecclesie
qui pro tempore fuerit sub debito iuramenti annuatim percipiendas ad duos terminos, videlicet ad Natale
domini quinque marcas, et in festo beati Johannis Baptiste quinque marcas. Et quia volumus quod hec nostra concessio firma et stabilis sit imperpetuum, ipsam presenti scripto sigilli nostri appositione munito duximus roborandam.
Dat' apud Slyndon xiiij kalendas Julii pontificatus nostri anno tercio. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens
scriptum pervenerit B. dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas eternam in domino salutem. Ad notitiam
omnium volumus pervenire quod cum Stephanus de Leybourn clericus ecclesiam de Hame, cuius aliquando
gerebat personatum, in manum nostram resignasset, ad petitionem et presentationem Willelmi de Morsuc militis
domini fundi eandem ecclesiam dilectis filiis nostris priori et canonicis de Ledes in perpetuam elemosinam
contulimus, ipsosque in eadem ecclesia personas canonice instituimus. Unde ut hec nostra donatio firmam
et perpetuam habeat stabilitatem, eam auctoritate qua fungimur confirmamus et sigilli nostri appositione communimus.
Hiis testibus magistro Silvestro, magistro Godefrido de Eldon, Roberto de Bekynton, Johanne de Exon, Galfrido
Forti, magistro Ysope, Eustachio de Wilton clerico, Roberto clerico. Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentes
litteras inspecturis E. permissione divina Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas salutem in domino. Ad universitatis
vestre notitiam volumus pervenire nos intuitu dei contulisse dilectis in Christo filiis priori et conventui de
Ledes nomine perpetui beneficii annuos quadraginta solidos de ecclesia de Hames et octo solidos de ecclesia
de Chilynden annuatim percipiendos, et in usus infirmorum infirmarie sue convertendos. In cuius rei
testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apponi fecimus. Dat' apud Aldinton quarto Idus Decembris
pontificatus nostri anno secundo. R. dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas universis Christi fidelibus
ad quos hoc scriptum pervenerit eternam in domino salutem. Ad omnium vestrum notitiam volumus pervenire nos
cartam dilecti filii nostri Hamonis de Valoins sub hac forma verborum inspexisse. Hamo de Valoins
omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Ut preteritorum veritas scripture testimonio posteris possit innotescere, presenti meo scripto universis duxi intimare quod ego divini
amoris intuitu et domini H. dei gratia Cantuariensis archiepiscopi admonitus pro salute anime mee et antecessorum
meorum redditum viginti et quinque solidorum in ecclesia mea de Brenlword deo et ecclesie de Ledes et canonicis
ibidem deo servientibus assensu et consensu prefati archiepiscopi in puram elemosinam imperpetuum concessi, salva michi et heredibus meis imperpetuum presentatione eiusdem ecclesie. Ita quod predicti canonici semper possint predictum redditum annuatim inde
percipere, et nichil amplius iuris sibi in ea vendicent, nec clericum presentare in ea ad personatum, nec aliud
exigere nec capere. Ut igitur hoc imposterum nullatenus revocari possit in dubium, concessionem predictam presentis
scripti serie et sigilli mei appositione dignum duxi confirmare. Hiis testibus Huberto Walterii, Roberto de
Tateshale et aliis. Nos igitur hanc concessionem in hac parte sicut rationabiliter facta est gratam et ratam

habemus et tam presenti et sigilli nostri testimonio confirmamus roboramus et approbamus. Teste Henrico Archidiacono
Cantuariensi, Ganfrido de Bocland, Archidiacono Norff', Ranulfo thesaurario Scaccarii, magistro Simone de Ewelle, Simone filio Robt'
Archidiaconi Well', magistro Willelmo de Sondoles, magistro Adam de Walsingham, Rogero de Morton et aliis. Omnibus
Christi fidelibus presentes literas inspecturis, Stephanus permissione divina Cant' ecclesie minister humilis totius Angl' primas
et sancte Romane ecclesie Cardinalis, Salutem in domino. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire nos intuitu dei
concessisse dilectis filiis Canonicis de Ledes viginti solidos nomine beneficii annuatim percipiendos in ecclesia de Eslinge
de consensu et voluntate dilecti filii Willelmi de Eslinges eiusdem ecclesie patroni, decem solidos scilicet ad Natale domini
et decem solidos ad festum sancti Johannis baptiste. Ordinavimus etiam ut preter istos viginti solidos predicti canonici nichil
possent sibi amplius vendicare in ecclesia memorata. Cum autem ecclesiam illam vacare contigerit ad ipsius regimen dictus
Willelmus de Eslinges personam idoneam presentabit, salvo beneficio predictorum viginti solidorum predictis canonicis ab eo qui pro
tempore persona extiterit persolvendo. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillo nostro fecimus communiri. Walt'

Universis sancte matris ecclesie filiis Sibilla de Watevile, Salutem. Noverit universitas vestra quod ego pro remissione
meorum peccatorum et pro anima domini mei Alani Pirot dedi et carta mea confirmavi ecclesie sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes
in liberam et perpetuam elemosinam redditum duorum solidorum in villa de Pungleton et decimas de Hertangre que mei iuris
esse dinoscuntur. Predictorum vero duorum solidorum redditum tenent et apud Canonicos de Ledes sunt duobus finibus adquietare debent
ad festum sancti Michaelis Eadwinus filius portarii et Eadwinus filius Goldmanni. Testibus hiis Radulfo Pirot eiusdem feudi
domino, Ingelram de fontibus herede meo, et Agnete uxore sua, et Widone filio suo, Simone de Wodetone, Jordano filio Eustachii,
Radulfo de Bosco, Willelmo pincerna. Noscant tam futuri quam presentes quod ego Emma de Horsbrudenne concedo ecclesie
sancte Marie et sancti Nicholai de Ledes pro remissione meorum peccatorum et pro animabus meorum predecessorum in elemosinam
decimas de Denstede de meo dominio plenarie in omnibus rebus. Testibus hiis Galfrido sacerdote de Horsbrudenne, Hugone
Tuan, Willelmo fratre suo, Johanne de Chenebele, Daniele de Brunlegh, Ricardo filio eius, Ricardo de Hope, Thoma de Colemle,
Achart de Morham, magistro Adam de Ffelegh, Henrico de Eversle. Omnibus sancte matris ecclesie filiis Lambertus de Scotene
Salutem. Noverit universitas vestra quod ego Lambertus benigne concedo ecclesie sancte Marie de Lamberhurst quicquid
antecessores mei ei concesserant scilicet omnes ecclesiasticas rectitudines tenementorum meorum de Courtehope et de dominio
meo oblationes et divisiones funerum meorum. Hiis testibus Ernisio canonico, Galfrido capello prefate ecclesie et Galfrido
capello de Horsbrudenne et Petro capello, Turstano clerico, Galtero filio Roberti, Roberto filio Aelwini, Galtero filio Osuardi,
Ricardo de Turrot. Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Hamonis concessi in elemosinam ecclesie de Ledes
pro salute anime mee et propinquorum meorum omnem decimationem de Childestone in blado in fructu in feno in pullis
in vitulis et in lino, et de pannagio et in agnis et in velleribus et caseis et porcellis et in omnibus aliis que ad
decimam pertinent. Et Eadwinum de Blecchedenne cum sua tenura tam libere tenendum sicut ego melius et liberius tenui
preter scottum Regis quod canonicis reddidit testimonio et assensu filii mei H. qui est heres meus huius donationis
mee et concessionis filii mei. Testes sunt Helto filius Ricardi, Ernulfus de Bolonia, Normannus de Ledes, Adam Wodefara,
Radulphus filius Godesfridi, Galfridus frater Radulfi de Wongeham, Helias, Osulanus de Ledes. Sciant omnes
homines quod ego Johannes dominus de Bentestede pro dei amore dedi canonicis de Ledes in perpetuam elemosinam omnes
decimas terre mee de Bentestede tam fructuum quam animalium et oblationes et sepulturam domus mee integram. Hii
sunt testes domini mei Robertus de Crevequer, Daniel filius eius, Hamo filius Vitalis, Jordanus presbiter et alii.

Theobaldus dei gratia Cant' Archiepiscopus Anglorum primas apostolice sedis legatus, Omnibus sancte matris ecclesie fidelibus
Salutem. Equum est ac rationabile ea que divinis sunt rationabiliter mancipata firmiori ecclesiastico privilegio confirmare.
Eapropter dilecte in domino fili Alexander, tuis iustis postulationibus clementer annuimus omnes possessiones que-
cumque bona ecclesie Ledensis cui te deo disponente preesse cognoscimus in presentiarum iuste et canonice possidet aut
in futurum iustis modis deo propitio adipisci poterit ipsi ecclesie concedimus et presentis scripti auctoritate qua fungimur
confirmamus. Hec autem propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesia sancte Marie de Wodnesberga cum
omnibus pertinentiis suis et precipue decima de Gomfelde quam in sinodo Cant' ante nostram presentiam iudicio predicto pon'
disrationaverunt, et decima de Hertangra, ecclesiam sancti Egidii de Sterees et medietatem decime castri Cantuar',
ecclesiam sancte Margarete de Renham, ecclesiam sancte Marie de Chetham, ecclesiam sancte Marie de Lamberhersta, et de-
cimas tam maiores quam minores de Curtehope et de Eucheherste, ecclesiam omnium sanctorum de Ffelega, ecclesiam sancti
Petri de Terstana, ecclesiam sancte Crucis de Berghesteda, ecclesiam de Chert, et quoddam molendinum et unam
virgatam terre in villa que dicitur Berseda, et in foro eiusdem ville mansionem unam et dimidiam, in mariscis
de Grean xxx d., et decimas de Benstede, et decima de Childestona. Decernimus ergo et omnino ex parte dei
prohibemus ut nulli hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas
retinere minuere aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur usibus et utilitati in ipsa
ecclesia militantium omnimodis profutura. Si quis igitur in futurum contra hanc nostre confirmationis paginam scienter
contraire temptaverit, nisi congrua satisfactione resipuerit in extremo examine districte ultioni subiaceat et
sit Anathema Maranatha Amen.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis R. permissione divina Cantuar'
ecclesie minister humilis totius Anglie primas Salutem in domino. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire
quod nos collationes et confirmationes quondam a predecessoribus nostris dilectis filiis priori et Conventui de Ledes factas
et a priore et Conventu ecclesie Christi Cant' confirmatas ratas habemus plenarie et acceptas, videlicet ecclesiam sancte
Marie de Wodnesberga cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam sancti Egidii et de Sterees, et medietatem decime castri Cant',
ecclesiam sancte Marie de Eslinges, ecclesiam sancte Margarete de Renham, ecclesiam sancte Crucis de Berghestede cum decimis de
Stutone, ecclesiam sancti Michaelis de Chert, in mariscis de Grean viginti solidos et decimas de Bentestede, decima
de Childestone et medietatem decimarum de dominio de Ledes et viginti quinque solidos de ecclesia de Crundale, ecclesiam
sancti Petri de Boctone, ecclesiam sancte Marie de Goteherst, ecclesiam sancte Marie Magdalene de Stokebregge, ecclesiam
sancti Petri de Borden, ecclesiam sancti Martini de Acrise, ecclesiam sancti Jacobi de Elmele, ecclesiam sancti Georgii de
Hameldes, ecclesiam omnium sanctorum de Chillinden, confirmationem etiam bone memorie H. quondam Cant' Archiepiscopi in qua
auctenticum clare memorie Willelmi quondam Cant' Archiepiscopi super donatione et concessione omnium ecclesiarum de terris Roberti
de Crepito vide continetur, ratam habemus et stabilem. Nos igitur omnes predictas collationes et confirmationes
sicut eas ex tenore instrumentorum venerabilium predecessorum nostrorum Archiepiscoporum Cant' diligenter inspecto videremus
priori et Conventui de Ledes factas esse cognovimus, benigne concedimus et presenti scripto cum sigilli nostri
testimonio confirmamus. Hiis testibus magistro Willelmo Archidiacono de Stowe, magistro Reginaldo Cancellario nostro, magistro Thoma
de Frakeham, magistro Waltero de Cantelu, magistro Willelmo de Gloucestria, magistro Helia de Derham, magistro Waltero de Maydestan,
Johanne de Wattone, Roberto de Lotindone, et multis aliis. Anno domini M° CC° xxxj° mense Marcio. Nos igitur
predictorum patrum predictorum Cant' Archiepiscoporum et aliorum fidelium suprascriptorum vestigiis inherentes omnes antedictas
donationes concessiones et confirmationes prout in eis originalibus rationabiliter continentur quantum in nobis
est ratas habentes et acceptas eas tenore presentium confirmamus, salvis nobis et ecclesie nostre predicte iuribus
libertatibus dignitatibus privilegiis et consuetudinibus nostris tam sede Cant' vacante quam etiam sede plena. In cuius

Rei testimonium presenti pagine sigillum nostrum fecimus commune apponi. Datum in Capitulo nostro tercia die Septembris Anno domini
CCC quartodecimo.

Confirmacio pape super diversis ecclesiis

Ledes et aliarum ecclesiarum.

Nicolaus Episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis priori ecclesie de Ledes eiusdemque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuam memoriam. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et ecclesiam de Ledes Cantuariensis diocesis in qua divino estis obsequio mancipati sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia inpresenciarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largicione regum vel principum oblacione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinenciis suis. Ecclesiam de Ledes cum capella de Berghestede et capella de Bromfeld et ceteris pertinenciis suis. ecclesiam sancte Marie de Chetham cum capella que est in via publica et aliis pertinenciis suis. ecclesiam de Becham cum capella sancti Thome et aliis pertinenciis suis. ecclesiam de Lamberhersta cum decimis de Euchherst et de Cotthope et cum decimis furnorum molendinorum et tenementis de quibus marcham argenti percipitis annuatim. Ecclesiam de Farlegha cum omnibus pertinenciis suis. Ecclesiam de Cestana cum omnibus pertinenciis suis. ecclesiam sancte Agathe de Chert cum omnibus pertinenciis suis. ecclesiam de Goldherst cum omnibus pertinenciis suis. ecclesiam sancti Egidii de Sterte cum omnibus pertinenciis suis. ecclesiam de Modnesbergha cum omnibus pertinenciis suis. ecclesiam de Bocton cum omnibus pertinenciis suis. ecclesiam de Plokele cum omnibus pertinenciis suis. ecclesiam de Wertehorna cum omnibus pertinenciis suis. Capellam sancte Helene in Cantuaria. ecclesiam de Wotteringbera cum omnibus pertinenciis suis. Decimas quas percipitis in Dentstede et in Chaldestone. Ex dono clare memorie Henrici primi Regis Anglorum terram de Boxele que dicitur Horewesse, molendinum et unam virgatam terre que habetis in villa de Bradestede et in foro eiusdem ville unam mansionem et dimidiam. Ex dono quondam Roberti de Crevequer quondam Danielis heredis sui Capellaniam domus sue annuum redditum viginti solidorum sterlingorum quem percipitis de hereditate quondam Ade canonici. Ex dono quondam Willelmi filii Hamonis Tenementum Eadwini de Blechinden totum tenementum de Bentesteda. Ex dono quondam Willelmi militis de Botherle Tenementum Alexandri de Echetham et duos solidos sterlingorum. Totum tenementum quondam Roberti pel de lu apud ffferlegam, quandam porcionem terre in Mosewelle. Tenementum duorum hominum qui reddunt sex solidos et decem denarios sterlingorum apud Newyntinam dimidium tenementum in molendino Shipburne quinque solidos sterlingorum, duo molendina apud Ledes cum aquarum decursibus et aliis pertinenciis eorundem. et decimas quas in aliis molendinis percipitis. In dominio quondam Johannis de Pont dimidiam decimam apud Earhe dimidiam marcham argenti. De Rogero Foleth dimidiam marcham argenti et quinque solidos de tenemento Rogeri et domus Rustici ante portam vestram, et terram que dicitur Elmerestede cum incremento [illegible] et aliis pertinenciis suis. quatuor solidos quos percipitis apud Borlande necnon decimas quas percipitis in Hecfunete annuum redditum decem marcarum argenti quem percipitis in ecclesia de Stokeberi annuum redditum viginti solidorum sterlingorum in ecclesia de Eslinges annuum redditum Quadraginta solidorum sterlingorum in ecclesia de Hamtesch annuum redditum octo solidorum sterlingorum que percipitis in ecclesia de Chelyndene et alios redditus decimas terras possessiones et quicquid eadem ecclesia vestra in Cantuariensi Civitate diocesi et provincia noscitur obtinere cum terris pratis vineis nemoribus usuagiis et pascuis in bosco et plano in aquis et molendinis in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus non percepit sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradiccione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit sine prioris sui licencia de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum caucione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero oleum sanctum consecraciones altarium seu basilicarum ordinaciones clericorum qui ad ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis Episcopo siquidem catholicus fuerit et graciam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parochie vestre si eam habetis nullus sine assensu diocesani Episcopi et vestro Capellam seu oratorium de novo construere audeat salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exacciones ab Archiepiscopis Episcopis Archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devocioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut eciam publici usurarii nullus obsistat. Salva tamen iusticia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes que a laicis detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci priore vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet surrepcionis astucia seu violencia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris si ad eos dumtaxat prioris spectat electio secundum deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere ignem apponere sanguinem fundere hominem temere capere vel interficere seu violenciam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ecclesie vestre concessas necnon libertates et exempciones secularium exaccionum a Regibus et principibus vel aliis fidelibus racionabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius oblaciones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexacionibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum Episcoporum canonica iusticia ac in predictis decimis moderacione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tercio ve commonita nisi reatum suum congrua satisfaccione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus

Sit pax

sit pax domini nostri Jhesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant Amen. Dat' Rome apud Sanctum Petrum per manum magistri Petri de Mediolano sancte Romane ecclesie Vicecancellarii Non' Decembris Indictione septima Incarnationis dominice Anno M° CC° lxxvij° Pontificatus vero domini Nicholai pape tercii Anno primo.

Fundacio Cantarie beate Marie virginis in ecclesia prochiali de Hedcron in Com' Kancie ordinat' vulgariter nuncupat' Kentys Chauntre etc.

In dei Nomine Amen. Universis Christi fidelibus ad quorum noticiam presentes litere pervenerint Thomas Kent utriusque Juris doctor et Robertus Kent in legibus bacallarius Salutem in omnium Salvatore et fidem indubiam presentibus adhibere. Ad universitatis vestre noticiam deduci volumus per presentes Quod cum metuendissimus in Christo princeps et dominus dominus Edwardus dei gratia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie nobis de gratia sua speciali concesserit et licenciam dederit specialem ad erigendum stabiliendum quandam perpetuam Cantariam ad dei laudem et divini cultus augmentum de uno capellano perpetuo divina singulis diebus ad altare beate Marie virginis in ecclesia prochiali de Hedcron in Com' Kancie iuxta ordinaciones nostras heredum seu executorum nostrorum aut alterius nostrum imperpetuum celebraturo Ac Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Thomas permissione divina Cant' Archiepiscopus tocius Anglie Primas et apostolice sedis legatus loci diocesanus et ordinarius per suas literas patentes ad fundandum erigendum stabiliendum et dotandum huiusmodi Cantariam perpetuam atque ad faciendum ordinaciones et statuta iuxta que Capellani dicte Cantarie nominari presentari admitti preficere oneraria vivere astringi et gubernari bonaque eiusdem Cantarie sic fundate et dotate administrari et distribui debeant auctoritatem et licenciam impertitus sit suosque consensum prebuit et assensum. Nos predicti Thomas et Robertus ad laudem dei et gloriose virginis Marie in ecclesia de Hedcron in Com' predicto Cant' dioc' pro animabus dicti domini domini Regis ac nostrum Thome et Roberti cum ab hac luce migraverimus ac animabus Isabelle Johanne Juliane et Benedicte uxorum nostrorum Stephani et Juliane parentum nostrorum Thome et Roberti ac recolende memorie Ricardi ducis Ebor' patris dicti domini Regis Edwardi fratris eiusdem domini Regis Comitis Rutland' Ricardi Comitis Sarum Roberti Horne Armigeri ac omnium dominorum militum armigerorum et omnium aliorum in bellis sive conflictibus de Northampton Mortemerscrosse Wakefeld Feryt Albons et Shirborn seu Towton interfectorum sive mortuorum et animabus omnium fidelium defunctorum imperpetuum celebratur' Oneraque et suffragia ac pietatis et misericordie opera in ordinacionibus et statutis nostris subscriptis plenius expressata atque in ceteris statutis et ordinacionibus per nos seu nostrum alterum vivos vel aut alterius nostrum heredes vel executores faciend' exprimenda subitur' et factur' Ordinavimus fundavimus ereximus et stabilivimus ac sic tenore presencium ordinamus erigimus et stabilimus quamque Cantariam Kentys Chauntre vocari et appellari volumus imperpetuum. Cui quidem Cantarie dominum Willelmum Camell presbiterum in facultate artium bacalarium in primum capellanum preficiendum ordinamus et deputamus. Volentes et ordinantes auctoritate et licencia predictis quod idem dominus Willelmus Capellanus et quilibet successor suus vocetur Capellanus Cantarie nuncupate vulgariter Kentys Chauntre qui sit persona habilis et in lege capax ad perquirendum terras tenementa redditus et alias possessiones quascumque in feodo simplici et perpetuitate iuxta licenciam Regiam supradictam specificatas tenendum sibi et successoribus suis ipsius Cantarie Capellanis imperpetuum. Item volumus statuimus et ordinamus auctoritate et licencia predictis quod dicta Cantaria perpetua durante vita mei predicti Roberti sit et erit beneficium compatibile cum quocumque alio beneficio incompatibili. Et quod capellanus eiusdem Cantarie durante vita mei predicti Roberti in ipsa Cantaria minime residere teneatur tamen nisi residens fuerit in eadem nichil percipiet seu habebit de fructibus aut proventibus eiusdem. Item statuimus et ordinamus quod dicta Cantaria statim post mortem mei predicti Roberti et immediate sit et existat imperpetuum beneficium incompatibile cum alio beneficio curato sive incompatibili Et quod capellanus eiusdem quicumque pro tempore existens post mortem mei predicti Roberti in eadem Cantaria et loco eiusdem semper et continuo personaliter residere teneatur. Et sic residens existat Casibus infrascriptis duntaxat exceptis. Et si capellanus huiusmodi dicte Cantarie aliud beneficium acceptaverit Curatum vel aliquo modo incompatibile aut aliam Cantariam seu officium vel simile occasione cuius a dicta Cantaria et ipsius Residencia se abstinere seu retrahere tenebitur vel se de facto absentaverit Volumus nichil percipiat de eadem et tunc ipsa Cantaria vacet ipso facto. Et idem Capellanus dictam Cantariam infra quindecim dies a tempore adepte possessionis alterius huiusmodi beneficii vel officii re et verbo dimittere teneatur et sic dimittat cum effectu. Item volumus statuimus et ordinamus quod Capellanus quicumque dicte Cantarie perpetue vocate Kentys Chauntry singulis de possessionibus terris tenementis redditibus fructibus proventibus et ceteris emolumentis Cantarie predicte pro ipsius victu vestitu et aliis quibuscumque sibi necessariis percipiet et habebit tantum decem marcas sterlingorum eidem Capellano singulis annis in dicta ecclesia prochiali de Hedcron infra mensem post festum pasche infra mensem post festum Sancti Johannis baptiste infra mensem post festum Sancti Michaelis archangeli et infra mensem post festum Natalis domini per equales porciones divisim persolvendum unacum domo habitacionis crofta et gardino iuxta Cimiterium dicte ecclesie prochialis situat' Capellano dicte Cantarie limitatis et assignatis. Ac cum dicta pecunia summa domo crofta et gardino reputabit se contentum et nichil exiget de bonis Cantarie memorate bonis eiusdem Cantarie ad usum capellani ipsius Cantarie inferius deputatis et assignatis duntaxat exceptis. Item quod Capellanus dicte Cantarie quicumque pro tempore existens distribuet seu distribui faciet annuatim singulis annis imperpetuum quolibet die veneris aut alio die septimane de bonis ipsius Cantarie septem denarios inter septem pauperes dicte ecclesie prochianos iuxta ipsius arbitrium magis indigentes ad orandum pro animabus fundatorum et benefactorum eiusdem Cantarie et omnium fidelium defunctorum. Item nos predicti Thomas et Robertus ordinamus et statuimus quod Capellanus quicumque ad dictam Cantariam admittendus per nos Thomam et Robertum fundatores dicte Cantarie dum vixerimus aut diucius viventem Reverendissimo in Christo patri et domino domino Cant' Archiepiscopo loci diocesano et ordinario presentetur. Et quod post mortem nostram vicarius perpetuus dicte ecclesie prochialis de Hedcron et yconomi sive bonorum eiusdem Custodes infra quinque menses a tempore vacationis predicte Cantarie quociens ipsa vacaverit capellanum bonum honestum presbiterum secularem loci ordinario libere presentabunt et in casu quo infra huiusmodi quinque menses nullus fuerit sic prefectus ad ipsam cantariam presentatus volumus et ordinamus quod infra unum mensem extunc proximo sequentem magister domus de Mottenden unum capellanum idoneum secularem ad eandem cantariam domino Archiepiscopo presentabit et si infra sex menses nullus fuerit ad ipsam presentatus tunc dominus Cant' Archiepiscopus ipsam cantariam capellano idoneo conferat et solummodo sic est illius ipsa vice. Item statuimus et ordinamus quod capellanus quicumque ad ipsam cantariam presentatus tempore admissionis sue ad eandem coram ipsum admittente iurabit ad sancta dei evangelia de personaliter et continue residendo in eadem et quantum ad ipsum attinet de fideliter observando statuta et ordinaciones cantarie antedicte volumus et supplicamus quod de iuramento huiusmodi in litteris institucionis sue fiat et habeatur mencio specialis. Item quod capellanus memorate cantarie iura terras et tenementa et possessiones dicte cantarie cum bonis eiusdem cantarie supportabit manutenebit et defendet iuxta posse suum ac ea seu bona aliqua immobilia eiusdem cantarie non vendet alienabit seu impignorabit nec ad vendicionem seu alienacionem eorundem dabit consilium auxilium aut favorem excepta magna necessitate et ipsius necessitatis causa ad instanciam maioris partis parochianorum ecclesie parochialis predicte per loci ordinarium cognita et approbata. Item quod capellanus dicte cantarie personaliter residebit in eadem ac cessante impedimento legitimo presens erit omnibus et singulis diebus dominicis et festivis in predicta ecclesia parochiali de Hedcron in missis matutinis vesperis et aliis horis canonicis in ipsa dicendis indutus superpellicio de quo sibi suis propriis expensis providebit psallendo cantando in eisdem more ceterorum presbiterorum celebrancium in eadem et quod non absentabit se a dicto suo beneficio ultra viginti dies in anno absque speciali licencia a dicto vicario et iconomis dicte ecclesie ex causa racionabili per ipsum vel alium eius nomine petita et obtenta. Item quod capellanus dicte cantarie dum presens fuerit dicet vesperas matutinas et alias horas canonicas omni die cessante impedimento legitimo infra predictam ecclesiam parochialem de Hedcron sive cimiterium eiusdem et etiam placebo et dirige ter omni septimana. Et quod idem capellanus singulis diebus ad hoc dispositus casibus predictis et inferius descriptis exceptis cessante iusto impedimento celebrabit missam ad altare beate Marie virginis in ecclesia predicta vel ad summum altare aut aliud altare eiusdem ecclesie si vicarius ipsius ecclesie et ipse voluerint et in missa dicet collectam pro nobis fundatoribus predictis dum vixerimus ac animabus nostris cum ab hac luce migraverimus et in secretis specialiter orabit pro animabus domini Regis Edwardi ac nostri Thome et Roberti cum ab hac luce migraverimus ac animabus Isabelle Johanne Juliane et Benedicte uxorum Stephani et Juliane parentum nostrorum Thome et Roberti ac recolende memorie Ricardi Ducis Eborum patris dicti domini Regis Edwardi fratris eiusdem domini Regis Comitis Rutland Ricardi Comitis Sarum Roberti Horne armigeri ac omnium dominorum militum armigerorum et omnium aliorum in bellis sive conflictibus de Northampton Mortemerscrosse Wakefeld Seynt Albonys et Shirborn seu occasione eorundem interfectorum sive mortuorum et animabus omnium fidelium defunctorum. Item volumus et ordinamus quod capellanus dicte cantarie sit vir boni regiminis et conversacionis honeste et non exercebit tabernas nec ad eas habebit contra solitos accessus sed cum dicto vicario vel alia honesta persona nisi fuerit in aliqua honesta domo ubi habetur taberna pro tempore communsalis. Et si idem capellanus de crimine adulterii sive incontinencie vel alio crimine notabili sit convictus aut de et super aliquo crimine huiusmodi publice diffamatus et tempore competenti ad purgandum se de eadem sibi legitime assignato cum dicte ecclesie vicario et duobus aliis capellanis aut sex personis fidedignis de parochia predicta se non purgaverit de crimine predicto extunc de fructibus ipsius cantarie nichil percipiet et infra quindecim dies postquam fuerit per iconomos dicte ecclesie aut habentem regimen bonorum dicte cantarie congrue requisitus ipsam cantariam coram loci ordinario aut notario et testibus simpliciter dimittere et resignare teneatur ac sic dimittet et resignabit cum effectu. Item quod capellanus ipsius cantarie nullum inferret dicte ecclesie proprietariis sive rectoribus aut vicario eiusdem preiudicium circa decimas oblaciones inter ipsos et dicte ecclesie iura et quod odia scandala rixas aut contenciones inter ipsos et dicte ecclesie parochianos seu alios nullo modo seminabit aut faciet aliquo modo sed quatenus in eo est concordiam nutriet et servabit. Item quod capellanus dicte cantarie quociens celebrat missam in ecclesia predicta celebrabit singulis diebus pro festis et non festivis casibus premissis et subscriptis exceptis antequam vel postquam vicarius ipsius ecclesie aut ipsius vicem gerens missam seu saltem post consecracionem corporis Christi in missa predicta celebraverit. Item quod quilibet capellanus cantarie supradicte decedens vel aliquo modo ipsam dimittens terciam partem omnium bonorum mobilium tempore quo ipsam cantariam habuerat adquisitorum et huiusmodi dimissionis tempore habitorum dimittere debet et teneatur ad usum dicte cantarie ac reparacionem domorum et ad alia onera eiusdem supportanda. Item quod capellanus supradicte cantarie et habens pro tempore regimen bonorum eiusdem cantarie singulis annis imperpetuum in ecclesia de Hedcron predicta diem anniversarium nostrorum Thome et Roberti ac Benedicte Juliane Isabelle et Johanne uxorum Stephani et Juliane parentum nostrorum in die obitus mei antedicti Roberti observari facient cum placebo et dirige die precedenti ac in exequiis mortuorum et missa de requiem cum solempnitate decenti dictis et celebratis et ipsa die distribucionem faciant inter capellanos clericos pueros et sacristam ac pauperes vis. viiid. Et etiam volo quod capellanus dicte cantarie temporibus quibus celebrantur exequie mortuorum in ecclesiis dicte ecclesie de Hedcron vicinis aut non multum distantibus accedere valeat ad loca predicta ac exequiis predictis et in missis pro animabus predictis celebratis interesse et missis pro eisdem celebrare atque data et assignata more aliorum presbiterorum recipere et habere. Item volo et ordino quod capellanus quicumque prenominate cantarie habeat domum sive mesuagium inhabitatum modo per Jamys situatum in villa de Hedcront' una cum gardino et crofto sive gardino eidem adiacente quam inter cetera dicto capellano dedi et concessi et quod idem capellanus quicumque concedat et det licenciam et facultatem cuicumque inhabitanti domum quam Radulphus Bailly modo inhabitat dicte domui contiguam et etiam aliis habitantibus in domibus eidem convicinis non habentibus ubi comode habere et querere possint aquam querendi et hauriendi aquam in stagno sive putto infra predictum ortum sive croftam situato et existente temporibus congruis et oportunis ita et sub condicione quod quociens aqua huiusmodi nullum faciat preiudicium aut dampnum occupanti seu habenti dictam domum quam Jamys inhabitat et gardinum sive croftam predictam circa fructus herbas aut pisces sive alia in dictis orto sive crofta et putto existencia et quod quilibet sic inhabitans domum contiguam et querens aquam solvat annuatim in festo sancti Michaelis Archangeli unum denarium in partem solucionis redditus predicti mesuagii gardini et crofti antedicti. Item volo et ordino quod si oriatur vel sit aliquod dubium obscurum vel contrarium in premissis vel aliquo eorundem cancellarius Cant' Archiepiscopi quicumque fuerit auditor huiusmodi dubium obscuritatem et contrarietatem emendet corrigat ac interpretacionem faciat de et cum eisdem et in aliis de novo ordinet et statuat. Et quia dominus noster Rex voluit et graciose concessit ac etiam reverendissimus pater dominus Cant' Archiepiscopus per eorum litteras patentes in dicta cantaria remanentes quod ego predictus Robertus heredes vel executores mei exigente fundari possent et valerent huiusmodi Cantariam et dotare ac statuta et ordinationes eiusdem facere et ordinare, Ipsi prefati domini Cantuariensis Archiepiscopi ac cuiuscumque Cancellarii sive causarum ipsius audientie auditorem quemcumque futurum ad omnia et singula premissa et etiam in omnia premissis literis Regiis et domini Cant' contenta et specificata meum et premissorum executorem ordino facio et constituo per presentes. Item volo et ordino quod Capellanus dicte Cantarie post evangelium in missa ad cornu altaris oret et dicat sub hac forma / ffor the prosperite and goode estate of all holy church the Realme of England and all cristen landes and all good doers and welwillers of this Chauntry & for the soules of me Thomas and Robert Kent founders of the same, and for the soules of them that have be goode doers and welwillers to the said Chauntry and for all cristen soules / Deus misereatur, xxx. & De profundis. Item volo et ordino quod Capellanus Cantarie predicte ac feoffati in messuagiis meis post diem anni mortem meam proximo sequentem post terminum Petri Homersham permittant Johannem Bordey filium Thome Bordey occupare tenere et inhabitare messuagium meum de Bordey cum omnibus terris et pratis eidem pertinentibus ad terminum vite sue, et quod ipse solvet redditum dominis feodorum, et subibit et sustinebit omnia onera eidem pertinentia ac competenter et sufficienter reparabit et reficiet omnes defectus ruinas et deformitates in domibus et omnibus locis eidem messuagio pertinentibus, et quod dictus Johannes Bordey ante ipsius mortem nominabit si voluerit unum filium vel unam filiam suam seu alium ad occupandum et inhabitandum messuagium predictum et omnes terras eidem pertinentes quamdiu voluit, et sic quilibet inhabitans et occupans messuagium predictum alium nominabit in forma predicta imperpetuum. Et quod nullus sic occupans dictum messuagium dimittat seu tradat aliquam partem terrarum predictarum aliis ad colendum sive arandum sive seminandum sed duntaxat ad pasturam si voluit. Et volo quod idem messuagium imperpetuum per unum solum occupetur et non dividatur in futurum, et quod quilibet occupans messuagium predictum illud teneat de Capellano et feoffatis predictis solvendo annuatim pro eisdem in festo Apostolorum Petri et Pauli Capellano predicto unam rosam si petatur. Item volo quod Capellanus Cantarie predicte et feoffati mei post diem anni mortem meam sequentem permittant Thomam atte ffeld filium Sororis mee liberi occupare et inhabitare messuagium meum principale in villa de Hederton situatum cum gardino eidem limitato, ac messuagium meum de Wekkys cum orreo et decem peciis terre adiacentibus continentibus triginta acras terre, et etiam quinque pecias terre at the leghe apud Kyngesfell continentes tresdecim acras terre et duas pecias terre vocatas Holis ac quatuor pecias terre apud Kyngesfelde quarum una vocatur Lese, alia Castelyn et due alie Merefeldis continentes per estimacionem decem et septem acras terre quas Rogerus Tirno adhuc tenuit et tenet ad firmam modo cum pratis stagnis et aliis suis pertinentiis ad terminum vite eiusdem Thome, et quod predictus Thomas atte ffelde ante ipsius mortem nominabit si voluerit unum filium vel unam filiam suam seu alium ad occupandum et inhabitandum messuagia predicta et omnes terras predictas eidem Thome assignatas, et sic quilibet inhabitans et occupans messuagium predictum alium nominabit in forma predicta imperpetuum. Et predictus Thomas et quilibet occupans messuagium et terras predictas solvet redditum dominis feodorum, et subibit et sustinebit omnia onera eisdem incumbentia, ac competenter et sufficienter reparabit, reficiet omnes defectus ruinas et deformitates in domibus messuagii predicti et aliis locis eidem assignatis. Et quod nullus occupans messuagium predictum dimittat seu tradat aliquam partem terrarum predictarum aliis colendum sive arandum sed duntaxat ad pasturam si voluit. Et volo quod idem messuagium et terre predicte non dividantur sed per unum solum occupentur in futurum. Et quod quilibet occupans messuagium predictum et terras predictas ea teneat a capellano et feoffatis predictis solvendo annuatim pro eisdem in festo Apostolorum Petri et Pauli, capellano predicto unam rosam si petatur. Item volo et ordino quod quilibet capellanus dicte Cantarie et feoffati mei post diem anni mortem meam proximo sequentem permittant Ricardum Bordey liberi occupare messuagium meum vocatum Spisers in villa de Hederton situatum ac pratum ac duas pecias terre vocatas Heyfelde continentes quatuordecim acras terre, et duas pecias terre eidem contiguas vocatas Pevysfeldys continentes novem acras terre, et unam peciam terre eidem adiacentem cum prato continentem septem acras terre, ac quinque pecias terre eidem campo adiacentes quondam Brokedalys continentes sexdecim acras terre, et unam peciam terre vocatam ffordhammys cum prato quondam Rogeri Edmundes continentem septem acras terre, et unam peciam terre vocatam Pughamme continentem quinque acras terre, et aliam peciam terre vocatam Brodefeld continentem quatuor acras terre cum pratis stagnis et aliis suis pertinentiis ad terminum vite eiusdem Roberti, et quod predictus Robertus Bordey ante ipsius mortem nominabit si voluerit unum filium vel unam filiam suam seu alium ad occupandum et inhabitandum messuagium predictum et omnes terras predictas eidem Roberto assignatas, et sic quilibet inhabitans et occupans messuagium predictum alium nominabit in forma predicta imperpetuum. Et predictus Robertus et quilibet occupans messuagium predictum et terras predictas solvet redditum dominis feodorum et subibit et sustinebit omnia onera eisdem incumbentia ac competenter et sufficienter reparabit, reficiet omnes defectus ruinas et deformitates in domibus messuagii predicti et aliis locis eidem assignatis. Et quod nullus occupans messuagium predictum dimittat seu tradat aliqua parte terrarum aliis colendam sive arandam sed duntaxat ad pasturam si voluit. Et volo quod idem messuagium et terre predicte non dividantur sed per unum solum occupentur in futurum. Et quod quilibet occupans messuagium predictum et terras predictas ea teneat a capellano et feoffatis predictis solvendo annuatim pro eisdem in festo Apostolorum Petri et Pauli Capellano predicto unam rosam si petatur. Item volo quod de aliis proventibus predicte Cantarie solvantur annuatim xxd. ad sustentacionem luminis circa sepulcrum dominicum ibidem. Proviso quod quilibet cereus sit duarum librarum. Et xxd. in sustentacionem luminis vocati le Bemelight, et aliqua summa pauperibus pro tempore inhabitantibus domum elemosinariam iuxta discretionem Capellani et Iconomorum ecclesie predicte. Item volo quod quotiens et quando nullus fuerit nominatus ut prefertur ad occupandum aliquod messuagium messuagiorum predictorum tunc capellanus predicte cantarie et Iconomi predicti alium nominabunt ad occupandum messuagium predictum in forma predicta. Et quod predictus sic occupans unum filium suum aut alium ut prefertur nominabit. Item volo et ordino quod Capellanus et predicti Iconomi habeant regimen et gubernacionem omnium aliorum messuagiorum et terrarum mearum dicte Cantarie per me assignatorum et ad firmam dimittant ac firmas et proventus eorundem percipiant ad et in usum dicte Cantarie et supportacionis onerum eiusdem, et quod ipsi Iconomi habeant et percipiant annuatim pro eorum labore iijs iiijd. Et si dicti Iconomi premissa facere recusaverint volo quod tunc capellanus dicte Cantarie alium seu alios ad ea facienda nominabit et deputabit. Item volo quod quilibet occupantium messuagia predicta solvat annuatim duos solidos capellano predicto ad sustentacionem

Anniversarij mei et omnium amicorum et fidelium defunctorum. Item volo quod percipient ex firma terrarum predicte Cantarie provenientes vna cum munimentis et evidenciis earundem custodiantur in ecclesia predicta, aut alio loco securo per dictum Capellanum et Iconomos predictos, et quod cum eisdem domus et alia loca dicte Cantarie pertinencia sufficienter reparentur et alia onera eiusdem Cantarie supportentur. et si huiusmodi reparacionibus factis remaneant, Summam decem librarum volo quod tunc Capellanus dicte Cantarie habeat vj s. viij d. vltra decem marcas superius sibi assignatas, et quod certa summa iuxta discrecionem capellani et Iconomorum predictorum distribuatur pauperibus et presertim inhabitantibus domum elemosinariam annuatim circa festum Annunciacionis beate Marie virginis. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui. Datum in ecclesia parochiali de Hedcron predicta Primo die mensis Aprilis, Anno domini Millesimo quadringentesimo Octogesimo tercio. Et Anno Regni Regis Edwardi quarti post Conquestum Anglie vicesimo tercio. Item supplico sed non statuo et exoro Capellanum dicte Cantarie quatinus vt singulis diebus dominicis benedicere et sanctificare velit et dignetur aquam in fonte porticus ecclesie predicte.

Testamentum Roberti Kent.

In nomine et honore sancte Trinitatis beate Marie virginis et omnium sanctorum, Ego Robertus Kent ordino facio et condo meum testamentum et meam vltimam declaro voluntatem in hunc qui sequitur modum. In primis commendo animam meam sancte Trinitati beate Marie virgini et omnibus sanctis, et Corpus meum sepeliendum in porticu ecclesie parochialis de Hedcron, et volo vt vicarius eiusdem habeat pro decimis et oblacionibus sibi debitis xx d. Item volo quod capellanus Cantarie mee habeat meam maximam pelvim cum lavacro, et volo quod ea cum libris et aliis pertinentibus dicte Cantarie datis dimittat successoribus ipsius dicte Cantarie capellanis. Item lego Alicie filie Petri Homtesham decem marcas habendas cum pervenerit ad etatem xx annorum, et si decedat infra dictam etatem volo quod tunc predicte decem marce dividantur inter Godlenam et Margaretam sorores suas. Et si omnes predicte filie decedant infra predictam etatem volo quod tunc parentes ipsarum habeant medietatem dicte summe et alia medietas convertatur in supportacionem onerum Cantarie predicte. Item lego Johanni Bodey a payre of blankettes and a payre of shetys a materas a bolster and a coulett a bras pot iij plateres iij dysshes iij sawcers of pewter a bason and a lavor a Jacke and a salett. Et volo quod omnia sic sibi legata deliberentur eidem cum habuerit possessionem et occupacionem mesuagij mei. Item lego Roberto Baker vnam vaccam. Item volo quod feoffati mei in mesuagiis tenementis et terris meis statim post mortem meam permittant capellanum Cantarie mee occupare mesuagia omnia et terras sibi assignatas per terminum viginti annorum et vltra quamdiu capellanus predictus voluerit, et postea cum fuerint per predictum capellanum requisiti facient eidem capellano sufficientem et legalem statum de et in mesuagiis et terris predictis in dotacionem eiusdem Cantarie habendum et tenendum sibi et successoribus suis dicte Cantarie capellanis imperpetuum iuxta ordinaciones et statuta Cantarie mee antedicte. Item lego Petro Homtesham et Alianore vxori sue vnam Murram sex cocliaria argenti et Residuum omnium bonorum meorum mobilium debitis et perquisitis exceptis. Et volo quod omnia statuta et ordinaciones cantarie mee que hic repeto et pro insertis habere volo sint et erunt pars huius testamenti et mee vltime voluntatis et ea vnacum presenti testamento meo approbari et confirmari volo. Et huius testamenti mei et vltime voluntatis constituo ordino et facio executores meos Magistrum Simonem Hoggys, dominum Ricardum Mammyng capellanum, Thomam Homtesham, Petrum Homtesham, Ricardum Bodey, Stephanum Baker. Et supervisores eiusdem Ricardum Gyldeford, Ricardum Colpepyr armigeros, Willelmum Bettenham et Stephanum Hoggys. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Datum apud Hedcron predictam vicesimo die mensis Junij Anno domini Millesimo quadringentesimo Octogesimo tercio.

Littera testimonialis super approbacione predicti testamenti.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint, Nos Officialis domini Archidiaconi Cantuariensis Salutem in omnium salvatore. Ad vniversitatis vestre noticiam deduci volumus per presentes quod xxviij° die mensis Julij Anno domini proxime prescripto coram nobis in ecclesia parochiali de ffrethynden coram nobis iudicialiter sedentibus comparuit personaliter discretus vir Magister Robertus Kent ac quoddam ipsius testamentum et certa statuta et ordinaciones Cantarie sue presentibus expressata produxit exhibuit et ex mera voluntate sua expressisse recognovit, que ad ipsius instanciam peticionem approbavimus, insinuavimus ac pro valore eorundem pronunciavimus et decrevimus. In cuius rei testimonium sigillum officij nostri presentibus apposuimus. Datum apud ffrethynden predictam die et Anno domini predictis.

Hec est vltima voluntas Magistri Roberti Kent

In dei nomine Amen. Primo die mensis Septembris Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo quarto. Ego Robertus Kent de parochia de Hedcron per istum Codicillum et hunc Codicillum addo ad statuta et ordinaciones Cantarie mee ac ad testamentum meum prius conditum et approbatum ac subtraho et subduco ab eisdem prout sequitur. In primis volo et ordino quod in die sepulture corporis mei dominus Ricardus Mammyng capellanus Cantarie mee Petrus Homtesham et Ricardus Bodey executores mei disponant et distribuant inter capellanos clericos pueros sacristam et pauperes viginti solidos, sic quod quilibet pauper dicte parochie habeat iiij d. ad minus. Item quod disponant infra mensem post mortem meam viginti pauperibus parochie de ffrethynden vj s. viij d. Item viginti pauperibus parochie de Staplehurst vj s. viij d. viginti pauperibus parochie de Sutton vj s. viij d. viginti pauperibus parochie de Wolcombe vj s. viij d. viginti pauperibus parochie de Boughton Malherbe vj s. viij d. Et viginti pauperibus parochie de Smerden vj s. viij d. Item volo quod qualibet septimana per mensem post mortem meam celebrentur exequie videlicet placebo et dirige cum missa Requiem eternam in ecclesia de Hedcron predicta, et quod dicti executores mei distribuant qualibet die huiusmodi capellanis clericis pueris sacriste et pauperibus decem solidos ad orandum pro anima mea et animabus omnium fidelium defunctorum. Item volo quod Capellanus et feoffati mei post terminum Petro Homtesham concessum, et immediate post mortem meam permittant Johannem Burdey filium Thome Burdey defuncti occupare et inhabitare mesuagium meum de Burdey cum omnibus terris eidem pertinentibus ad terminum vite sue. Item quod solvat redditum eiusdem ac reparabit et reficiet sufficienter omnes domos et loca ipsius et solvat annuatim capellano predicto iiij d. et vnam Rosam in festo sanctorum Petri et Pauli si petatur. Et volo quod dictus Johannes in vita sua nominabit si voluerit vnum filium aut vnam filiam suam seu alium ad occupandum et inhabitandum mesuagium predictum cum terris eiusdem ad terminum vite sic nominati. Et sic quilibet inhabitans alium simili modo nominabit imperpetuum. Et volo quod inhabitans huiusmodi non dimittat nec locabit aliquam partem terrarum predictarum alicui ad arandum sive seminandum sed ad pasturam si voluerit. Et volo quod dictum mesuagium et terre eiusdem non dividantur sed integre remaneant imperpetuum. Et eciam volo quod capellanus et feoffati mei predicti permittant Rogerum Baker occupare tenementum meum sive mesuagium de Tong ad terminum vite sue post mortem meam, Solvendo primo Anno capellano predicto xx marcas et postea annuatim vj marcas sine alio onere. Item volo quod Capellanus et feoffati mei predicti post duos annos mortem meam sequentes permittant Thomam att ffeyld filium sororis mee occupare et inhabitare mesuagium meum vocatum Spyrtes et duas pecias terre vocatas Heyfeldes cum prato adiacente, duas pecias terre vocatas Perysfeldes, vnam peciam terre eisdem adiacentem cum prato eiusdem continentes vj acras terre. Item xxvj acras terre quondam Brokdayles, vnam peciam terre vocatam Clyhm cum prato adiacente, vnam peciam terre vocatam Pryghurnys, et aliam peciam terre vocatam Brodefeld, et sic in toto liiij acras terre soluend' annuatim redditum eandem ac reparabit et reficiet competentes domos et alia loca mesuagii predicti Et quod ipse Thomas in vita sua si voluerit nominabit unum filium suum aut unam filiam seu alium ad occupand' et inhabitand' mesuagium predictum ad terminum vite sue Et sic quilibet inhabitans mesuagium predictum alium nominabit in forma predicta Et volo quod non dimittat aliquam partem terrarum predictarum ad arandum sive seminandum sed ad pasturam si voluerit. Et volo quod huiusmodi mesuagium et terre non dividantur sed integre remaneant imperpetuum. Item volo quod feoffati mei permittant capellanum Cantarie memorate libere occupare et habere omnia mesuagia tenementa mea ac omnes et singulas terras eisdem pertinentes ac redditum annualem xxxs. exeuntem de manerio de Blachynden et redditum annualem xxiiijd. et quinque denariorum exeuntem de Denna de Thornherst per viginti annos mortem meam proxime sequentes et solvent si capellanus predictus hoc voluerit. Et volo quod post viginti annos feoffati mei liberent omnia mesuagia terras et redditus predicto capellano Cantarie predicte cum fuerint per ipsum capellanum ad hoc requisiti Habend' et tenend' sibi et successoribus suis dicte Cantarie capellanis imperpetuum ad perimplend' ordinaciones et statuta Cantarie antedicte et ad perimplendum in omnibus meam ultimam voluntatem. Item volo quod si nullus sit vel preferetur nominatus ad occupand' et inhabitandum mesuagia et terras predicta quod tunc capellanus Cantarie predicte alium nominabit de personis predictis ad occupand' eadem. Et insuper volo quod cum plures duorum feoffatorum meorum moriantur quod tunc superviventes alios feoffabunt in mesuagiis et terris predictis quociens capellanus hoc voluerit. Item lego Alicie Godeleve et Margarete filiabus Petri Homersham xx marcas solvend' eisdem cum fuerint viginti annorum etatis per equales porciones viz cuilibet earum xl s. Et quod porcio decedentis infra etatem predictam accrescat viventibus seu superviventi. Item lego Roberto Borden filio Thome Borden quem de sacro fonte levavi xx li. solvend' eidem infra sex annos mortem meam proxime sequentes viz quolibet anno quinque marcas. Item revoco et annullo omnem disposicionem et ordinacionem mesuagiorum et terrarum predictorum in testamento meo prius condito et approbato factas prefatis Thome at Feylde Rogero Baker et Roberto Borden Et volo quod contentis superius disposicionibus eisdem in hoc presenti codicillo. Item volo quod feoffati in terris et tenementis immediate post mortem meam liberabunt Stephano Baker consanguineo meo omnia mesuagia domos et terras que habeo in villa de Lyn Episcopi et locis eidem contiguis et alibi in Com. Norfolchie et Civitate London' que michi descendebant post mortem magistri Thome Kent fratris mei defuncti et faciant eidem sufficientem et legalem statum de eisdem Habend' et tenend' sibi heredibus et assignatis suis imperpetuum. Item volo et statuo quod unus Iconomorum sive gardianorum ecclesie predicte quem capellanus Cantarie predicte nominare voluerit habeat regimen et gubernacionem omnium possessionum Cantarie predicte et eas cum consensu dicti capellani et nomine eiusdem dimittat ad firmam eorundem nomine dicti capellani recipiat et dicto capellano restituat ad sustinendum omnia onera eidem Cantarie incumbencia et meam ultimam voluntatem perimplendam. Et quod dictus Iconomus recipiat pro labore suo omni anno vjs. viijd. cum suis expensis. Et volo quod dictus Capellanus habeat facultatem piscandi in omnibus stagnis puteis et aquis mesuagiorum predictorum puteis et aquis mesuagii de Borden dumtaxat exceptis. Et quod predictus Capellanus cum premissis domo habitacionis sue cum gardino et crofto eidem adiacentibus et decem marcis in pecuniis et suis expensis reputabit se contentum. Item volo quod omni anno presertim in quadragesima Capellanus et gardianus predicti disponat certam summam arbitrio eorum inter pauperes parochianos ecclesie predicte Reservata semper certa summa ad reparacionem domorum et locorum mesuagiorum predictorum committenda quam presertim et ante omnia fieri volo. Et insuper volo quod capellanus quicumque dicte Cantarie omni septimana die sabbati aut alio die disponat vijd. inter septem pauperes parochie predicte annuatim imperpetuum. Et cetera in predicto testamento meo presentibus non contraria ratifico et approbo per presentes. Item ordino et constituo magistrum Simonem Hoggys dominum Ricardum Mannyng capellanum Petrum Homersham Ricardum Borden et Stephanum Baker meos ac testamenti et ultime voluntatis mee executores Ac dominum Thomam Borowghe militem magistrum Willelmum Pykenam legum doctorem et Johannem Guldeford testamenti et ultime voluntatis mee supervisores. Et etiam volo quod capellanus Petrus Homersham et Ricardus Borden dum vixerint solum administrabunt et meam perimplebunt voluntatem. Et residuum omnium bonorum meorum do et lego dicto Petro et Alianore uxori sue debitis meis et pecuniis exceptis. Et volo quod dictus Ricardus Borden habeat pro labore suo vjs. viijd. cum suis expensis. Et quod dictus capellanus et Petrus Homersham sint contenti cum superius eis dispositis. Et volo quod statuta et ordinaciones Cantarie predicte duarum partium remaneant et custodiantur in aliquo loco secreto infra ecclesiam parochialem predictam et omnes carte et evidencie terrarum mearum custodiantur infra domum habitacionis Cantarie predicte. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Dat' in ecclesia parochiali de Hedecron predicta Anno mense et die supradictis.

Tenore presencium Nos Edwardus Payne in decretis bacallarius Rector ecclesie parochialis et cetera domini domini Willelmi permissione divina prioris ecclesie Christi Cant' et eiusdem loci Capituli sede iam vacante Civitatis et dioc. Cant' commissarius generalis necnon ad infrascripta specialiter deputatus Notum facimus universis quod xxvijto die mensis Aprilis Anno domini Millesimo CCCCmo lxxxvjto probatum fuit coram nobis in Monasterio ecclesie Christi Cant' testamentum et Codicillum Roberti Kent presentibus annexa habentis dum vixit et mortis sue tempore bona in diversis dioc. Cant' provincie cuius pretextu ipsius testamenti et codicilli approbacio insinuacio et legitime pronunciacio pro eodem necnon administracionis huiusmodi bonorum omnium et singulorum dictum defunctum et eius testamentum et codicillum concernentium infra provinciam antedictam ubilibet existentium commissio compotalis sive raciociniorum administracionis bonorum huiusmodi auditio finalis liberacio ab eodem ad predictum Reverendum priorem et eiusdem loci Capitulum sede sic vacante permittitur iure solum et insolid' de prerogativa ecclesie Christi Cant' et consuetudine laudabili legitime prescripta et obtenta necnon a tempore et per tempus cuius contrarii memoria hominum non existit pacifice et inconcusse observata dinoscuntur notorie pertinere Commissaque fuit administracio omnium et singulorum bonorum dicti defuncti magistro Simoni Hoggys domino Ricardo Mannyng capellano Ricardo Borden et Stephano Baker executoribus in dicto testamento nominatis de bene et fideliter administrand' bona huiusmodi ac de pleno et fideli inventario omnium et singulorum bonorum huiusmodi conficiendo et nobis citra festum Sancti Johannis Baptiste proxime futurum exhibendo necnon de fideli compoto calculo sive raciocinio nobis aut ecclesie Christi successoribus seu eorum ministris in ea parte reddend' in debita iuris forma super sacrosancta dei evangelia iurat'. Reservata nobis potestate committend' administracionem bonorum huiusmodi Petro Homersham executori etiam in testamento et codicillo predictis nominato ad tunc absenti presenti si citra festum Sancti Johannis predictum onus executoris eiusdem testamenti et codicilli in se assumere voluerit. Dat' Cant' sub sigillo officii nostri die et Anno domini supradictis.

Lra administracionis bonorum dni Robti Kent

Proventus Cantarie de Hedecron predicte.

Mesuagium de Court vli. Mesuagium de Denys iiij li. Mesuagium de Dunstabill xlvjs. viijd. Mesuagium de Fforthynden iiij li. xxvjs. viijd. Terre vocat' Webbys xlvjs. viijd. Terre vocat' Halyswode xxvjs. viijd. Terre apud Tevylden xxxs. Terre apud Kyngfelde xiijs. iiijd. Terre vocat' parke xs. Terre voc' Stallfeld xiijs. iiijd. Terre apud Hokynbery xiijs. iiijd. Terre voc' Jone Kechland xs. Terre vocat' Bowrsfeld vs. Terre de Wolhitsherhawke xs. Redditus de Thornherst xxijs. iiijd. Redditus de Blachynden xxxs. Prat' apud Stebynherst vs. viijd.

Summa totalis — xxiiij li. vs. vjd.

Onera eiusdem Cantarie.

Stipendium Capellani x marke. Redditus omnium terrarum iiij li. xs. Elemosina pauperum xxxs. iiijd. Reparaciones mesuagiorum per annum iiij li.

Summa totalis — xx li. viijs. viijd.

Appropriacio ecclesie parochialis de Whitstaple Cant' dioc' facta Collegio sive ecclesie Collegiate
de Plecy London dioc' et in Com' Essex' necnon Magistro ac presbiteris et clericis dicti Collegii dicteque ecclesie
patronis. xx°.

Universis et singulis sancte matris ecclesie filiis presentes literas sive presens publicum instrumentum inspecturis /
lecturis vel audituris / Thomas miseratione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbiter
Cardinalis Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus / Salutem in domino et fidem indubiam presentibus
adhibere / Ad universitatis vestre notitiam deduci ac deduci volumus per presentes / Quod cum nos in quodam negotio unionis annex-
ionis incorporationis et appropriationis ecclesie parochialis de Whitstaple nostre Cant' dioc' Collegio sive ecclesie Collegiate de Plecy
London dioc' et in Com' Essex' necnon Magistro sive Custodi ac presbiteris et clericis eiusdem collegii dicteque ecclesie patronis ex
certis nobis per partem modernorum Magistri sive Custodis eiusdem loci expositis causis fiendis rite et legitime processerimus
atque de et super causis que ad huiusmodi unionem annexionem incorporationem et appropriationem fiendas nos moverent et inducerent /
motivum animi nostri tam per probationes per partem prefatorum Magistri sive Custodis presbiterorum et clericorum in ea parte factas
quam aliis debite et sufficienter informaverimus / Tandem die date presentium coram nobis in quadam alta camera manerii
nostri de Lamehith Wynton dioc' nostreque Cant' provincie iudicialiter tunc ibidem sedentibus Dilectus nobis in Christo Magister
Johannes Ewlyn procurator prefatorum Magistri sive Custodis ac presbiterorum et clericorum Collegii sive ecclesie Collegiate predicte nomine
procuratorio eorundem et pro eisdem personaliter comparuit ac sententiam sive decretum nostrum de et super unione annexione incorpora-
tione et appropriatione huiusmodi per nos ferri, ipsamque unionem annexionem appropriationem et incorporationem fieri et expedi-
ri debita cum instantia postulavit. Ad cuius quidem Magistri Johannis procuratoris sic ut prefertur comparentis peti-
tionem et instantem supplicationem Nos Thomas Cardinalis Archiepiscopus Primas et Legatus antedictus sententiam sive
decretum infrascriptum descriptum in negotio predicto partim videlicet ab exordio eiusdem usque illa verba, Volentesque dictis
Magistro etc. ore nostro proprio partimque videlicet totum Residuum eiusdem sententie sive decreti propter eius prolixi-
tatem per organum vocis dilecti nobis in Christo Magistri Thome Wynterbourne legum doctoris nostre Audientie causarum
et negotiorum Auditoris nobis tunc ibidem assidentis legi fecimus et promulgavimus sub ea qua sequitur serie
verborum. In Dei Nomine Amen. Auditis et intellectis ac plenarie discussis per nos Thomam miseratione divina tituli
sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbiterum Cardinalem Cant' Archiepiscopum totius Anglie primatem et
apostolice sedis Legatum meritis et circumstantiis cuiusdam negotii unionis annexionis incorporationis et appropria-
tionis ecclesie parochialis de Whitstaple nostre Cant' dioc' Collegio sive ecclesie collegiate sancte Trinitatis de Plecy
in Com' Essex' London dioc' fiende, quod coram nobis per supplicationem Magistri sive Custodis ac presbiterorum et clericorum
eiusdem Collegii patronorum ecclesie parochialis predicte aliquamdiu pendebat et adhuc pendet indecisum, parte dictorum
Magistri sive Custodis ac presbiterorum et clericorum sufficienter et legitime coram nobis comparente et unionem annexionem
incorporationem et appropriationem huiusmodi instanter fieri postulante. Omnia per acta inactitata allegata deducta
probata et confessata debitamque et canonicam inquisitionem per nos et nostra auctoritate in hac parte factam Invenimus
evidenter omnia et singula in quodam articulo per partem dictorum Magistri sive Custodis presbiterorum et clericorum ac colle-
gii sive ecclesie collegiate coram nobis in huiusmodi negotio iudicialiter proposito deducta et suggesta, que ad effectum
infrascriptum sufficiunt. Cuius articuli tenor talis est. In Dei Nomine Amen. Coram vobis Reverendissimo in Christo patre
et domino domino Thoma miseratione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali /
Cant' Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato vero et commissario in hac parte competente quecumque
pars Custodis sive Magistri ac presbiterorum et clericorum Collegii sive ecclesie collegiate sancte Trinitatis de Plecy in
Com' Essex' London dioc' patronorum ecclesie parochialis de Whitstaple vestre Cant' dioc' suo et ipsius collegii nomine dicit
allegat et in hiis scriptis proponit Quod dudum Illustris princeps et inclite recordationis Thomas Wodestok
dux Gloucestrie Comes Essex' et Bukyngham ac magnus Constabularius Anglie in honore et laudem
summe et individue Trinitatis peccatorumque suorum redemptionem prefatum collegium catholice fundavit atque
stabilivit in eodemque Collegio ordinavit novem fore presbiteros quorum unum voluit Gubernatorem Custodem sive
Magistrum vocari, et ultra huiusmodi novem presbiteros duos ordinavit clericos et duos choristas imperpetuum ac quotidie
summe Trinitati inibi ministraturos. Idemque Illustris dux Thomas dux et fundator predictus ad dicti guberna-
toris Magistri sive Custodis presbiterorum clericorum et choristarum predictorum subventionem et sustentationem perpetuam, oneraque
alia eiusdem collegii supportanda tantummodo subscripta concedi approbari et donari fecit et procuravit. In
primis ecclesiam tunc parochialem de Plecy cuius proventuum et emolumentorum quorumcumque verus valor annuus ultra
onera eidem Magistro sive Custodi et presbiteris tunc eiusdem incumbentia summam trium librarum sex solidorum octo denariorum
communibus annis non excedit, eisdem et eorum collegio predicto concedi obtinuit. Item Maneria subscripta ad eundem effectum
concessit videlicet Manerium de Whitstaple cuius valor annuus annis communibus summam triginta librarum non excedit /
Item Manerium de Bokyngfeld cuius valor annuus annis communibus summam quindecim librarum quatuordecim solidorum
non excedit. Item Manerium de Ffambrigge cuius valor annuus annis communibus viginti septem libras undecim
solidorum non excedit / Item Manerium de Welbery cuius valor annuus annis communibus summam decem librarum non excedit /
Item Manerium de Berneston cuius valor annuus annis communibus xxx libras non excedit, quorum omnium et singulorum tam
ecclesie quam Maneriorum predictorum proventuum redditum et emolumentorum verus valor annuus in toto summam Centum sex
librarum undecim solidorum octo denariorum communibus annis non excedit / Verum quia Redditus proventus atque emolumenta
huiusmodi adeo etiam tantum hiis diebus plus solito decreverunt, et sunt notorie diminuta quod ex eo et de eis eisdem numerus per-
sonarum huiusmodi sustentari, cultusque divinus inibi observari et continuari hospitalitasque debite teneri, ac alia onera
ordinaria et extraordinaria eisdem Custodi presbiteris atque clericis incumbentia congrue et decenter supportari non
valent, nisi aliunde eisdem misericorditer subveniatur. Predicta ecclesia de Whitstaple cuius patronatum Magistri sive
Custos atque presbiteri et clerici prefati obtinere noscuntur satis fertilis et habundans in proventibus existit ex quibus
proventibus eiusdem prefate ecclesie de Whitstaple, ceteraque omnia onera eidem incumbentia supportata, necessitatibus predicti
Collegii Magistri ac presbiterorum et aliorum clericorum eiusdem in premissis competenter subveniri poterit, si ipsam dicto collegio
Magistro sive Custodi et presbiteris Reverendissime paternitatis vestre pietas dignum duxerit appropriare. Que omnia et singula
fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta et famosa, ac de et super omnibus et singulis premissis diu ante hec
tempora laborabant publica vox et fama in villa de Plecy predicta ac aliis locis convicinis. Unde facta fide in
hac parte de iure requisita humiliter supplicat pars dicti Magistri sive Custodis ac presbiterorum et clericorum quatinus
huiusmodi fructus modernos redditus et proventus annuos Collegii de Plecy predicti in et ad sustentationem congruam
et sufficientem numeri predicti, ceterorumque onerum predictorum nimis tenues et exiles fore, dictamque igitur ecclesiam parochialem
de Whitstaple cum suis iuribus et pertinentiis universis ex causis premissis in relevamen et sustentationem onerum huiusmodi
eisdem Magistro sive Custodi et presbiteris clericis et choristis ac dicto collegio et successoribus suis imperpetuum usibus pro
perpetuo possidendam concedere, ipsamque eisdem unire annectere incorporare et appropriare. Ipsiusque ecclesie parochialis de
Whitstaple parochianorum quoque eiusdem curam per unum capellanum idoneum dictis Magistro sive Custodibus et Collegii ac suis
suorum sumptibus et expensis conducendum et sustentandum deinceps geri et exerceri, gerique et exerceri debere auctoritate
vestra ordinaria pronunciare decernere et declarare dignemini intuitu caritatis / Ulteriusque fieri statui et decerni in
premissis et ea concernentibus quibuscumque quod satis in hac parte convenit institutis ac qualitas et natura huiusmodi

negocii unionis annexionis et appropriacionis exigit et requirit / Unde proponit et fieri petit pars dictorum magistri et presbiterorum ac clericorum predictorum coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probandum sed quatenus probaverit in premissis eatenus petit quod obtineat in petitis iuris beneficio in omnibus semper salvo / vestrum officium humiliter implorando / lucidiusque / veritatem continere / Idcirco Nos Thomas presbiter Cardinalis et Archiepiscopus antedictus in hac parte legitime procedentes ac servatis de iure servandis Christi nomine primitus invocato / ac solum deum oculis nostris preponentes / prehabita in hac parte licencia metuendissimi principis et domini domini nostri Regis Edwardi quarti de iurisperitorum consilio cum quibus communicavimus in hac parte / presente Archidiacono nostro Cantuariensi infra cuius Archidiaconatus ambitum dicta ecclesia parochialis notorie dinoscitur consistere / Ac unioni annexioni incorporacioni et approbacioni huiusmodi / salvis iurisdiccione et indempnitate Archidiaconatus sui predicti consensum et assensum suum prebente / ac de consilio expressoque consensu et assensu prioris et Capituli ecclesie nostre Cantuariensis eorum similiter iurisdiccione et indempnitate salvis in hac parte habito et prestito / atque supplicacione et assensu dictorum patronorum et aliorum quorum interest in hac / parte fructus redditus et proventus annuos Collegii de Plecy predicti in et ad sustentacionem congruam et sufficientem minime predicti prefatorum magistri presbiterorum ac clericorum et successorum suorum onerumque eisdem et ipsi collegio incumbencium minus tenues et exiles fore / prefatamque ecclesiam de Wyhtstaple que de patronatu ipsorum magistri sive Custodis presbiterorum et clericorum ac collegii existit in fructibus et proventibus fertilem esse et habundare atque ad ea que in supplicacione predicta nobis in hac parte porrecta contenta sunt et prout in eadem continentur sufficere / Ideo de et cum consensibus et assensibus predictis ut predicitur expresse habitis et prestitis ipsam ecclesiam parochialem de Wyhtstaple sepedictam cum suis iuribus et pertinenciis universis supradictis magistro sive Custodi presbiteris et clericis dictoque collegio pro perpetuo univimus annectimus incorporamus et appropriamus Ac in relevamen et sustentacionem onerum huiusmodi eisdem magistro sive Custodi presbiteris et clericis et successoribus suis ipsique collegio in suos proprios usus perpetuo possidendam concedimus / Iuribus et consuetudinibus nostris et ecclesie Cathedralis nostre antedicte dignitate nobis et successoribus nostris / in et de ecclesia parochiali debitis et consuetis / Iuribus quoque et consuetudinibus predictis nostri Capituli Archidiaconique Cantuariensis et successorum suorum ipsiusque Archidiaconatus in omnibus supremis minime comprehensis ac indempnitatibus nostris ac successorum nostrorum Capituli ecclesie nostre et Archidiaconi ac successorum suorum et Archidiaconatus Cantuariensis / quemadmodum inferius specificabitur semper salvis / Volentes tamen quod ecclesia parochialis de Wyhtstaple predicta debitis propterea defraudetur obsequiis / aut quod cura negligatur in eadem / Curam ecclesie parochialis et parochianorum eiusdem Curam per unum capellanum idoneum infra ipsam parochiam residentem et residere debentem dictorum magistri sive Custodis presbiterorum et clericorum successorumque suorum et collegii sumptibus et expensis absque titulo tamen perpetuo in ipsa ecclesia obtinendo conducendum et sustentandum / et ad minus duodecim marcas legalis monete Anglie pro salario et sustentacione sua simul cum competenti mansione sive habitaculo / cuius singulis ad quatuor anni terminos infra parochiam predictam recepturum et habiturum / deinceps exercendum ministrandum et gerendum fore exercere ministrare et gerere debere auctoritate nostra ordinaria decernimus et declaramus / Eadem insuper auctoritate eciam decernimus quod onera alia omnia et singula ordinaria et extraordinaria quecumque que Rector ecclesie parochialis predicte ante unionem annexionem appropriacionem et incorporacionem huiusmodi supportare et subire consuevit / ipsi Custos sive magister presbiteri et clerici proprietarii predicti pro tempore existentes et ipsum collegium deinceps durante unione annexione appropriacione et incorporacione predictis subeant agnoscant et supportent / ac fideliter persolvant / Ulterius quoque dictis magistro sive Custodi et eius successoribus concedimus / et quo res maiori firmitate et auctoritate procedat per nostrum decretum decernimus / quod quandocumque cedente vel decedente Rectore dicte ecclesie parochialis incumbente seu eam quomodolibet dimittente / ipsaque vel qualitercumque vacante aut alias vacante liceat eidem Custodi sive magistro et eius successoribus cuicumque per se vel alium procuratorem suum legitimum eius nomine ipsam ecclesiam et eius possessionem ingredi / ipsiusque possessionem apprehendere et nancisci / eamque libere et licite retinere / et occupare fructusque et emolumenta eiusdem quecumque percipere et habere / et de eisdem ad usum eius dictorumque presbiterorum et clericorum ac successorum suorum et collegii predicti disponere ordinare et distribuere / Nostra seu alterius cuiuscumque alia licencia et auctoritate ad hoc non petita auctoritate presencium tenore impartimur / Proviso tamen omnino quod nec Custos sive magister dicti Collegii modernus nec aliquis successorum suorum per se vel alium prius ecclesiam ipsam aut eius possessionem ingredi vel apprehendere / aut quicquam aliud de premissis facere presumat / quin ipse in persona sua super sancta dei evangelia coram nobis aut successoribus nostris pro temporibus suis / existentibus nostro vel aut eorum alicuius Commissario vel Archidiacono Cantuariensi aut eius successoribus pro temporibus suis existentibus / aut eius vel eorum alicuius Officiali in presencia Tabellionis et testium iuramentum prestiterit corporale / de fidelibus et sine contradiccione atque dilacione quacumque solvendis pensionibus infrascriptis et in terminis infrascriptis pro indempnitatibus nobis et successoribus nostris atque capitulo ecclesie nostre et Archidiacono Cantuariensi et / successoribus suis ut inferius continetur limitatis et assignatis / et decreto nostro super unione annexione appropriacionis et incorporacionis predictis per nos in omnibus suis partibus se obedire et obtemperare in virtute sui huiusmodi iuramenti fideliter promiserit / Et si Custos sive magister dicti Collegii modernus vel aliquis eius successor aut dicti presbiteri seu clerici vel aliquis alius huiusmodi Custodis sive magistri presbiterorum aut clericorum nomine vel pro eis aut eorum aliquo / cuius factum ipsi Custos sive magister presbiteri aut clerici ratum habuerint contrarium facere presumpserint aut fructus proventus seu emolumenta dicte ecclesie parochialis in aliquo ad dictorum Custodis sive magistri presbiterorum clericorum aut aliorum eorum usum vel comodum quoquomodo converterit ante iuramentum huiusmodi ut predicitur prestitum vel postquam ut prefertur prestitum fuerit / dicti Custos sive magister presbiteri aut clerici decreto nostro super huiusmodi unione annexione appropriacione sive incorporacione facto et interposito in aliqua sui parte contravenire presumpserint vel illud in aliqua sui parte per appellacionem querelam aut aliam iuris vel facti viam infringere vel impugnare sine nostra auctoritate seu licencia speciali temptaverint / volumus quod auctoritas nostra super unione annexione appropriacione et incorporacione predictis per nos interposita nullam firmitatem aut vigorem ipsi unioni annexioni appropriacioni aut incorporacioni tribuat quoquomodo / Et quod illa nullius penitus sit vigoris aut momenti / nec ab illa auctoritate nostra aut unione annexione appropriacione vel incorporacione volumus dictos Custodem sive magistrum presbiteros aut clericos quoquomodo comodum consequi aut utilitatem / cuius intencione effectum modum aut formam sua temeritate fraude aut malicia in aliqua eius parte presumpserit eludere vel impugnare / Et quia ex predictis unione annexione appropriacione et incorporacione prefate parochialis ecclesie nobis et successoribus nostris / ac capitulo ecclesie nostre predicte et Archidiacono nostro Cantuariensi / infra cuius Archidiaconatus ambitum predicta parochialis ecclesia consistere dinoscitur / et ad quem sub visitandi ipsam ecclesiam et parochianos eiusdem / ac procuraciones racione eiusdem recipiendi et habendi / Proventus quoque in eandem ecclesiam induccionis fructus quoque obvenciones et emolumenta quecumque ad ipsam ecclesiam qualibetcumque tempore vacacionis eiusdem spectancia quandocumque vacaverit iure et nomine Archidiaconatus sui percipiendi et habendi tam de iure et fundacione ipsius Archidiaconatus quam ex laudabili legitimeque prescripta consuetudine a tempore eciam et per tempus cuius contrarii memoria hominum non existit pacifice et inconcusse in ea parte usitata et observata / aliaque omnia et omnimoda iurisdiccio Archidiaconalis in eadem dinoscitur, notorie perpetuo multa et varia incommoda provenire possint in futurum nisi nobis et successoribus nostris Capituloque ecclesie nostre predicte et Archidiacono huiusmodi et successoribus suis et Archidiaconatui predicto aliasque in hac parte auctoritate nostra ordinaria provideatur. De consensu et assensu atque voluntate dicti Capituli ecclesie Christi nostri Cantuariensis nunc existentis acetiam dictorum Custodis sive Magistri presbyterorum et clericorum scolarium pro se et successoribus suis ac collegium predictum pro eadem ecclesia parochiali predicta, et eius nomine, ipsamque ecclesiam parochialem in omnibus et singulis unione annexione appropriatione et incorporatione eiusdem eis et eorum collegio faciendam concernentibus nobis ac nostro decreto submittentium dictam ecclesiam parochialem sic unitam annexam appropriatam et incorporatam nobis et successoribus nostris dictoque ecclesie nostre Capitulo ac prefato Archidiacono nostro et successoribus suis pro indempnitatibus nostris et suis pensionaria fore pro perpetuo decernimus et constituimus in pensionibus infrascriptis. Onerantesque et ordinamus eandem ipsam parochialem in hac parte, et prefatos perpetuarios eorumque successores quoscumque in eadem pro tempore existentes in vim submissionis predicte, auctoritateque nostra ordinaria, in et cum pensionibus eisdem, decernentes statuentes et ordinantes, tam de et cum consensibus et assensibus predictis quam vigore submissionis huiusmodi quod in recompensam dampnorum et incommodorum predictorum Magister sive Custos presbyteri et clerici collegii predicti moderni et eorum successores imperpetuum stante et durante unione annexione appropriatione et incorporatione predictis nobis et successoribus nostris pro tempore existentibus singulis annis in festo sancti Michaelis Archangeli mensis Septembris contingente, vel infra quindecim dies proxime sequentes tres solidos quatuor denarios. Capitulo ecclesie nostre supradicte singulis annis in eodem festo vel infra huiusmodi quindecim dies proxime sequentes viginti denarios. Et Archidiacono ecclesie nostre moderno et successoribus suis quibuscumque pro tempore existentibus singulis futuris annis imperpetuum in predicto festo sancti Michaelis vel infra dictos quindecim dies proxime sequentes tresdecim solidos quatuor denarios, fideliter solvere teneantur. Volumus etiam et ordinamus quod ex fructibus et proventibus eiusdem ecclesie parochialis predicte inter pauperes parochianos ibidem per viam elemosine in quadragesima annuatim imperpetuum per dictos perpetuarios tres solidos quatuor denarios fideliter distribuant. Decernimus etiam et statuimus si aliqua pensionum predictarum ratione indempnitatis prefatarum termino predicto solvenda a retro fuerit in toto vel in parte non soluta per quindecim dies post dictum festum sancti Michaelis quod liceat nobis et successoribus nostris quibuscumque Archidiaconoque Cantuariensi moderno et eius successoribus quibuscumque, parte dictorum perpetuariorum in eadem ecclesia parochiali predicta tantummodo et non alibi vocata, tam ex officio quam ad partis petitione cuius interfuerit ipsam ecclesiam ecclesiastico supponere interdicto, fructusque proventus et emolumenta eiusdem sequestrare ecclesiamque ipsam sic tenere suppositam, et fructus proventus et emolumenta eiusdem sic sequestrata tenere donec de pensione illa vel eius parte sic a retro existente, simul cum omnibus et singulis expensis ratione non solutionis sive dilationis huiusmodi et earum occasione factis plenarie satisfactum fuerit. Premissa omnia et singula modo et forma premissis facta et tractata, per hanc nostram sententiam sive decretum pronunciamus decernimus et diffinimus perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere. In quorum premissorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes litteras sive presens publicum instrumentum exinde fieri ac per discretos viros magistros Johannem Jeuan et Johannem Beele notarios publicos et scribas nostros se inferius subscribentes in huiusmodi negotio per nos ad hoc assumptos et deputatos signari et subscribi nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Data et acta sunt hec in Capella manerii nostri de Lamehith predicti sub anno ab incarnatione domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, Indictione undecima, die vero Martis mensis Februarii decimo, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti anno septimo. Presentibus tunc ibidem venerabilibus et discretis viris magistris Willelmo Pykenham legum doctore Archidiacono Suffolchie in ecclesia Cathedrali Norwicensi et Johanne Thwaytys in sacra theologia bacallario Eboracensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Johannes Jeuan in utroque Jure bacallarius clericus Menevensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius Quia dicte sententie sive decreti super unione annexione incorporatione et appropriatione eiusdem ecclesie parochialis de Whitstaple predicte prolationi lecture et promulgationi ceterisque premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur. sub anno domini Indictione Pontificatu mense die et loco supradictis per prefatum Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Thomam Cardinalem et Archiepiscopum supradictum et coram eo ut prefertur. agebantur. et fiebant una cum prenominatis testibus et discreto viro magistro Johanne Beele notario publico infrascripto se subscribente presens personaliter interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, Ideoque hoc presens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum de mandato Reverendissimi patris prenominati exinde confectum signo et nomine meis solitis et consuetis una etiam cum appensione sigilli Reverendissimi patris supradicti specificati signavi et manu mea propria me hic subscripsi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Et ego Johannes Beele clericus Bathoniensis et Wellensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius Quia dicte sententie sive decreti super unione annexione incorporatione et appropriatione eiusdem ecclesie parochialis de Whitstaple predicte prolationi lecture et promulgationi ceterisque premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur. sub anno domini Indictione pontificatu mense die et loco supradictis per prefatum Reverendissimum in Christo patrem et dominum Thomam Cardinalem et Archiepiscopum supradictum et coram eo ut prefertur. agebantur. et fiebant una cum prenominatis testibus et venerabili viro magistro Johanne Jeuan notario publico supranominato se subscribente presens personaliter interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideoque hoc presens publicum instrumentum per alium fideliter scriptum de mandato ipsius Reverendissimi in Christo patris exinde confeci publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli Reverendissimi in Christo patris supranominati signavi, ac manu mea propria me hic subscripsi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Et nos Thomas permissione divina Prior ecclesie Christi Cantuariensis et eiusdem loci Capitulum omnia et singula suprascripta et contenta quantum ad nos attinet et quantum de Jure possumus auctoritate capituli nostri ratificamus approbamus et pro perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere tenore presentium confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Data Cantuarie in domo nostra Capitulari quantum ad sigillationem xxvij°. die Marcij. Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo.

Et nos Willelmus Warham Archidiaconus Cantuariensis omnia et singula suprascripta et contenta quantum ad nos attinet et quantum de Jure possumus ratificamus approbamus et pro perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere tenore presentium confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus apponi fecimus. Data quoad sigillationem presentium xxxj°. die mensis Maij. Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo.

Memorandum quod xxvj°. die mensis Maij Anno domini supradicto Magister Johannes Grott magister modernus domus sive Collegii de Plesy London diocesis comparuit personaliter coram domino apud Lamehith et tunc et ibidem coram eodem prestitit Juramentum ad sancta dei evangelia de observando omnia et singula premissa etc.

Fundacio Cantarie Sancte Trinitatis in ecclesia parochiali de Magna Charte in Com[itatu] Kancie ordinate vulgariter nuncupate Goldwells chauntrye

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis vel audituris Nicholaus Goldwell clericus unus executorum testamenti Reverendi patris Jacobi Goldwell nuper Episcopi Norwicensis / Salutem in domino sempiternam. Universitati vestre notum facio per presentes quod cum excellentissimus princeps Henricus dei gratia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie septimus vicesimo octavo die Maii Anno Regni sui vicesimo per litteras suas patentes de gratia sua speciali ac ex certa scientia et mero motu suis concesserit et licentiam dederit pro se et heredibus suis quantum in ipso fuit michi prefato Nicholao quod Ego vel executores mei aut administratores bonorum et catallorum meorum vel unus aliquis seu aliqui eorundem quandam Cantariam perpetuam de uno Capellano perpetuo ad altare sancte Trinitatis in ecclesia parochiali de Magna Charte in Comitatu Kancie pro salubri statu ipsius domini Regis liberorum suorum et mei predicti Nicholai dum vixerimus. Ac pro anima dicti Episcopi et animabus patris et matris suorum necnon pro anima dicti domini Regis et animabus liberorum suorum ac pro anima mei Nicholai cum ab hac luce migraverimus / et omnium fidelium defunctorum exoraturum, aliaque divina suffragia et pietatis opera iuxta ordinacionem meam vel executorum meorum sive administratorum bonorum et catallorum meorum aut unius aliorum vel aliquorum in hac parte faciendam imperpetuum celebraturum facere fundare erigere creare et stabilire possim aut possint / Et quod Cantaria illa cum sic facta fundata erecta creata et stabilita fuerit / Goldwells Chauntry in ecclesia de Magna Charte imperpetuum nuncupetur. Et quod capellanus Cantarie predicte cum Cantaria illa sic facta fundata creata et stabilita fuerit habeat successionem perpetuam. Et quod idem Capellanus et successores sui capellani Cantarie illius sint et eorum quilibet sit unum corpus in re et nomine ac persone habiles et capaces in lege ad perquirendum terras et tenementa redditus reversiones et servicia in feodo et perpetuitate / Et quod capellanus Cantarie predicte et successores sui et eorum quilibet per nomen capellani cantarie de Goldwells chauntrye in ecclesia de Magna Charte fundate prosequi et implacitare necnon implacitari ac respondere possit et possint in quibuscumque curiis spiritualibus et temporalibus tam coram ipso Rege heredibus et successoribus suis quam coram quibuscumque Justiciis et Judicibus spiritualibus et temporalibus in omnibus et singulis actionibus realibus et personalibus ac mixtis sectis querelis et demandis prout in eisdem litteris patentibus plenius continetur. Ego prefatus Nicholaus vigore et auctoritate earundem litterarum patentium ac de licentia et consensu Rectoris dicte ecclesie parochialis de Magna Charte et Capituli dominorum ac aliorum quorum interest in hac parte ad faccionem fundacionem erectionem creationem et stabilimentum Cantarie predicte iuxta omnem vim formam et effectum litterarum dicti domini Regis predictarum procedo in hunc modum / In primis in nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti / Ego Nicholaus Goldwell antedictus virtute et auctoritate dictarum litterarum patentium unam Cantariam perpetuam de uno capellano perpetuo ad predictum altare sancte Trinitatis singulis diebus pro salubri statu dicti domini Regis et liberorum suorum ac mei predicti Nicholai vel superviventis dum vixerimus / et pro anima dicti Episcopi et animabus patris et matris suorum necnon pro anima eiusdem domini Regis et animabus liberorum suorum ac pro anima mea cum ab hac luce migraverimus / et pro anima Alicie Goldwell et animabus omnium fidelium defunctorum exoraturum / aliaque divina suffragia et pietatis opera iuxta istam meam presentem ordinacionem inferius specificanda imperpetuum celebraturum dictam Cantariam sic per me vel superviventem factam fundatam erectam creatam et stabilitam Goldwells chauntrye in ecclesia de Magna Charte imperpetuum volo nuncupari / Ac dominum Stephanum Tryppe presbiterum secularem primum Capellanum predicte Cantarie ordino nomino et preficio ipsumque capellanum in corporalem possessionem eiusdem Cantarie pono cum suis Juribus et pertinentiis quibuscumque / Volo etiam ordino et declaro quod dictus Capellanus et successores sui singulis diebus imperpetuum missam celebrent ad altare predictum pro animabus antedictis nisi propter infirmitatem senium aut aliam causam racionabilem fuerit excusandus. Et quod ipse Capellanus et successores sui in singulis missis per ipsos celebrandis dicent has collectas videlicet Deus qui caritatis dona pro vivis. et Deus cui proprium est misereri pro defunctis / cum secretis et postcommunionibus earundem. proviso semper quod in omni septimana in qualibet quinta feria si eo die commode fieri poterit / aliquin aliquo alio die dicantur exequie mortuorum per ipsum Capellanum et successores suos cum missa de Requiem in crastino pro animabus predictis. Et quod Capellanus predictus pro tempore existens ad quamlibet missam per ipsum celebrandam ad altare predictum evangelio dicto conversus ad populum antequam ad lavatorium accedit / oret pro salubri statu dicti domini Regis et liberorum suorum et mei prefati Nicholai dum in humanis fuerimus / et animabus predictis dicet palam coram populo psalmum / De profundis. cum orationibus videlicet Deus qui caritatis pro vivis. et pro mortuis Absolve quesumus / Volo etiam quod licet idem capellanus et successores sui propter senium decrepitudinem aut aliam infirmitatem missam celebrare nequiverint huiusmodi tamen Capellanus eadem Cantaria nullo modo privetur nec ab eadem amoveatur. Sed habeat et teneat Cantariam predictam cum suis Juribus proficuis et commoditatibus quibuscumque pro termino vite sue ad exorandum pro animabus antedictis in aliis orationibus suis per ipsos deo fundendis nisi propter aliquam aliam racionabilem causam fuerit privandus aut inde amovendus. Preterea volo ordino statuo et declaro quod dictus Capellanus et successores sui vesperis missis et matutinis processionibus rogacionibus antiphonis et aliis orationibus et divinis serviciis per notam in eadem ecclesia celebrandis omnibus diebus dominicis et aliis diebus festivalibus ac diebus Rogacionum et in eisdem Rogacionibus et processionibus fiendis et aliis diebus quando divinum servicium in eadem ecclesia per notam celebratur sint presentes in superpelliciis / et eisdem sint auxiliantes / nisi propter infirmitatem aut aliam causam racionabilem fuerint excusandi. Et quod idem capellanus aut successores sui se non absentabunt ab eadem Cantaria ultra decem dies infra quarterium cuiuslibet anni sine licentia Rectoris ecclesie de Magna Charte / pro tempore existentis, nec cum eius licentia ultra viginti dies infra quarterium cuiuslibet anni / nisi propter aliquam necessitatem et racionabilem causam Rector eiusdem ecclesie pro tempore existens viderit forte expediens congruum et oportunum eundem Capellanum ultra huiusmodi viginti dies ab eadem Cantaria se absentare /. Et insuper volo ordino statuo et declaro quod nullus Capellanus Cantarie predicte quamdiu eandem occupaverit / aliquod aliud beneficium ecclesiasticum curatum vel non curatum recipiat vel retineat vel admittat aut stipendium aliquod aliunde recipiat / quocumque titulo vel colore, nec alicui alii deserviet in futurum. Et quod idem Capellanus et successores sui tempore admissionis sue coram Rectore eiusdem ecclesie de Magna Charte pro tempore existente Juramentum ad sancta dei evangelia per ipsos tacta prestent / et faciant / quod inviolabiliter observabunt / omnia Jura ordinaciones et statuta istam Cantariam concernentia quatenus ad eos pertinet. Ulterius volo et ordino / statuo et declaro / quod quotienscumque eandem Cantariam imposterum per mortem cessionem privacionem aut alicuius beneficii acceptacionem seu alias qualitercumque vacare contigerit quod ego prefatus Nicholaus Goldwell dum vixero, et post decessum meum Recti heredes Willelmi Goldwell patris mei prefati Nicholai alium Capellanum idoneum et honestum ad et in Cantariam predictam infra duos menses tempore vacacionis huiusmodi continue numerandos / admittemus recipiemus preficiemus et imponemus /. Et ulterius volo ordino et concedo quod si ac quotiens contingat dictam Cantariam per duos menses tempore vacacionis dicte Cantarie continue ut premittitur numerandos vacare sive vacuam existere / et nullus capellanus ad eandem Cantariam infra illos duos menses ut predictum est admissus et receptus fuerit / quod tunc Rector predicte ecclesie de Magna Charte pro tempore existens / alium

Capellanum idoneum et honestum ad et in Cantariam illam post predictos duos menses elapsos infra alios duos
menses tunc proximo sequentes admittet recipiet et imponet. Item statuo ordino et volo quod Rector ecclesie parochialis
de Charte magna pro tempore existens sit ordinarius predicte Cantarie: cui do et concedo quantum in me
est potestatem Capellanum sepefate Cantarie vulgariter nuncupate Goldwells Chauntrye reformandi
puniendi et si necesse fuerit privandi. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui Dat' xxj°
die Junij. Anno regni Regis Henrici septimi post Conquestum Anglie vicesimo.

Fundacio Cantarie Willelmi Lovelace in Capella beate Marie virginis in ecclesia parochiali de Bethersden ordinata.

Universis et singulis Christi fidelibus presentium continentiam visuris vel audituris Willelmus Goldwell
et Thomas Elyot Salutem in domino sempiternam. Cum dominus Rex nuper per literas suas patentes quarum data est vicesimo
nono die Octobris Anno regni Regis Henrici septimi post Conquestum tercesimonono de gratia sua speciali ad laudem et
honorem dei omnipotentis et gloriosissime virginis Marie ac sancte Margarete omniumque sanctorum concessit et licenciam
dedit pro se et heredibus suis quantum in ipso est nobis prefatis Willelmo et Thome heredibus et executoribus nostris
quod nos seu alter nostrum heredes vel executores nostri seu nostrum alterius unam cantariam perpetuam de uno capellano perpetuo
in Capella beate Marie virginis in ecclesia parochiali de Bethersden in Comitatu Kancie divina singulis diebus pro anima Willelmi
Lovelace ac pro animabus Johannis Lovelace et Johanne uxoris sue parentum Willelmi Lovelace et omnium fidelium de-
functorum iuxta ordinacionem nostrorum predictorum Willelmi Goldwell et Thome Elyot seu nostrum alterius heredum vel executorum
nostrorum seu nostrum alterius in hac parte faciendam et ordinandam celebraturo imperpetuum facere fundare erigere stabilire et creare
possimus et quod Cantaria illa sic facta fundata erecta stabilita et creata sit Cantaria Willelmi Lovelace in capella
beate Marie virginis in ecclesia parochiali de Bethersden imperpetuum nuncupetur. Et quod predictus Capellanus et successores sui
Capellani cantarie predicte postquam Cantaria illa facta fundata erecta stabilita et creata fuerit sint corpus perpetuum
quodque Capellanus predictus et eius successores capellani Cantarie predicte imperpetuum per nomen Capellani Cantarie
Willelmi Lovelace in capella beate Marie virginis in ecclesia parochiali de Bethersden prosequi et implacitare necnon
implacitari ac respondere possint in quibuscumque Curiis spiritualibus et temporalibus tam coram ipso Rege heredibus et successoribus
suis quam coram quibuscumque Justiciariis et Judicibus spiritualibus et temporalibus in omnibus et singulis accionibus realibus et
personalibus ac mixtis sectis querelis et demandis prout in eisdem literis patentibus plenius continetur. Nos antedicti
Willelmus Goldwell et Thomas Elyot virtute et auctoritate dictarum literarum patentium unam Cantariam perpetuam de uno
Capellano perpetuo in dicta capella beate Marie divina singulis diebus pro anima dicti Willelmi Lovelace ac aliis animabus
antedictis celebraturo imperpetuum facimus fundamus erigimus stabilimus et creamus per presentes dictamque cantariam
Cantariam Willelmi Lovelace in capella beate Marie virginis in ecclesia parochiali de Bethersden imperpetuum volumus
nuncupari Ac Edmundum White primum Capellanum eiusdem Cantarie ordinamus nominamus et preficimus ipsumque
Capellanum in corporalem possessionem eiusdem Cantarie ponimus cum suis iuribus et pertinenciis quibuscumque. Volumus
etiam ordinamus statuimus et declaramus quod dictus Capellanus et successores sui singulis diebus imperpetuum
missam celebrent in capella antedicta pro animabus antedictis nisi propter infirmitatem senium aut aliam causam
racionabilem fuerint excusandi. Et quod ipse Capellanus et successores sui in singulis missis per ipsos celebrandis dicat
has collectiones viz. Deus qui caritatis etc. pro vivis et Deus cui proprium est misereri etc. pro defunctis cum secretis
et postcommunionibus earundem. Volumus etiam quod licet idem Capellanus aut successores sui propter senium decrepitu-
dinis aut aliam infirmitatem missam celebrare nequiverit huiusmodi tamen capellanus ab eadem cantaria nullo modo
privetur nec amoveatur. Sed habeat et teneat Cantariam predictam cum suis iuribus et pertinenciis proficuis et commoditatibus
quibuscumque pro termino vite sue ad exorandum pro animabus antedictis in aliis oracionibus suis per ipsos deo fun-
dendis nisi propter aliquam aliam racionabilem causam fuerit privandus aut inde amovendus. Preterea volumus
ordinamus statuimus et declaramus quod dictus capellanus et successores sui missis vesperis et matutinis
horis canonicis processionibus rogacionibus antiphonis et aliis oracionibus et divinis serviciis per notam in eadem
ecclesia celebrandis omnibus diebus dominicis et aliis diebus festivalibus ac diebus Rogacionum in eisdem Rogacionibus
et processionibus fiendis Ac in diebus Cene domini Pasche vigiliis et aliis diebus quando divinum servicium in eadem
ecclesia per notam celebratur sint presentes in superpelliciis et eisdem sint auxiliantes nisi propter infirmitatem
aut aliam causam racionabilem fuerint excusandi. Ac etiam quod idem capellanus et successores sui anniversariis
imperpetuum exequiis et missis in eadem ecclesia pro animabus antedictis observandis in superpelliciis sint presentes
et auxiliantes. Et quod idem Capellanus et successores sui semel in septimana singulis septimanis imperpetuum
viz. die veneris vel alio die si in die illo propter aliquam causam racionabilem fieri non poterit dicant
Placebo et Dirige cum commendacione pro defunctis et pro animabus antedictis nisi infirmitate aut
alia causa racionabili fuerint prepediti. Volumus etiam ordinamus statuimus et declaramus quod idem
Capellanus aut successores sui se non absentabunt ab eadem Cantaria ultra octo dies infra quarterium
unius anni sine licencia vicarii eiusdem ecclesie pro tempore existentis nec cum huiusmodi licencia ultra viginti dies
infra quarterium unius anni nisi propter aliquam urgentem et racionabilem causam vicario eiusdem ecclesie pro
tempore existenti videbitur fore expediens congruum et oportunum eundem capellanum ultra huiusmodi viginti dies
ab eadem Cantaria se absentare. Et insuper volumus ordinamus statuimus et declaramus quod nullus
Capellanus Cantarie predicte quamdiu eandem occupaverit aliquod aliud beneficium ecclesiasticum curatum vel non
curatum recipiat vel retineat vel admittat aut stipendium aliquod aliunde percipiat quocumque titulo vel colore neque
alicui alii deserviat in futurum. Et quod idem Capellanus et successores sui tempore admissionis sue coram vicario
predicte ecclesie de Bethersden pro tempore existente Juramentum ad sancta dei evangelia per ipsos tacta prestent et faciant
quod inviolabiliter observabunt omnia iura ordinaciones et statuta ac proprietates quatenus ad eos attinet. Vo-
lumus etiam ordinamus statuimus et declaramus quod quociensque eandem Cantariam imposterum per mortem
cessionem permutacionem aut alicuius beneficii acceptacionem seu alias qualitercumque vacare contigerit quod ego prefatus
Willelmus Goldwell et heredes mei alium Capellanum idoneum et honestum ad et in cantariam predictam infra quindecim
dies proximo sequentes post huiusmodi vacacionem admittemus recipiemus preficiemus et imponemus. Et ulterius
ordinamus et concedimus quod si ac quociens contingat dictam Cantariam per unum integrum quarterium unius
anni vacare sive vacua existere et nullus capellanus ad eandem Cantariam infra quarterium illud ut
predictum est admittatur et recipiatur quod tunc et tociens vicarius eiusdem ecclesie pro tempore existens alium
Capellanum idoneum et honestum ad et in Cantariam illam post huiusmodi quarterium anni sic devolutum admittet
recipiet et imponet. Volumus etiam et concedimus ac ordinamus per presentes quod Johannes Goldwell

filiis nostri predicti Willelmi et heredum suorum campanis in eadem ecclesia parochiali predicta prout moris est pro defunctis sollempniter pulsatis anniversarium suum obitum predicti Willelmi Lonclart per predictum Johannem Goldwell et heredes suos singulis annis imperpetuum infra dictam ecclesiam sollempniter custodiant et faciant celebrari in forma sequenti videlicet in crastino Annunciacionis beate Marie Virginis vel in alia die statim post octabas Pasche si in crastino illo propter aliquam causam racionabilem fieri non poterit Placebo et Dirige cum novem lectionibus et suis antiphonis versiculis et responsoriis cum missa de Requiem cum nota pro animabus antedictis et omnium fidelium defunctorum per eiusdem ecclesie ministros. Et quod idem Johannes Goldwell et heredes sui habeant annuatim imperpetuum pro laboribus suis duos solidos percipiendos de eodem annuo redditu viginti solidorum per nos prefato Johanni Goldwell et heredibus suis imperpetuum eadem pro obitu in forma predicta secundum ultimam voluntatem predicti Willelmi Lonclart custodiendo concessorum. In cuius rei testimonium nos prefati Willelmus Goldwell et Thomas Elyot presentibus sigilla nostra apposuimus. Datum vicesimo die Novembris anno regni regis Henrici Sexti post conquestum Anglie tricesimo nono.

Composicio facta inter Archiepiscopos Cantuar' et Ebor' super quibusdam litibus et contencionibus confirmata per bullam sub plumbo etc. super baiulacione crucium etc.

Sub vj.

Innocencius episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam. In supreme dignitatis solio licet immeriti disponente domino constituti de universarum orbis ecclesiarum quarum cura nobis imminet generali statu pacifico quantum nobis ex alto permittitur solerter cogitamus ac eis que ut inter ipsarum ecclesiarum antistites pacis tranquillitas vigeat et concordie unitas invalescat provide facta sunt ut illibata persistant libenter adicimus apostolici muniminis firmitatem. Sane peticio venerabilium fratrum nostrorum Simonis Cant' et Johannis Ebor' Archiepiscoporum nobis nuper exhibita continebat quod orta dudum tam inter predecessores ipsorum Cant' et Ebor' Archiepiscopos qui fuerunt pro tempore quam eciam inter eos super eo quod Simon Cant' et sui predecessores se per totam Eboracensem et Johannes Ebor' et ipsius predecessores predicti se per totam Cant' provincias crucem erectam ante se deferri facere tam ex indultis sedis apostolice quam eciam de antiqua et approbata consuetudine posse dicebant materia questionis tandem post multas et diuturnas contenciones et lites inter ipsos et eorum predecessores predictos super hiis habitas dicti Simon et Johannes Archiepiscopi contencionibus et litibus huiusmodi finem imponere ac scandalis et periculis que exinde verisimiliter provenire poterunt obviare salubriter intendentes desideriis affectantes quandam super premissis inter se pro ipsorum et ecclesiarum suarum statu concordi et pacifico composicionem fecerunt prout in instrumento publico inde confecto ipsorum Simonis et Johannis Archiepiscoporum sigillis munito cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus plenius continetur. Quare pro parte eorundem Simonis et Johannis Archiepiscoporum nobis fuit humiliter supplicatum ut composicionem huiusmodi non obstante quod in ea consensus venerabilium fratrum nostrorum suffraganeorum eorundem Simonis et Johannis Archiepiscoporum et dilectorum filiorum ac prelatorum ecclesiasticorum in eisdem provinciis consistencium et Cant' ac Ebor' ecclesiarum capitulorum et clericorum aliorum provinciarum predictarum consensus minime intervenit ex certa sciencia confirmare omnemque alium defectum si quis in ea intervenerit supplere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque predictorum Simonis et Johannis Archiepiscoporum supplicacionibus inclinati composicionem huiusmodi ratam et gratam habentes illam non obstante quod in ea eorundem suffraganeorum prelatorum capitulorum et clericorum consensus ut prefertur minime intervenit ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus supplentes omnem alium defectum si quis forsan intervenerit in eadem. Tenor vero dicti instrumenti talis est. In dei nomine Amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio mensis Aprilis die vicesimo Indiccione sexta Pontificatus sanctissimi in Christo patris domini Innocencii pape sexti anno primo In palacio regio apud Westm' London' dioc' in mei Willelmi notarii publici infrascripti et discretorum virorum magistrorum Johannis de Leech decretorum doctoris Walteri de Aylleston iurisperiti ac Ade de Hilton clerici apostolica auctoritate notarii publici testium ad hoc vocatorum et rogatorum presencia Constituti personaliter Reverendi patres domini Simon Cant' et Johannes Ebor' Archiepiscopi quandam composicionem super baiulacione crucium suarum inierunt et ipsam in scriptis sub forma sequenti redigi et suis sigillis fecerunt unanimiter communiri. Universis pateat per presentes litteras inspecturis quod cum propter impedimenta delacionum crucium Reverendorum patrum dominorum Cant' et Ebor' Archiepiscoporum in suis provinciis indifferenter per eorum utrumque libere faciendarum varia possent in futurum scandala provenire mediante illustrissimo principe domino Rege Anglie ac in eius presencia pro bono pacis et concordie pro se suisque successoribus predictorum locorum Archiepiscopis futuris inter Reverendos in Christo patres dominos Simonem dei gracia Cant' Archiepiscopum tocius Anglie primatem et apostolice sedis legatum ac Johannem eadem gracia Eboracensem Archiepiscopum Anglie primatem et apostolice sedis legatum amicabiliter sic convenit. In primis quod idem Reverendus pater dominus Simon Cant' Archiepiscopus supradictus et successores eiusdem Archiepiscopi Cantuarienses crucem suam in civitate dioc' et tota provincia Eboracensi et per eas ante se deferri libere faciant ubicumque quandocumque et quocienscumque sibi placuerit absque turbacione et impedimento domini Johannis Ebor' Archiepiscopi supradicti et cuiuslibet successorum eiusdem seu alterius cuiuscumque ipsorum nomine vel mandato clam vel palam publice vel occulte. Item inter eos convenit quod idem Reverendus pater dominus Johannes Ebor' Archiepiscopus supradictus et successores eiusdem Ebor' Archiepiscopi crucem suam in civitate dioc' et tota provincia Cant' et per eas ante se ubique deferri libere faciat quandocumque et quociescumque sibi placuerit absque turbacione et impedimento eiusdem Reverendi patris domini Simonis Archiepiscopi Cant' predicti et cuiuslibet successorum eiusdem seu alterius cuiuscumque nomine vel mandato suis clam vel palam publice vel occulte. Sed idem dominus Johannes Ebor' Archiepiscopus predictus infra duos menses post datam presencium proxime sequentes ac quilibet eius successor Ebor' Archiepiscopus infra similes duos menses a tempore quo primo Cantuariensem provinciam post consecracionem suam de cetero ingressus fuerit pro delacione pacifica crucis sue in civitate dioc' et tota provincia Cant' absque impedimento dicti Reverendi patris domini Simonis Cant' Archiepiscopi et cuiuslibet sui successoris futuri imposterum facienda eidem domino Ebor' Archiepiscopo et successoribus suis per dictum dominum Cant' Archiepiscopum concessa et per eum et successores suos libere permittenda unum nuncium sollempnem videlicet Officialem suum Cancellarium Auditorem causarum vel unum doctorem legum seu unum militem ad ecclesiam Cath' Cant' cum una ymagine aurea valoris quadraginta librarum sterlingorum sculpta ad similitudinem Archiepiscopi crucem in manu sua deferentis vel iocali altero notabili aureo eiusdem valoris videlicet quadraginta librarum quem quidem valorem idem dominus Rex in cuius voluntate et arbitrio iidem domini Cant' et Ebor' Archiepiscopi quantum ad hoc se submiserunt specialiter declarabit efficaciter mittere et qualis nuncius sic mittendus statim postquam sic destinatus et ordinatus fuerit pro delacione

ymaginis vel iocale predict' iter effectualiter arripere / et gressus suos absque dolo et fraude versus dictam Cant'
ecclesiam continuare / et infra dictos duos menses consummare fideliter teneantur. Et quod huiusmodi munus ad ecclesiam ipsam
Cant' sic devolut' / dictam ymaginem vel iocale ad feretrum gloriosi martyris beati Thome dudum Cant' Archiepiscopi
in honore et reverentia dei ac ipsius martyris / Premunito ante ingressum Cimiterij dicte ecclesie domino priore vel suppriore
seu precentore ipsius ecclesie si presentes fuerint / aut saltem monacho custode feretri ipsius personaliter palam et publice
offerret / et devote /. Si vero contingat dictum Eboracensem Archiepiscopum aliquo postquam ingressus fuerit provinciam Cant' et
delacione crucis sue per tres dies fecerit in eadem ante finem duorum mensium oblacionem predictam feretro sancti Thome
ut premittitur non factam decedere / successor eiusdem proximus quamcumque ipsam oblacionem pro dicta delacione crucis sue
per predecessorem suum factam realiter facere teneatur. In parliamentis autem tractatibus et consilijs Regijs / quando /
Cantuariensis et Eboracensis Archiepiscopi simul presentes fuerint / quandocumque Cantuar' Archiepiscopus qua ecclesia Cantuariensis
Antiquior et preeminentior fore dinoscitur ad dictam Regis dexteram assidebit /: et prefatus Eboracensis Archiepiscopus /
existens pro tempore ad sinistram. Crucem etiam Cant' Archiepiscopi ex parte dextera lecti Regij seu alterius loci
in quo regem sedere contingeret /: et crucem Eboracensis ex sinistra parte si Cantuariensis fuerit presens reponent.
In consilijs vero convocationibus seu locis alijs quibuscumque in quibus Cantuariensis et Eboracensis Archiepiscopos
convenire contingeret dictus Cantuar' Archiepiscopus pro tempore existens primum locum seu sedem eminentiorem :
Eboracensis vero alium locum secundum eminentiorem obtinere debebunt /. Cruciferarij vero dominorum
Archiepiscoporum predictorum cum in via lata et ampla ubi cruces eorum simul poterunt deferri convenerint / cruces
ipsas deferentes incedere simul debent / sed in introitu ostiorum vel in alijs locis strictis quibus cruces simul
deferri nequiverint / crux eiusdem dicti Cant' Archiepiscopi precedet /: et crux Ebor' Archiepiscopi subsequetur. In
quorum omnium testimonium et fidem Nos Simon Cantuariensis et Johannes Ebor' Archiepiscopi sigilla nostra fecimus
hijs apponi / Dat' in Palacio Regis apud Westmonasterium vicesimo die mensis Aprilis / Anno domini Millesimo
Trecentesimo quinquagesimo tercio /. Et Ego Willelmus Bradele Wynton' clericus publicus auctoritate apostolica
notarius premissis omnibus et singulis sub Anno Indictione Pont' mense die et loco predictis sic ut premittitur actis
gestis et habitis vocatum dictis testibus presens interfui / eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi scripsi et
in hanc publicam formam redegi / meoque signo consueto signavi rogatus in fidem et testimonium premissorum.
Et Ego Adam de Hilton clericus Lichefelden' dioc' publicus apostolica et Imperiali auctoritate notarius / premissis omnibus
et singulis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prefato Willelmo notario publico et testibus supra-
scriptis sub Anno Indictione die mense pontificatu et loco supradictis presens interfui / eaque sic fieri vidi et audivi
ac huic publico instrumento me subscripsi et signum meum apposui consuetum in testimonium premissorum /.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis communicationis et suppletionis infringere
vel ei ausu temerario contraire / Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac
beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum / Dat' Avinion' v° kalend' Marcij. Pontificatus nostri
Anno Tercio.

Constitucio super causa de primatu quem Dorobernensis Archiepiscopus super Eboracensem ecclesiam Iure sue ecclesie proclamabat / ordinata de consensu domini Willelmi ad tunc Regis Anglie / et Archiepiscoporum Cant' et Ebor' / et ceterorum qui interfuerunt Episcoporum. etc.

Anno ab Incarnatione domini nostri Jhesu Christi Millesimo septuagesimo secundo. Pontificatus autem
domini Alexandri pape undecimo / Regni vero Willelmi gloriosi Regis Anglorum et ducis Northmannorum sexto /.
Ex precepto eiusdem Alexandri pape Annuente eodem Rege in presentia ipsius et episcoporum atque Abbatum / ventilata est
causa de Primatu quem Lanfrancus Dorobernensis Archiepiscopus super Eboracensem ecclesiam Iure sue ecclesie proclamabat /
Et de ordinationibus quorundam episcoporum de quibus ad quem specialiter pertinerent certum minime constabat / Et tandem
aliquando diversis diversarum scripturarum auctoritatibus probatum atque ostensum est / quod Eboracensis ecclesia Cantuariensi
debeat subiacere / eiusque Archiepiscopi ut primatis totius Britannie dispositionibus in hijs que ad christianam Religionem
pertinent in omnibus obedire /. Subiectionem vero Dunelmensis hoc est Lindisfarnensis episcopi atque omnium Regionum a
terminis Lichfeldensis Episcopi et Humbre magni fluminis usque ad extremos Scotie fines / et quicquid ex hac parte
predicti fluminis ad parochiam Eboracensis ecclesie Iure competit Cantuariensis Metropolitanus Eboracensi
Archiepiscopo eiusque successoribus in perpetuum obtinere concessit /. Ita ut si Cant' Archiepiscopus concilium cogere voluerit
ubicumque visum ei fuerit / Ebor' Archiepiscopus sui presentiam cum omnibus sibi subiectis ad nutum eius exhibeat / et
eius canonicis dispositionibus obediens existat /. Quod autem Eboracensis Archiepiscopus professionem Cant' Archiepiscopo
facere etiam cum sacramento debeat /. Lanfrancus Dorobernensis Archiepiscopus ex antiqua antecessorum consuetudine ostendit /. Sed ob amorem Regis / Thome Ebor' Archiepiscopo sacramentum relaxavit / scriptamque tantum professionem recepit / non preiudicans successoribus suis / qui sacramentum cum professione a successoribus Thome exigere
voluerint /. Si Archiepiscopus Cant' vitam finierit : Ebor' Archiepiscopus Dorobernam veniet / et eum qui electus
fuerit / cum ceteris prefate ecclesie episcopis ut primatem proprium Iure consecrabit /. Quod si Eboracensis Archiepiscopus obierit /
is qui ei successurus eligitur accepto a Rege Archiepiscopatus dono : Cantuariam vel ubi Cant' Archiepiscopo placuerit
accedet / et ab ipso ordinationem canonico more suscipiet /. Huic constitutioni consenserunt prefatus Rex / et
Archiepiscopi Lanfrancus Cant' et Thomas Ebor' / et ceteri qui interfuerunt episcopi /. Ventilata est autem hec causa
primo apud Wentanam Civitatem in paschali [illegible]mnitate in capella regia que sita est in Castello / postea
in villa Regia que vocatur Windesor ubi et[illegible]e accepit / in presentia Regis Episcoporum Abbatum diversorum ordinum
qui congregati erant apud curiam in festivitate penthecostes /.
✠ Signum Willelmi Regis. ✠. Signum Matildis Regine /. ✠. Ego Lanfrancus Dorobernensis Archiepiscopus subscripsi.
✠. Ego Thomas Eboracensis Archiepiscopus subscripsi / ✠. Ego Willelmus London' episcopus consensi /. ✠. Ego Hermannus
Siraburnensis episcopus subscripsi / ✠. Ego Wulstanus Wygorn' episcopus subscripsi / ✠ Ego Walterus Herefordensis Episcopus
consensi / ✠. Ego Gisa Wellensis Episcopus consensi /. ✠. Ego Remigius Dorcacensis Episcopus subscripsi /. ✠. Ego Walkelinus Wentanus Episcopus subscripsi ✠. Ego Herfastus Helmeanensis Episcopus subscripsi. ✠. Ego Stigandus Cicestrensis
Episcopus consensi / ✠. Ego Siwardus Roffensis Episcopus consensi /. ✠. Ego Osbernus Exoniensis Episcopus consensi / ✠. Ego
Hubertus sancte Romane ecclesie lector et domini Alexandri pape legatus subscripsi / ✠ Ego Odo Baiocensis Episcopus
et comes Cantie consensi / ✠. Ego Goisfridus Constantiensis Episcopus et unus de primatibus Anglorum consensi.
✠. Ego Scollandus Abbas sancti Augustini consensi / ✠. Ego Elfwinus Abbas cenobij quod Rameseia dicitur
consensi ✠. Ego Turstanus Abbas cenobij quod in insula que dicitur Heli situm est consensi / ✠. Ego Wlnodus
Abbas cenobij quod Certisei dicitur consensi / ✠ Ego Eluinus Abbas cenobij Heuesandi consensi ✠. Ego
Fredericus Abbas cenobij sancti Albani consensi / ✠. Ego Goisfridus Abbas cenobij sancti Petri quod non
longe a Londonia situm est consensi / ✠. Ego Baldwinus Abbas cenobij sancti Eadmundi consensi /. ✠. Ego

Elnodus Glestoniensis abbas consensi. ✠ Ego Torolodus abbas de Burgo consensi. ✠ Ego Adelelmus abbas Abendonie consensi. ✠ Ego Rualodus abbas novi Monasterii Wentonie consensi.

Confirmacio concessionis de ecclesia sancti Martini de Dovera facta domino Archiepiscopo et ecclesie Christi Cant' etc.

Alexander episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Ricardo Cant' Archiepiscopo apostolice sedis legato, Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a racionis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Eapropter venerabilis in Christo frater Archiepiscope tuis iustis postulacionibus annuentes ecclesiam sancti Martini de Dovera sancte Cant' ecclesie racionabiliter concessam: tibi et eidem ecclesie, tuisque catholicis successoribus auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes ut iam dicta ecclesia beati Martini monastico ordine sub regimine proprii prioris perpetuo serviatur, sicut filia Cant' ecclesie in disposicione tua et successorum tuorum omni tempore permaneat, et numquam priorem habeat nisi monachum Cant' ecclesie professum. Adicimus insuper ut fratres qui apud Doveram monachalem susceperint habitum tibi et successoribus tuis in ecclesia Cant' suam semper faciant professionem, et ut eadem Doverensis ecclesia predictam ecclesiam Cant' tanquam spiritualem matrem et dominam in omnibus veneretur, nec umquam a subiectione illius quomodolibet subtrahatur. Institucionem priorum et destitucionem fratrum Doverensium tuo et successorum tuorum arbitrio concedimus, sicut et priori Cant' sub interminacione anathematis prohibentes, ne quis in ecclesia Cant' vel Doverensi citra assensum tuum et successorum tuorum ullo umquam tempore priorem instituat, hac potestate tibi et successoribus tuis tantummodo reservata. Preterea ecclesiam Roffensem tibi et catholicis successoribus tuis subiacere decernimus: velut cuius episcopatus et eiusdem redditus de mensa Cant' Archiepiscopi constituti fuerint, Ita quod decedente eiusdem loci Episcopo: in tua sit disposicione et successorum tuorum episcopum tanquam proprium capellanum ibi instituere secundum antiquam ecclesie tue consuetudinem et secundum quod predecessores tui hactenus fecisse noscuntur. Adicientes ut vacante Archiepiscopatu vices tuas in conferendo crismate et ceteris que per eum expediri desiderant ad commonicionem Cant' ecclesie supplere teneat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et constitucionis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Anagnie. ij kalend' Maii etc.

De visitacione universitatis Oxon'

Ricardus dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie, Omnibus ad quos presentes littere pervenerint, Salutem. Sciatis quod cum quedam dissenciones lites et debate nuper mote fuerint et suborte inter venerabilem patrem Thomam Archiepiscopum Cant' ex parte una, et Cancellarium universitatis Oxon' ac quosdam alios eiusdem universitatis ex altera, super usu et exercicio Jurisdiccionis et visitacionis dicte universitatis, clamante videlicet prefato Archiepiscopo et vendicante Jurisdiccionem et visitacionem huiusmodi ad ipsum et successores suos ac ecclesiam suam Cant' pertinere et pertinere debere, predecessoresque suos huiusmodi Jurisdiccionem et visitacionem in universitate predicta habuisse et exercuisse, allegantibusque prefato Cancellario et aliis predictis visitacionem dicte universitatis ut universitatis ad nos solum et insolidum pertinere et pertinere debere. Nos volentes huiusmodi dissenciones lites et debatas prout Regie convenit maiestati attentis dampnis et periculis que inde verisimiliter evenire possent sedare et pacificare ac pacem quiete et tranquillitate inter partes predictas pro viribus consonere ac considerantes quod visitacio huiusmodi ad prefatum Archiepiscopum et successores suos ac ecclesiam suam predictam de iure communi pertinet et pertinere debet, quodque nos aut progenitores nostri Cancellarium ac universitatem predictam retroactis temporibus numquam visitare consuevimus. Volumus et ex certa sciencia nostra declaramus quod visitacio Cancellarii et procuratorum dicte universitatis qui pro tempore fuerint, necnon omnium doctorum magistrorum Regencium et non regencium ac scolarium eiusdem universitatis quorumcumque, corporumque singulorum aliarumque personarum quarumcumque cuiuscumque status vel condicionis extiterint libertatibus aut privilegiis dicte universitatis utencium seu illis gaudere volencium, necnon universitatis predicte eciam ut universitatis ad prefatum Archiepiscopum et successores suos ac ecclesiam suam predictam pertinet et pertinere debet ac perpetuis futuris temporibus pertinebit. Salvis nobis et heredibus nostris omnibus aliis quibus in universitate predicta nos et progenitores nostri uti consuevimus temporibus retroactis. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westm' primo die Junii: Anno regni nostri vicesimo.

Per ipsum Regem. Dupl' Gracle

De patronatu episcopatus Roffensis.

Henricus dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes littere pervenerint Salutem. Inspeximus irrotulamentum cuiusdam carte domini Johannis quondam Regis Anglie progenitoris nostri in Rotulis Cancellarie sue irrotulate in hec verba. J. dei gracia Rex Anglie dominus Hibernie dux Normannie et Aquitanie Comes Andegavie, Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Comitibus Baronibus Justiciariis vicecomitibus prepositis et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos pro salute anime nostre et antecessorum et successorum nostrorum Regum Anglie de communi consilio Episcoporum Comitum Baronum et aliorum fidelium nostrorum reddidisse et concessisse deo et ecclesie Christi Cant' et venerabili patri nostro S. Cant' Archiepiscopo tocius Anglie primati et sancte Romane ecclesie Cardinali patronatum ecclesie Episcopalis Roffensis cum omnibus pertinenciis dignitatibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Ita quod vacante illa sede Episcopali custodiam et ordinacionem illius ecclesie, idem Archiepiscopus et successores sui habeant libere et pacifice imperpetuum ut prius. Ita quod in ordinacione illius ecclesie de Episcopo, et episcopi electione, nec ante nec post electionem Episcopi, regius requiratur assensus, Sed totum ad Archiepiscopum quicumque fuerit pertinebit. Episcopus autem vel electus loci illius temporalia que prius vocabant regalia de manu predicti Archiepiscopi et successorum suorum plenarie recipiet, et fidelitatem ei faciet de feodis pertinentibus ad ecclesiam illam Episcopalem tanquam patrono eiusdem episcopatus. Servicia autem que nobis inde et heredibus nostris debentur. Episcopus qui pro tempore ibi fuerit faciet predicto Archiepiscopo et successoribus suis imperpetuum tanquam domino et patrono. Et ipse Archiepiscopus et successores sui eadem servicia per manus suas nobis et successoribus nostris facient, faciet quoque Episcopus Roffensis nobis et heredibus nostris fidelitatem tanquam principi: sed non propter feodum. Quare volumus et firmiter precipimus quod predictus Archiepiscopus et successores sui predictum patronatum Episcopatus Roffensis cum custodia et ordinacione eiusdem cum vacaverit habeant et teneant libere et quiete pacifice integre plenarie cum omnibus pertinenciis dignitatibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis imperpetuum sicut predictum est. Prohibemus autem ex parte dei omnipotentis et beate Marie et omnium sanctorum et nostra: ne quis contra hanc piam et liberam reddicionem et concessionem nostram venire presumat. Quod si quis fecerit maledictionem dei et beate Marie et omnium sanctorum ac nostram incurrat. T. domino W.

London. p. Wynton. R. Elien. E. Hereford. J. Bathon et Glaston. H. Lincoln Epis / R. Com Cestr / W. Mar Com Pembr / W. Com Arundell / W. Comite Warenn / W. com de ffereri / E. Com Wynton. W. Briwer / Rob. fil Walteri. Galfr de Mandevill / Ric de Muntfich. Th. de Erdinton /. Dat p manu Magri Ric de Marisco Cancellarii nri apud Novum Templum London xxiii die Novembr / Anno Regni nri Septimodecimo /. Nos autem tenorem irrotulamenti carte predce ad Requisicoem Henrici Chicheley nunc Archiepi loci pdci duximus exemplificand p pntes /. In cuius Rei testimonium has lras nras fieri fecimus patentes / Teste meipso apud Westm septimo die July. Anno Regni nri terciodecimo /.

Smyth /.

Exd per Johannem ffrank et Thomam Smyth } Clericos

Irrotulat in memorand Scc de Anno terciodecimo Regis Henrici Sexti inter Recorda de Termino pasche Rotulo Secundo ex parte Rememoratoris Thesaurarii in quodam processu tangente Henricum Archiepm Cant /.

Exemplatum cuiusdam privilegii quod Gregorius papa nonus fecit Archiepo Cant et est hic Rome in palacio aplico huiusmodi privilegium inventum Registratum /.

Cantuarien ecclie Preeminencia exigit et requirit: ut sicut ipsa honore precellit / tu qui ei presides: maiori a nobis debeas gra preveniri / Cum igitur nimis indecens videatur: ut per lras aplicas tanto tuo nomine dignitatis / inter privatas personas / stare iudicio compellaris: Nos fraternitatis tue precibus inclinati / auctte tibi presentium indulgemus / ut p lras a Sede aplica impetratas que de dignitate non fecerint plenam mentionem: respondere minime tenearis /. Nulli ergo nre concessionis etc. Si quis autem etc. Dat Viterbii iiiito Nonas Martii, Anno Nono /.

Licencia dni Willmi Cant Archiepi vicario moderno ecclie prochialis de Berghsted Cant dioc priori et Conventui de Ledes appropriate sup edificacione novi mansi eiusdem vicarii etc.

Universis Xpi fidelibus presentes lras inspecturis visuris vel audituris Willmus permissione divina Cant Archiepus totius Anglie Primas et aplice Sedis legatus Salutem in dno sempiternam / Sane cum ex parte vicarii moderni vicarie perpetue in ecclia prochiali de Berghsted nre Cant dioc Religiosis viris priori et Conventui Monasterii sive prioratus de Ledes eiusdem nre dioc appropriata et in usus suos concedenda concessa nobis expositum sit / quod mansus ipius vicarie qui a dicta ecclia prochiali longo distat intervallo / incuria et negligencia suorum predecessorum ita dirutus et collapsus existit / ut nisi de novo reedificaretur reficere nequit /. Item quod cupit eiusdem vicarie mansum non super antiquam ipius vicarie aream sed in alio loco iuxta et prope dictam eccliam prochialem de novo erigi et edificari / ut comodius in divinis ibm insistere possit / et cum necessitas cure dicte ecclie prochialis exegerit / ad ministrand sacramenta et sacramentalia prochianis dicte ecclie sit presto / et in habitacione omnino propinquius / Unde ex parte eiusdem vicarii nobis humiliter extitit supplicatum / cum sue facultates ad huiusmodi mansi construendi onus subeundum omnino non suppetant quatenus nram licenciam et auctem / Religiosis viris priori et Conventui proprietariis antedictis apud quos sepissime institerit / ut ipi suis sumptibus et expensis eidem vicario suisque successoribus mansum decentem et competentem prope dictam eccliam construerent et edificarent ad hec predicta facienda impartiri dignaremur. Ac etiam quod liceat dicto vicario pro se et successoribus suis terras prefati mansi nunc diruti et collapsi ad prefatam vicariam pertinentes quibus dicti prior et Conventus ab antiquo memoratam vicariam dotaverunt / eisdem priori et Conventui ut ad novam edificacionem et extruccionem dicti mansi iuxta dictam eccliam erigend facilius inciterent: pleno iure concedere et donare ac a se et successoribus suis omnino transferre et abdicare ut ad priorem et conventum proprietarios antedictos terre predicte plene revertantur: et in eorum et dicti Monasterii usus redeant imppm et eis pacifice gaudeant in futurum / quoniam si novus mansus prope dictam eccliam per eosdem edificaretur predicte terre propter magnam earum distanciam a dicta prochiali ecclia prefato vicario et suis successoribus omnino essent inutiles dummodo tamen in huius concessionis donacionis sive alienacionis predictarum terrarum recompensacionem prefati prior et Conventus preter sumptus quos circa dicti mansi edificandi erectionem et extruccionem facturi sunt / quendam annuum redditum Quadraginta solidorum sterlingorum / legalis monete Anglie prefato vicario moderno suisque in eadem vicaria successoribus imppm constituant et eosdem solvend ad quatuor anni terminos videlicet ad festa Natalis dni / Pasche / Sancti Johannis Bapte / et Sancti Michis Archi per equales porciones / ac etiam quod si dictus annuus redditus quadraginta solidorum a retro esse in toto vel in parte in aliquo termino solucionum predictarum post peticionem et requisicionem vicarii moderni aut suorum successorum a dicto priore aut suis successoribus per duos menses quod tunc liceat vicario moderno et suis successoribus imppm reintrare repossidere et retinere sua propria auctoritate prefatas terras sibi et successoribus suis imppm sic ut dicti prior et Conventus et sui successores easdem terras et omne ius et titulum earundem omnino ipso facto omittant / prefatis priori et Conventui huic supplicacioni dicti vicarii ac singulis per eum nobis ut supra expositis annuentibus /. Ac etiam a nobis humiliter petiit quod postquam dicti prior et Conventus ac prefatus vicarius / ea omnia et singula premissa nra auctoritate et licencia petita et obtenta sint concessa fecerint et pegerint / tunc ea omnia et singula laudare ratificare et approbare ac nra pontificali auctoritate communire et confirmare ac imppm stabilire dignaremur. Nos igitur Willmus Archiepus Cant Primas et legatus antedictus nram dioc Cant iure Metropolitico visitando invenientes et compertum habentes predictum mansum dicte vicarie dirutum et collapsum ac dicta ecclia prochiali per longam et remotam distanciam distantem ac volentes novum mansum decentem et competentem dicto vicario et suis successoribus iuxta dictam eccliam prochialem extunc construi et preparari / ut ea que eius incumbunt officio in dicta cura studiose et quiete ac comodius quam olim / adimplere possit decernimus premissa / vota et proposita dictorum prioris et Conventus et prefati vicarii iusta esse legittima et rationabilia / Unde diligenti tractatu sup premissis rite et legittime habito et facto ad petitionem utriusque partis videlicet prefatorum Prioris et Conventus ac dicti vicarii antedicto vicario nostram auctoritatem metropolitanam per presentes concedimus, ut dictas terras quibus dicta vicaria ab antiquo per priorem et Conventum dicti Monasterii sive prioratus dotata extitit, antedictis priori et Conventui et dicto Monasterio sive prioratui in usus illius Monasterii sive prioratus concedere et donare et a se et a successoribus suis omnino abdicare valeat et possit, ac tandem auctoritatem concedimus dictis priori et Conventui novum mansum prope ecclesiam antedictam pro antedicto vicario et suis successoribus erigere construere et edificare posse, ac quendam redditum annualem quadraginta solidorum sterlingorum de bonis dicti Monasterii sive prioratus constituere posse, et prefatum redditum per antedictos priorem et Conventum et suos successores sepedicto vicario et suis successoribus imperpetuum, solvendum ad quatuor anni terminos per equales portiones videlicet Natalis domini, Pasche, Sancti Johannis Baptiste, et Sancti Michaelis Archangeli, et si contingat dictum annuum redditum culpa dictorum prioris et Conventus vel successorum suorum non solvi aut a retro esse, concedimus quod in constitutione dicti annui redditus hoc adiici poterit ut sepedicti prior et Conventus pro se et successoribus suis plenam et sufficientem auctoritatem licentiam et potestatem concedant dicto vicario et suis successoribus imperpetuum reintrandi, repossidendi et retinendi sua propria auctoritate dictas terras sibi et successoribus suis perpetuis futuris temporibus sic ut dicti prior et Conventus et sui successores easdem et omne ius et titulum earundem si dictus redditus quadraginta solidorum sterlingorum a retro fuerit in toto vel in aliqua parte per duos menses in aliquo termino solutionum predictarum ipso facto amittant. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus apposuimus, Dat' in Manerio nostro de Lamehith primo die mensis Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. Et nostre translacionis anno Nono.

Donatio ex parte vicarii

Universis innotescat per presentes, quod cum iampridem mansus vicarie ecclesie parochialis de Berghsted Cant' dioc' ab ecclesia parochiali eiusdem parochie longo distaret intervallo ut vicarius incumbens eidem vicarie solitus supra curam ibidem propter longam eiusdem mansus distantiam a dicta ecclesia vigilare non potuerit, ac etiam cum dictus mansus adeo collapsus et dirutus extitit, ut nisi de novo reintegraliter reedificaretur refici nequiret, Prior et Conventus Monasterii sive prioratus de Ledes dicte Cant' dioc' auctoritate diocesana et metropolitana rite et legitime ad hoc interveniente, Novum mansum decentem et competentem prope dictam ecclesiam pro habitatione vicarii prefate vicarie, suis propriis sumptibus et expensis erigi fecerunt construxerunt et edificaverunt, Hinc ego Cristoferus Materas vicarius modernus prefate vicarie de Berghsted, tractatu legitime habito et facto similiter auctoritate diocesana et Metropolitana ad hoc rite et legitime cum cause cognitione interveniente, In recompensatione dicti edificii sic de novo extructi, ac etiam cuiusdam annui redditus quadraginta solidorum sterlingorum legalis monete Anglie per predictos priorem et Conventum constituendi, solvendorum per eosdem priorem et Conventum et suos successores imperpetuum, michi prefato Cristofero vicario moderno et meis successoribus in eadem vicaria continue in futurum ad quatuor anni terminos, videlicet ad festa Natalis domini, Pasche, Sancti Johannis Baptiste, et Sancti Michaelis Archangeli per equales portiones dedi concessi et in hoc presenti scripto meo confirmavi pro me et successoribus meis imperpetuum, prefatum mansum nunc dirutum et collapsum ac omnes terras eidem manso spectantes et pertinentes, quibus prefati prior et Conventus antedictam vicariam dotaverunt, excepto fundo sive solo super quo novus mansus pro habitatione mea et meorum successorum extructus situatur, et quodam pro gardino huic manso adiacente, memoratis priori et Conventui et successoribus suis imperpetuum, Reservando tamen ac etiam quod liceat michi et successoribus meis totiens quotiens infuturum habere ex consensu dictorum prioris et Conventus potestatem auctoritatem et licentiam prefatum mansum nunc dirutum ac omnes prefatas terras supraspecificatas propria auctoritate reintrandi, repossidendi rehabendi et retinendi, si contingat prefatum redditum quadraginta solidorum a retro esse in toto vel in parte in aliquo termino solutionum predictarum post petitionem et requisitionem mei vicarii moderni aut meorum successorum a dicto priore vel suis successoribus per duos menses sic ut dicti prior et Conventus omnes easdem terras et omne ius et titulum earundem omnino amittant. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui, Dat' primo die mensis ffebruarii Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo. Et anno regni regis Henrici octavi quarto.

Donatio ex parte prioris et Conventus de Ledes.

Notum sit universis per presentes, quod cum nos Prior et Conventus Monasterii sive prioratus de Ledes Cant' dioc' proprietarii ecclesie parochialis de Berghsted eiusdem dioc' auctoritate diocesana et Metropolitana nobis in hac parte concessa novum mansum prope dictam ecclesiam pro domino Cristofero Materas vicario moderno dicte ecclesie et suis successoribus imperpetuum, nostris propriis sumptibus et expensis ereximus construximus et edificavimus ut dictus vicarius et sui successores propter habitationis sue nunc propinquitatem commodius quam olim cure eiusdem vicarie insistere et supra gregem dominicum sibi ibidem commissum vigilare possit, ac etiam cum dictus vicarius modernus auctoritate diocesana et metropolitana ad hoc rite et legitime interveniente pro se et successoribus suis nobis et successoribus nostris imperpetuum in recompensatione dicti edificii per nos sic ut premittitur extructi et edificati et cuiusdam annui redditus quadraginta solidorum per nos sibi et successoribus suis constituendi: Concesserit et donaverit ac suo scripto confirmaverit mansum sive dirutum et omnes terras eidem manso prefate vicarie olim pertinentes quibus dicta vicaria per nos et predecessores nostros dotata extiterat solvendorum ad quatuor anni terminos ut latius per scripta sue concessionis et donationis liquet et apparet, Nos igitur Ricardus prior et Conventus monasterii sive prioratus predicti legittimo tractatu habito et auctoritate diocesana et metropolitana a nobis ad hoc petita et obtenta et cum cause cognitione legittime concessa intuitu occasione sive causa concessionis et donationis predicte quendam annuum redditum quadraginta solidorum per presentes constituimus concedimus et donamus, dicto domino Cristofero vicario ecclesie predicte moderno et suis successoribus imperpetuum solvendorum sibi per nos priorem et Conventum et nostros successores totiens quotiens infuturum de bonis predicti Monasterii sive prioratus nostri ad quatuor anni terminos per equales portiones videlicet. Prima solutione incipiente, in festo Natalis domini

Secunda in festo Pasche Tertia in festo Sancti Johannis baptiste / et quarta in festo Sancti Michaelis Archangeli / et sic de anno in annum et de termino in terminum imperpetuum. Ac etiam Nos Ricardus prior et Conventus predicti / ad solutionem prefati annui redditus quadraginta solidorum in terminis predictis bene et fideliter faciendam obligamus nos et successores nostros imperpetuum per presentes / Et si contingat prefatum annuum redditum quadraginta solidorum per nos et successores nostros a retro esse in toto vel in parte in aliquo termino solutionum predictarum post petitionem et requisitionem vicarii moderni aut suorum successorum a nobis vel a successoribus nostris per duos menses / extunc auctoritatem potestatem et licentiam per presentes prefato vicario moderno et suis successoribus imperpetuum largimur concedimus et donamus prefatum antiquum mansum nunc dirutum et collapsum et omnes prefatas terras suprasspecificatas eidem manso pertinentes et spectantes sua propria auctoritate reintrandi repossidendi et rehabendi et retinendi nobis et successoribus nostris ab omni Jure et titulo earundem perpetuo exclusis / In Cuius Rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum / Datum in domo nostra Capitulari secundo die mensis ffebruarii Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo / Et Anno Regni Regis Henrici Octavi quarto.

Confirmatio predicte donationis terrarum et annui redditus predicti

Universis Christi fidelibus presentes litteras nostras inspecturis visuris vel audituris / Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus / Salutem gratiam et benedictionem. Cum Prior et Conventus Monasterii sive prioratus de Ledes Cantuariensis diocesis proprietarii ecclesie parochialis de Beighsted eiusdem diocesis Ac Cristoferus Mattras vicarius modernus eiusdem ecclesie nobis exposuerunt nostram licentiam et auctoritatem Metropoliticam per nos dudum eis fore concessam ex certis votis et licitis causis nos tunc moventibus prout plenius continetur in litteris dicte nostre licentie et auctoritatis ad quas nos referimus. Cuius quidem licentie et auctoritatis litteras coram nobis exhibuerunt quibus sub nostra auctoritate concessimus ut liceat dictis priori et Conventui quendam novum mansum prope dictam ecclesiam de Beighsted pro vicario moderno prefate ecclesie et suis successoribus imperpetuum ut antedictus vicarius et sui successores proximius quam olim dicte ecclesie inhabitando commodius vigilare possint / supra gregem dominicum sibi commissum propriis expensis et sumptibus erigere construere et edificare decentem et competentem / Ac ut liceret predicto vicario moderno in recompensatione dicti edificii sive mansi competentis eisdem priori et Conventui et suis successoribus imperpetuum / concedere et donare terras quasdam pertinentes eidem manso dirupto et collapso quondam pro mansione vicarii dicte ecclesie deputato quibus dicta vicaria quondam per priorem et Conventum dicti Monasterii sive prioratus dotata fuit ut in usus dictorum prioris et Conventus sive Monasterii vel prioratus memorati predicte terre cedant illis imperpetuum remansure / dum tamen dicti prior et conventus constituant et concedant de bonis sui prioratus sive Monasterii dicto vicario et suis successoribus quendam annuum redditum quadraginta solidorum sterlingorum perpetuis futuris temporibus duraturum / ac per eosdem priorem et Conventum et successores suos annuatim solvendorum eidem vicario moderno et suis successoribus imperpetuum ad quatuor anni terminos per equales portiones videlicet ad festa Natalis domini Pasche Sancti Johannis baptiste / et Sancti Michaelis Archangeli / et ut si quod contingat dictum redditum quadraginta solidorum a retro esse in toto vel in parte eiusdem in aliquo termino solutionum predictarum fiendarum per dictos priorem et Conventum vel suos successores quod etiam potestatem et auctoritatem concedant vicario moderno et suis successoribus perpetuis futuris temporibus prefatas terras propria auctoritate reintrandi repossidendi et retinendi sibi et suis successoribus imperpetuum dictis priore et Conventu et suis successoribus ab omni Jure et titulo earundem perpetuo exclusis / Unde partes predicte a nobis humiliter petierunt quod cum hec premissa omnia et singula sint per eas observata facta pacta et adimpleta cum et ea sic fieri observari pangi et adimpleri cognovimus — servatis que per eas in hac parte de Jure servandis quatenus omnia et singula sic facta et gesta confirmare per nostram pontificalem auctoritatem et cetera facere que ad eandem nostram auctoritatem pertinet dignaremur. Nos igitur Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis legatus omnia et singula hec premissa utrique parti expedire cognoscentes ad petitionem dictarum partium videlicet prioris et Conventus ac vicarii moderni dicte ecclesie parochialis predicte concessionem et donationem dictarum terrarum dicte vicarie per prefatum vicarium modernum prefatis priori et Conventui factam in usus antedicti Monasterii sive prioratus / ac predicti annui redditus quadraginta solidorum sterlingorum constitutionem et concessionem per sepedictos priorem et Conventum de bonis supradicti Monasterii sive prioratus solvendi atque supradictam auctoritatem prefato vicario moderno et suis successoribus reintrandi repossidendi et retinendi omnes et singulas terras suprasspecificatas si dictus redditus quadraginta solidorum sterlingorum ut supra dicitur a retro fuit / per antefatos priorem et Conventum concessam / ac omnia alia et singula per auctoritatem nostre licentie metropolitice eis concesse facta laudamus ratificamus et approbamus / ac nostra pontificali auctoritate communimus et confirmamus / et ut imperpetuum sint duratura per presentes stabilimus. In Cuius Rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum / Datum in Manerio nostro de Lamehith primo die mensis Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo / Et nostre translationis Anno decimo.

Sequntur ecclie appropriate Monasterio sci Saluator de ffeuysham

Mon de ffeuysham

Willmus de Insula et Mabil uxor eius filia Willmi de Ludeh omnibus fidelibz franc et anglic salutem. Sciatis nos concessisse et presenti carta nra confirmasse pro salute aiaz nraz et omnium parentum et amicoz nroz Mon. sci Saluatoris de ffeuersham et monachis ibid deo servientibz eccliam de Ludeh cum oibz ptinenc suis in liberam et ppet elemos. sic Willmus de Ludeh cui iure hereditar successimus eam prius predict monachis dedit et carta sua confirmauit. Concessimus et confirmamus eisd duas acras terre de dnio de Ludeh illas scil que iacent propinquiores terre que fuit Rogeri filij Ordrici et bur Willmi de Colevelle et heredum ipius p' eum scil ij s et iij d annuatim cum al' seruic' consuetudinar. sic predictus Willmus de Ludeh prefata eia dedit et carta sua confirmauit. hijs testibz magro Adam Radulfo de ffissele Herbto preposito Alano senescallo Albino Rico le fiz Alfwrede Johe coco Stepho coco et multis alijs.

Ecclia de Luddenham

Sciant omnes tam presentes quam futuri qui hoc scriptum legerint vel audierint quod Willmus filius Raddulfi dum fuit de Ludehm et eiusdem ecclie patronus dedit et concessit predicte ecclie Dei et sce Margarete duas acras de terra sua de Ludeh in puram et liberam et ppet elemos pro salute aie sue et uxoris sue Cille et pro aia patris sui et matris sue et aiabz Roberti filij Radi et Aliere uxoris et omnium parentum suoz qui iam mortui vel morituri sunt que donacio facta est presentibz heredibz suis Willmo de Insula et Mabil uxore sua et eandem donacionem ad instanciam prefati Willmi patris humiliter benigne concedentibz pro hanc ita quod singulis annis semel in ebdo celebrabitur missa una pro aiabz supradictoz et omnium eiusdem ecclie benefactoz heredumque suoz: concessum est eis ab ecclia et omnium fidelium defunctoz.

Innocentius Eps seruus seruorum dei. Ad futuram rei memoriam. Virtutum dno sub regulari obseruancia famulancium ppetuo studio pie vite decet eius vicarium in hijs que honorem quietem diuinorum obsequiorum et studiorum solitudinem intendat sibi profitentes pro vite meritis et alijs per exemplum quo inde maiora premia se nouerint assecutos. Hinc est quod nos dilectorum filiorum Abbatis et Conuentus Monasterij sci Saluatoris de ffeuersham Cluniacensis ordinis Cant dioc supplicacionibus inclinati eos et Monasterium ipsum ab omni solucione decimarum terrarum agrorum scilicet ortorum pratorum pannagiorum nemorum siluarum cedurarum et non cedurarum et aliarum possessionum necnon molendinorum Columbariorum que ab ipsis abbate et conuentu in Rectorio dominio seu districtu prefati monasterij a solo edificata sunt et constructa necnon columborum cuniculorum et aliorum animalium seu eorum nascentium et excrescentium in eisdem de quibus a tanto tempore decimas hactenus non soluerunt quod contrarij hominum memoria non existit auctoritate apostolica tenore presentium prorsus eximimus et totaliter liberamus. Ita quod nulli liceat decimas huiusmodi ab eisdem abbate et conuentu ac monasterio exigere vel leuare nec eos super hijs quomodolibet molestare sed sint ab hoc solucione omnino liberi et exempti perpetuis futuris temporibus. [illegible] et [illegible] generalis consilij et alijs constitucionibus necnon privilegijs apostolicis etiam si ipsis eorumque totis tenoribus habenda esset in nostris litteris de verbo ad verbum mencio specialis et alijs contrarijs non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat Rome apud sanctum petrum vij kl ffebr. pontificatus nostri anno vndecimo.

Compositio sive decr super ecclia de Neydenham.

Vniuersis sancte matris ecclie filijs presentes litteras inspecturis N. prior et Capitulum ecclie xpi Cantuar eternam in dno salutem. Nouerit vniuersitas vra nos cartas venerabilium patrum Hubti et Stephi Archiepoz Cantuar sub hijs verbis inspexisse: Hubtus dei gra Cantuar Archieps totius Anglie primas Omnibz xpi fidelibz ad quos presens scriptum peruenerit eternam in dno salutem. Nouerit vniuersitas vra quod cum inter Abbatem et Monachos de ffeuersham ex vna parte et Monales de Dauinton ex altera super ecclia de Neweham controuersia verteretur, tandem pars vtraque in presencia nra constituta totum ius quod in eadem ecclia de Neweham sibi vendicarunt sponte in manus nras resignauit. Totum nobis relinquentes vt pro voluntate et arbitrio nro inde disponeremus. Nos autem eo facto eccliam illam cum omnibus ptinenciis suis dictis monialibz considerata paupertate earum pio intuitu concessimus et dedimus in proprios vsus ppetuo tenendam et possidendam. Statuentes vt predictis Monachis inde annuatim per manus earundem Monialium due marce et dimidia reddantur quas specialiter assignauimus ad earundem Monachoz firmariam. Vt igitur hoc imposterum nulli veniat in dubium firmo ratum permaneat et inconcussum id presenti scripto et sigillo nro apposito protestari dignum duximus et confirmare. hijs testibz magro Symone de Sywell Thesaurar Lichefelden Lau Thesaurar Ebor magro Johe de Tinm magro Willmo de Trumcecot Rogero de Basingham Robto de Bristoll Johanne de Kent Willmo de Besto. Et multis alijs.

Stephanus Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Salutem in domino. De rebus gestis vel per oblivionem vel per malitiam hominum multotiens oritur contentio nisi tam oblivioni quam hominum malitie auferatur scripta que commissam sibi inmutabiliter servant et exprimunt veritatem. Quapropter ad universitatis vestre volumus pervenire notitiam. Quod cum inter dilectos filios Abbatem et Conventum de ffaversham et priorissam et Moniales de Dauintona super ecclesia de Newenham per bone memorie H. predecessorem nostrum compositio facta fuisset. Ita quod dicte Moniales memoratam ecclesiam de Newenham cum pertinentiis perpetuo haberent et possiderent, debuerunt reddendo inde predictis Abbati et Monachis de ffavesham annuam duarum marcarum et dimidie tantummodo pensionem. Iidem Abbas et Conventus qui sicut dicebant indigne in eandem compositionem consenserant post mortem predicti predecessoris nostri sepedictis Monialibus de memorata ecclesia movere ceperunt questionem. Quod cum nobis innotuisset postquam ad ecclesiam Cantuariensem fuimus divina permissione vocati paci predictarum Monialium que pauperes erant providere volentes sepedictos Abbatem et Monachos ut a vexatione earum desisterent et prenominatam ecclesiam secundum formam compositionis per memoratum predecessorem nostrum firmate in pace dimitterent Monuimus et rogavimus diligenter. Qui monitioni et petitioni nostre tandem adquiescentes in compositionem eandem spontanee consenserunt. Concedentes quod Moniales ipse sepedictam ecclesiam cum omnibus pertinentiis imperpetuum habeant et possideant et omnia onera episcopalia eidem ecclesie incumbentia sustineant salva sibi sicut prenotatum est duarum marcarum et dimidie pensione. Ut igitur hoc imposterum nulli veniat in dubium hoc presenti scripto protestamur et Sigilli nostri testimonio confirmamus. Salvo in omnibus iure nostro et successorum nostrorum Et ecclesie Cantuariensis dignitate. Hiis testibus magistro Willelmo de Bardey, magistro Elya de Derham, magistro Thoma de ffrecham, Roberto de Bristoll, magistro Hamone de Cranthorn, magistro Ricardo de Waligeford, Magistro W. de Beaton, Vincentio clerico et aliis.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit S. Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis Salutem in domino. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire Quod cum Willelmus de Insula miles Qui dilectis filiis nostris Abbati et Conventui de ffavershaam de iure patronatus ecclesie de Ludenham movebat in Curia domini Regis questionem toti Iuri quod sibi in eadem ecclesia vendicabat libere et absolute imperpetuum renunciasset. Et hoc tam ex inspectione carte ipsius W. quam ex testimonio bonorum virorum et fidedignorum nobis sufficienter constaret. Supplicantibus nobis predictis Abbate et Monachis ut sibi de eadem ecclesia aliquam gratiam misericorditer faceremus et dispositioni nostre relinquentibus ut de eadem ecclesia que ad eos post renunciationem predicti Willelmi sicut continetur pertinebat sicut expedire magis crederemus ordinaremus sicut prehabita deliberatione ordinavimus in eadem. Concessimus eisdem Abbati et Conventui annuas quinque marcas nomine beneficii de eadem ecclesia percipiendas per manum vicarii qui ad presentationem ipsorum a nobis vel a successoribus nostris instituetur in eadem. Qui ecclesiam ipsam cum omnibus pertinentiis suis integre possidebit et prenominatas quinque marcas persolvet et omnia onera episcopalia eidem ecclesie incumbentia sustinebit Ita quod memorati Abbas et Monachi in nullo preter dictum beneficium quinque marcarum minuentur. Solventur autem predicte quinque marce singulis annis ad duos terminos scilicet ad pascha due marce et dimidia. Et ad festum sancti Petri Advincula due marce et dimidia. Ut igitur hec ordinatio nostra perpetuam obtineat firmitatem, eam presenti Scripto Sigilli nostri appositione munito confirmamus. Hiis testibus magistro Elya de Derham, magistro Thoma de ffrecham, Roberto de Bristoll, magistro Hamone de Cranthorn, magistro Ricardo de Walingeford, magistro W. de Beatton, Aaron de Kent, Johanne de Waltham et Vincentio clericis et multis aliis. Nos igitur dictas Cartas sicut iuste et rationabiliter facte sunt confirmamus et sigilli nostri appositione roboramus. Datum apud Cantuariam Anno domini Millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, pridie Kalendas Junii. Valete.

Ecclesie de Bocton subtus le Blene et preston iuxta ffaversham

Johannes permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Religiosis viris Abbati et Conventui Monasterii de ffaversham ordinis sancti Benedicti nostre Cantuariensis diocesis Salutem gratiam et benedictionem. Assidue sollicitudinis excitamur instantia ut virorum Religiosorum necessitati quam mente conspicimus et animi compassione sentimus prout possumus provideamus ne forte emergentis tenuitatis incursus eos a proposito revocet, aut robur quod absit sacre Religionis infringat. Sane vestra petitio nobis exhibita continebat quod cum idem Monasterium vestrum iuxta stratam publicam que ducit a Civitate London versus Cantuariam per quam Reges proceres et magnates necnon populares divites et pauperes regni Anglie interdum ob reverentiam beati Thome martiris gloriosi ad ecclesiam Christi Cantuariensem in qua ipse pro ecclesie libertate sanguinem suum fudit in dies confluentes et interdum ob alias certas causas ibidem transeunt, ratione situationis hospitum receptione elemosinarumque largitione plurimum oneretur. Ac in nonnullis vestris maneriis terre vestre olim frugifere ad summam quadringentarum acrarum et amplius vobis in dicti Monasterii fundatione assignate, duoque vestra Molendina aquatica olim sumptuose constructa quorum proventus ad summam quadraginta librarum sterlingorum annuatim extendere se solebant absque vestra culpa inundationibus et maris fluctibus irrecuperabiliter sint consumpta. Subitis quoque aliarum rerum mortalitatibus et inevitabilibus

pristini et aliarum dampnum dicti Monasterii incendiis et ruinis ac variis decimarum et aliorum onerum importabilium
exactionibus et collectis necnon cotidianis circa maris et litorum vicinorum eisdem appositam custodiam adversus
condicione temporis fervente sumptibus ultra vires ere alieno adeo sit depressum quod nisi evidenti novitate eiusdem
per oportune subvencionis remedium celerius succurratur idem Monasterium ad irreparabilis dissolucionis opprobrium deducetur
Quare nobis humiliter supplicastis ut ex causis predictis per nos diligenter verificatis ad relevamen onerum premissorum
et divini cultus augmentum ecclesias parochiales de Worton subtus le Blen et de Presson iuxta Ffaversham nostre
Cantuar diocesis in quibus patronatus habetis vobis et vestro Monasterio supradicto appropriare vellemus ipsarumque
fructus redditus et proventus concedere in usus vestros perpetuo convertendos. Nos igitur vestri et Monasterii supradicti
indigencie notorie paterno compacientes affectu vestrisque in ea parte iustis supplicacionibus inclinati super causis
superius expressatis de veritate earum vocatis omnibus evocandis de iure per viros fidedignos in forma iuris
iuratos et singillatim examinatos plenam in ea parte noticiam optinentes auctoritate nostra inquisicione iuxta
exigenciam iuris facta habito in hac parte cum Religiosis viris filiis in Christo dilectis priore et capitulo nostre
Cantuar ecclesie in capitulo eiusdem solempni et diligenti tractatu qui in concessionibus huiusmodi perpetuis et ecclesiarum
alienacionibus de iure exigitur. Dictis quoque causis per nos iustis inventis et sufficienter probatis ac pronunciatis
sufficientibus atque veris intervenientibus etiam consensu omnium illorum quorum interest in hac parte ac contentibus
omnibus et singulis que in premissis et ea tangentibus requirebantur de iure dictas ecclesias de Worton subtus
le Blen et de Presson iuxta Ffaversham ipsarumque fructus redditus et proventus in usus vestros et successorum
vestrorum perpetuo convertendos ex causis predictis vobis et successoribus vestris deo in eodem Monasterio ministrantibus
et per vos prefato Monasterio auctoritate nostra ordinaria concedimus Annectimus et Unimus in usus vestros
proprios perpetuo retinendos. Reservata tamen de ipsarum ecclesiarum proventibus perpetuis vicariis inibi in divinis
officiis servituris ad nostram et successorum nostrorum Archiepiscoporum Cantuar collacionem instituendis ibidem congrua
porcione ex qua possint congrue sustentari iura episcopalia solvere et alia sibi incumbencia onera supportare.
Salvis nobis et successoribus nostris iurisdiccione spirituali totius parochie et ecclesie de Worton predicte que a iurisdiccione
Archidiaconi Cantuar exempta dinoscitur ab antiquo ac iuribus dicte nostre Cantuar ecclesie libertatibus
dignitatibus privilegiis et consuetudinibus quibuscumque. Acta et data in capitulo dicte nostre Cantuar ecclesie xxij
die mensis May Anno domini Millesimo CCC° xl° Et nostre translacionis vij°

Et nos Robertus permissione divina Prior ecclesie Christi Cant metropolitice supradicte et eiusdem
loci Capitulum habito primitus cum venerabili patre nostro domino Johanne dei gracia Cant Archiepiscopo supradicto solempni
et diligenti tractatu qui de iure exigitur in hac parte contentibusque omnibus et singulis que in huiusmodi concessionibus
perpetuis et ecclesiarum alienacionibus requirebantur de iure appropriacionibus ecclesiarum predictarum quatenus in nobis est pro
nobis et successoribus nostris imperpetuum una cum venerabili patre nostro predicto tenore presencium consentimus ac
omnia et singula premissa in dicto nostro capitulo rata habentes et grata ut premittitur cum eodem ratificamus approbamus ac
etiam confirmamus. Salvis nobis et ecclesie nostre predicte omnibus iuribus libertatibus dignitatibus privilegiis
et consuetudinibus nostris tam sede Cantuar vacante quam etiam ipsa plena. Et specialiter iurisdiccione
spirituali totius parochie et ecclesie de Worton predicte sede Cant quotiens vacante. In cuius rei testimonium
presentem paginam sigillo nostro communi fecimus communiri. Acta et data in capitulo nostro die et anno domini supradictis.

Bonifacius Episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis Abbati et Conventui
Monasterii de Ffaversham Cluniacensis ordinis Cant diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Ea que
pro utilitate et comodo ecclesiarum et Monasteriorum et piorum locorum ac personarum ecclesiasticarum
presertim sub regulari habitu virtutum domino famulancium studio pie vite provide facta sunt ut illibata
consistant libenter adicimus cum a nobis exigitur apostolici muniminis firmitatem. Dudum siquidem felicis
recordacionis Gregorius papa nonus predecessor noster vestris iustis postulacionibus annuens ecclesiam de Ludeham
cum decimis suis et decimas de Kyngesnode de Molendinis pannagiis et nemoribus vestris ac silvis ceduis
de Ffethersf et Hokerugge ac terras possessiones et redditus necnon libertates et non immunitates a
regibus et episcopis ac aliis Christifidelibus Monasterio vestro pia et provida liberalitate concessas sicut eas
iuste et pacifice tunc obtinebatis vobis et per vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmavit prout
in dicti predecessoris litteris inde confectis quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus
plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra peticio continebat vos et dictum
vestrum Monasterium a tempore cuius contrarii memoria non existit a solucione decimarum dicti Manerii de
Kyngesnode predicti ac Molendinorum omniumque agrorum pasturarum nemorum silvarum ceduarum et nonceduarum
ac omnium aliorum ad idem predium pertinencium et contiguorum eidem necnon nemorum seu silvarum de Ffethersf et
Hokerugge predictorum fuit prorsus liberum et immune. vos quoque fueritis prout estis in pacifica possessione vel
quasi libertatis et immunitatis huiusmodi toto tempore supradicto pro parte vestra fuit nobis humiliter supplicatum
ut litteris et confirmacioni huiusmodi dicti predecessoris robur apostolice approbacionis adicere ac alias vobis et
dicto Monasterio ut deinceps super premissis inquietari non possitis providere de benignitate apostolica dignaremur.
Nos itaque ipsius predecessoris in hac parte vestigiis inherentes huiusmodi supplicacionibus inclinati litteras et
confirmacionem predictas ratas habentes et gratas eas et quecumque inde secuta auctoritate apostolica approbamus
et nichilominus ecclesiam cum decimis ac decimas Molendinorum pannagiorum Nemorum silvarum ceduarum et nonceduarum
terras possessiones redditus libertates et immunitates predictas vobis et per vos eidem Monasterio de novo ad

cautelam ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus supplentes omnes defectus si qui
forsan intervenerint in eisdem de plenitudine apostolice potestatis ac districtius inhibentes ne quis deinceps cuiuscumque
status gradus ordinis vel condicionis existat etiam si Archiepiscopali Episcopali vel alia quavis ecclesiastica vel mundana
dignitate prefulgeat vos et dictum Monasterium de premissis aut eorum aliquo quomodolibet molestare vel
inquietare presumat. Volentes et apostolica auctoritate decernentes quod vos et ipsum vestrum Monasterium a quarumcumque
solucione decimarum earundem sitis perpetuo liberi et immunes ac decernentes irritum et inane quicquid in
contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Tenor autem dictarum litterarum
talis est / **Gregorius** Episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterii de
Faueresham Cluniacensis ordinis Cantuar dioc. Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est nos
facilem prebere consensum et vota que a racionis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea
propter Dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu ecclesiam de Ludeham cum pertinenciis
suis decimas quoque de Kyngesnode ac Molendinis panagiis et nemoribus vestris sicut easque eciam de Ffelherst et
Hokerige ac terras possessiones et redditus necnon libertates et immunitates a Regibus et episcopis ac aliis christi
fidelibus Monasterio vestro pia et provida liberalitate concessas sicut ea omnia iuste et pacifice obtinetis vobis et per
vos eidem Monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam nostre confirmacionis et communicionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli Apostolorum eius se noverit
incursurum Dat Parisius xv kl Ffebruarii. Pontificatus nostri Anno Tercio. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostre approbacionis confirmacionis communicionis et supplecionis infringere vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli Apostolorum
eius se noverit incursurum. Dat Rome apud Sanctum petrum Non Januarii Pontificatus nostri Anno Duodecimo /

Ecclia de Newenhm

Noverint tam presentes quam futuri quod Ego Fulco de Newham concessi sancto Salvatori de Ffeversham et
Monachis ibidem deo servientibus Ecclesiam de Newenhm cum omnibus appendiciis suis pro anima mea et antecessorum
meorum remedio inperpetuam elemosinam dedi /

Ecclie appropriat prioratui de Horton

Ecclia de Purl

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Ver Constabularius Regis Anglie et Adeliz filia Hugonis
de Monteforti uxor mea damus et concedimus deo et sancte marie et sancto Johanni et sancto pancracio et Monachis de
Lewes apud Hortona deo servientibus ibidem manerium cum omnibus rebus ad illud pertinentibus scilicet cum terra quam homines Haiton
et de hangst et de mareisco et cum operibus que homines faciebant apud Saltwood et cum nemoribus Redbrot et
Witingehange in elemosinam liberam et quietam in omnibus sicut dominium nostrum: prior quoque de Horton reddet singulis annis
ecclesie sancti pancracii unam marcam argenti et prior liceat quos voluit monachos recipere et tenere apud Horton quot videt
ad honorem et utilitatem ecclesie, preter hec damus decimam de Etretona sicut Robertus capellanus eam tenuit et in Essexia
ecclesiam de Purl cum omnibus decimis et consuetudinibus et pertinentibus. Damus etiam x solidos qui reddebant de Haiton
Saltwood et xxx denarios qui de eadem terra reddebant Estbrugie hec et omnia que data sunt: damus pro anima regis Henrici
domini nostri et pro salute et incolumitate nostra et pro animabus nostris et antecessorum et parentum et propinquorum et benefactorum nostrorum
Quicumque et barones vel homines nostri ibidem in elemosinam dederint eodem modo damus et concedimus. Testibus Robertus de Ver iuvene
Robertus de Welle Robertus de Orlaneston Nigello de Essetesford Eustacio dapifero Hamo de Crevequer Willelmo filio Henrici Willelmo filio eius
Guidone de Mealdo Willelmo filio Nigelli Ricardo de Welles filiis eius Roberto et Willelmo fratre eius Godfrido de Mealdo filio Simonis /

Eccie de Stanfford et Bradun

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris. Quod Ego Robertus de Ver Constabularius
Regis Anglie et Adeliz filia Hugonis de Monteforti uxor mea dedimus et concessimus deo et beato apostolo Johanni
et monachis atque ecclesie de Horton et monachis in eadem ecclesia ad serviendum deo et beato Johanni commorantibus Manerium de
Tydynton cum omnibus pertinenciis suis Manerii in perpetuam elemosinam pro redempcione et salute anime Regis Henrici et Regis Stephani
et animarum nostrarum et omnium fidelium antecessorum nostrorum. ita libere et quiete et honorifice tenendum et habendum sicut
nos tenuimus Regis Henrici predicti dono eiusdem terminis et finibus et postea Regis Stephani scilicet cum Soca
et Saca et tol et team et infangenetof cum omnibus consuetudinibus et libertatibus et quietacionibus de Warpeni et nuper
in bosco et plano in pratis et pasturis in viis et semitis in aqua et in sectis. Ad hec ecclesiam de Stanford cum eiusdem
Ecclesie pertinenciis omnibus scilicet beneficiis ecclesiasticis Atque ecclesiam de Bradewell cum suis pertinentibus beneficiis ecclesiasticis
scilicet Estbrugie et Hunecolde excepto sale. Testibus Alberico de Ver et Roberto fratre suo Radulfo filio Willelmi

Willmo de pilatanil · henr dapif hugone heselrot hugone Talebot Willmo de Wellet · Osb Marisc Willmo fil Turstan dapifer Rad de Gralys Rad fil Turaldi Robto de sco martio · Ernoldo sacerdote pagano clico Symo de chaud et hugone fre suo et Johe Sacerdote

Henricus dei gra Rex Anglie et Dux Normanie et Aquitanie et Com Andeg Archiepis Epis Abbibz Com Baron Justic Vicec et oibz ministris et fidelibz suis totius Anglie salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclie sci Johis Ewang de horton et monachis ibidem deo servientibus oia scripta que eis rationabilr data sunt in ppetuam elemosinam. scilt ex dono Roberti de Ver et Adeline uxoris sue Maneriu de horton cum oibz ptin suis. scilt cum terr et hoibz de horton et de hangsele et de maresco et cum operibz q hoies faciebat apud Saltwod et cum nemoribz Redbroc et de Northgang de hoc manio reddet Prior de horton singlis annis ecclie sci pauli unam marcam argenti Et idem priori licebit qs volunt monachos tempore et here apud horton qui sint ad honorem et utilitatem ecclie decianam et de Ettretto sicut Robtus capell cam hunt et in Essex ecclam de purlea cum oibz ptin et consuetudinibz ad eam ptin et quinqz s q reddebat de hartona Saltwod et xx s denariis qui de eadem terr reddebant Eskbruge de Ver et premonstr sunt Manuu de Tytinto cu oibz ptin et libtatibz eiusdem manii et ecclam de Stansted cu oibz ptin suis et ecclam de Barbory cu ptin suis et x s de Asbrugia et de homthelch excepto sale. Ex dono Osbti et Ermeline uxoris sue tam de hamtona excepta pte illa qua idem Osbtus dedit sorori sue tenendam pro viij denariis per annu et heredibz suis de predictis monachis et rationabilem donationem quam Ermenilda fecit adem eccle de maritagio suo in marisco et de dote sua de hugo de Gara et confessionem qua Walterus filius eiusdem Ermeline inde fecit predictis monachis sicut carta sua testatur. Ex dono Johis Com de augo et Alicie uxoris sue terram qua Waldwinus tenebat de Wisdena cu oibz ptin suis et xx s de tra q fuit Osbti de Forwita singlis annis Ex dono Symonis de Aralling terram de Blea. Ex dono Nicholai et uxoris sue Knive unam virgata tre Ex dono Stephi pris Johis harnigod et Winnarte uxoris sue et ipius Johis harnigod et fem suorum xx acras tre apud Stutingsbruge Ex dono Nigelli filii Bartarami totam terram qua ipse tenebat de feodo Robti de Ver et totam aliam terram suam de gudensfudz ipse tenebat saluo servicio duorum suorum et terram de heda et domum suam in castello. Ex dono Symonis de Tevegata unam acram pte q dr Lanhopa. Ex dono Normanni de Esstford ecclam de Esstford cum terris et decimis et oibz ad eam ptin et unam virgatam terr qua ffulco presbr tenuit pro viij s p annu et terr eiusdem fere que reddit ix denar p annu Ex dono Robti patris hamonis de Aldelosa totam terram illa qua Robtus de Ver tenuit salvo servicio meo et servagio dimid virgate terre et confessione qua hamo filius eiusdem Robti de Aldelosa eis de terra illa fecit rationabilr. Ex dono hugonis de sco quintino terra de Volcham possidend per reddit v s per annu et p escambio de dimid virgata q pertinet ad ecclam de Eslinge Ex dono Norbti filii cole et filiorum suorum terram illam q dr Gara et ad caput eiusdem terre apud orientem xij acr terre ascendentes contra montem Ex dono Rogeri pincne et uxoris eius terras scripta et omnia illa q ipse tenuit uno et una die. Quare volo et firmiter precipio q predicta ecclia et monachi predicti habeant et teneant oia supradicta cum oibz ptin suis in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis et molendinis in vivariis et piscariis in stagnis et mariscis in ecclis et capellis in terris et rebus ad eas ptin bene et in pace libere et quiete plenarie integre et honorifice cum oibz libertatibz et libis consuetudinibz suis sicut carte donatorum testantur et distinguunt. T. Ric de Luci Willo filio Audel Dap et Gilbto Malet Dap Regin de Curtnai Tho Bassett Willo de Lanval Robto fil Bern et Tho fre suo Rad fil Bern et Willmo fre suo Willo de Ambrilla Rada Archiepo Johe de Stutyng apud Wi.

Lucius epus servus servorum dei Dilectis filiis Willelmo Priori Monasterii sci Johis Euangeliste de Hortuna eiusqz fratribz tam presentibz qm futuris regularem vita professis imppetuum. Ad hoc nobis vniu catholice cura a summo pastore deo commissa est vt dei servos paternis affectibz diligamus et eo amplius studeamus eorum devotionem modis omnibz confovere quo ferventius spiritualibus disciplinis ecclasticis et eorum patrum regulis inherere noscuntur. Tunc eni deo gratum aplicis impendit famulatus Cum eorum locorum salubris institutio rigor et ordo nostris patrociniis in religionis puritate fuerint conservata. Ea propter dilecti in dno filii venerabilis fratris nri henrici Wintonien epi precibz inclinati vestris iustis postulationibz clementer annuimus et prefatum Monasterium in quo divino mancipati estis obsequio sub beati petri et nra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes vt quascumqz possessiones quecumqz bona idem Monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut futuris concessione pontificum largitione Regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci firma vobis vestris qz successoribus et illibata permaneant. In quibz hec propriis duximus exprimenda vocabulis Hortunam cu ptin suis. Tydintunam cum ptin suis Ecclam de purleia et de Bradebuma et de Stanestana Terram de hunechilda et de Esbrugha et de Wtuna Ecclam de Esford cu virgata terre terram que fuit Symonis de Volham. Mansuras de hyda Iura consuetudines libertates rationabiles. Decernimus ergo vt nulli omnino hominu liceat prefatum Monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua diocesani episcopi canonica iusticia et apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tercioue commonita si non satisfaccione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi quatinus et hic fructum bone accionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Gregorius presbiter cardinalis tituli Calixti ss.
Ego Guido presbiter cardinalis tituli sancti Grisogoni
Ego Petrus presbiter cardinalis tituli Pastoris
Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli sancte Praxedis
Ego Rainerius presbiter cardinalis tituli sancti Stephani in monte

Ego Lucius catholice ecclesie episcopus
Ego Conradus Sabinensis episcopus
Ego Teodwinus episcopus sancte Rufine
Ego Albertus Ostiensis episcopus
Ego Iuanus Tusculanus episcopus
Ego Petrus Albanensis episcopus

Ego Arg' diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi
Ego Otho diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum
Ego Guido diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani
Ego Petrus diaconus cardinalis sancte Marie in porticu
Ego Johannes diaconus cardinalis sancti Adriani

Dat. Lat. per manum Baronis capellani et scriptoris v Id. Maii, Indictione xv, Incarnacionis dominice Anno M° C° lxxxij°, pontificatus vero domini Lucii iij pape anno primo.

Vniuersis Christi fidelibus presentes literas inspecturis vel audituris Henricus permissione diuina prior ecclesie Christi Cantuariensis et eiusdem loci capitulum salutem in domino sempiternam. Litteras patentes bone memorie domini Ricardi quondam Cantuariensis archiepiscopi inspeximus tenorem qui sequitur continentes. Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint Ricardus dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas illam que est in domino salutem. Cum ad sollicitudinis nostre pertineat officium subiectorum nostrorum paci et quieti intendere, viros religiosos et eorum possessiones propensiori caritatis affectu debemus protegere et defensare quatenus nostre protectionis beneficio freti in proposito sancte religionis firmius persistant et nulle malignantium impugnaciones eos vel eorum possessiones turbare vel inquietare attemptent. Ea propter ad vniuersitatis vestre noticiam volumus peruenire quod nos inspecto domini Henrici illustris Anglorum Regis scripto quo dilectis filiis nostris monachis de Horton concedit et confirmat possessiones a fidelium deuocione sibi collatas, easdem possessiones et alias quas iuste possident titulo vel iustis modis poterunt adipisci eisdem monachis sicut eis racionabiliter collate sunt concedimus et confirmamus, Inter quas quasdam vocabulis propriis duximus exprimendas. Ex dono Roberti de Ver et Adeline vxoris eius manerium de Horton cum omnibus pertinentiis suis sicut fuit cum terra et hortis de Horton et de Heuchel et de marisco et cum ortis quos Hamo faciebat apud Saltwod et cum nemoribus de Redbrok et de Wlingham. decimam de Elleton sicut Robertus capellanus eam habuit. Et in Esseia vaccariam de Purleia cum omnibus pertinentiis et consuetudinibus ad eam pertinentibus et v s. que reddebantur de Harton et Saltwod et xxx denarios qui de eadem terra reddebantur Estbrige. Preterea ex dono eiusdem Roberti et prenominate vxoris sue Adeline manerium de Tydinton cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus eiusdem manerii. Et ecclesiam de Stanford cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiam de Braborn cum omnibus pertinentiis et decimam de Estbrige de Hanchelde excepto sale. Ex dono Osberti Marescalli et Emeline vxoris sue terram de Hamton excepta illa parte quam idem Osbertus dedit sorori sue tenendam de predictis monachis et donacionem quam Emelina fecit eidem ecclesie de maritagio suo in marisco et de dote sua de Iugo de Gara et concessionem quam Walterus filius eiusdem Emeline inde fecit predictis monachis. Ex dono Johannis Cam' de Kngo et Adelicie vxoris sue terram quam Colwinus tenebat de Resdeun cum omnibus pertinentiis suis et xxx s. de terra que fuit Osberti de Bordwik singulis annis. Ex dono Symonis de Malling terram de Hulcham. Ex dono Richardi et vxoris sue Aluric in Stuting vnam virgatam terre. Ex dono Stephani Haringod et Wimarce vxoris sue et Johannis Haringod et fratrum suorum xx acras terre apud Stutingbrige. Ex dono Nigelli filii Bertrami totam terram quam ipse tenebat de feodo Roberti de Ver et totam aliam terram suam de Gubinsbergh ipse tenebat et terram de Heda. Ex dono Simonis de Thengat vnam acram prati que dicitur Langhop. Ex dono Normanni de Essetesford ecclesiam de Assetesford cum terra et decimis et omnibus ad eam pertinentibus et vnam virgatam terre quam Fulco presbiter tenuit et terram cuiusdam fabri que reddit ix denarios per annum. Ex dono Roberti de Adelose totam terram illam quam Robertus de Ver tenuit et concessionem quam Hamo filius eiusdem Roberti eis de terra illa fecit. Ex dono Hugonis de sancto Quintino terram de Hulcham possidendam pro reddit' v s. per annum. Essarta dimidie virgate terre que pertinet ad curiam de Selling. Ex dono Walteri filii Cole et filiorum suorum terram que dicitur Gare et ad eandem eius parte xx acras terre astendentes contra montem. Ex dono Rogeri pincerne et vxoris eius terras et virgulta et omnia alia que tenuerit vno anno et vno die. Ex dono Symonis de Tyngate reddit' ij s. de terra que vocatur Swanesham. Ex dono Walteri filii Roberti decimas nemoris de Frengherie et iiij hortos qui in eodem nemore habitabant et terram apud Posling quam dederat Armigero suo Walterus de Malling. Ex dono Huberti de Sandherst et concessione Ranulphi et Hadwise nepotis predicti Huberti terram que dicitur Wocland in Sydinto. Ex dono Godfridi de Malling vna virgata terre in Hulburne. Ex dono Roberti Bretel vna virgata terre in Strete. Ex dono Walteri filii Galfridi Rufi et fratrum suorum terra que dicitur Reginaldi in Stret. Vt autem hec concessionis nostre pagina firma et inconcussa permaneat eam et sigilli nostri apposicione et testium subscripcione communiuimus. Hiis testibus magistro P. de Blesensi, Richardo Bathon', Willelmo archidiacono Glouc', magistro Henrico de Northampton, Willelmo de Cotindon, Rogero decano, magistro Rogero Norreis, Petro Lond' et Galfrido clericis et multis aliis. Et quia huiusmodi concessionem et confirmacionem prefati patris dudum predecessoribus nostris sub sigillo nostro communi fursse vidimus confirmatas in forma communi. Nos easdem concessiones et confirmaciones sicut rite et racionabiliter facte sunt ratificantes ipsas de gracia nostra speciali tenore presencium innovamus. Salvis nobis et ecclesie nostre predicte omnibus privilegiis iuribus et libertatibus nostris et aliis quibuscumque nobis et ecclesiam nostram predictam qualitercumque spectantibus in presenti et que spectare poterunt in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Dat. in Capitulo nostro vigilia purificacionis beate marie Anno domini Millesimo Tricentesimo Sexto.

Ecclesie appropriate Collegio de Maidenston

Ecclesie de Sutton Lyllyngton et ffarlegh

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus Universis et singulis quos infrascripta tangunt negocia vel tangere poterunt quomodolibet in futurum Salutem in sinceri amplexibus salvatoris. Miserabilis condicionis humane fragilitas rubiginem peccati que prefertur ex primi parentis propagine masse carnee indissolubiliter inheret sicque obnoxia ad malorum et peiorum scemata naturaliter inclinata trahitur semper in devium et nutat in precipicium si per devotorum oraciones aut propria merita resistencie debite non adiungatur gracia singularis. De meritis quidem nostris nullatenus confidimus qui iniquitates supergresse sunt caput nostrum et sicut onus grave gravate sunt a facie insipiencie nostre. Igitur spei nostre in devotorum oracionibus quorum preces celum penetrant et assistunt ante conspectum altissimi firmissime collocantes in eius una firma spem ponentes qui dat potentibus affluenter quod ea que divina prece divino merito et per divinum promerendi medium fortassis mediocriter adquirimus multiplicatis intercessoribus exuberancius largientur. Altissimo favente et pie supponimus aucto cultu divino et numero intercessorum qui pro nobis et benefactoribus nostris vivis et defunctis assiduas preces deo fundant in ecclesia parochiali de Maidenston nostre diocesis et patronatus augmentari. Ac eandem ecclesiam in collegiatam erigi fieret per nostram industriam competentibus facultatum pro deo famulantibus in eadem affectavimus. Huiusmodi nostris votis Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Bonifacius divina providencia papa nonus annuit graciosissime. Qui nobis per suas litteras apostolicas dictam ecclesiam in collegiatam erigendi et ibidem collegium pro uno magistro et totidem capellanis et clericis usque ad certum numerum sive aliud de quo nobis videretur numerum faciendi ac eciam statuendi et ordinandi ea que circa huiusmodi collegium statuenda et ordinanda forent, necnon modum vivendi huiusmodi magistri capellanorum et clericorum ordinandi et statuendi plenam et liberam concessit auctoritatem ac facultatem prout hec et alia in huiusmodi litteris apostolicis nobis directis plenius continentur. Quarum quidem litterarum auctoritate ipsam ecclesiam parochialem in collegiatam ereximus ac unum et certum numerum capellanorum et clericorum de bonis et proventibus dicte ecclesie necnon aliis bonis per nos undecumque adquisitis et adquirendis exhibendorum in eodem collegio ordinavimus et disposuimus prout hec et alia in litteris nostris patentibus inde confectis plenius sunt expressa. Cum igitur dicti Collegij facultates et proventus ac alia bona per nos adquisita et dictis Magistro et Capellanis per nos donata et concessa ad congruam sustentacionem eorundem ac ad subeundum et supportandum onera eis varia incumbencia plene non sufficiant. Desiderantes quod cultus divinus qui ut pie credimus in divinis serviciis et aliis requisitis in eodem collegio honorifice ad laudem et gloriam divini nominis ampliabitur ibidem augere hospitale apostolorum petri et pauli novi operis de Maidenston nostre diocesis et patronatus cum eius terris tenementis redditibus serviciis et possessionibus eiusdem necnon advocacionibus ecclesiarum de Sutton Lillyngton et ffarlegh eidem hospitali appropriatarum ipsasque ecclesias prefatis Magistro et Capellanis dicti collegij concedere et ipsi collegio duo annecti intendimus canonice appropriare incorporare annectere unire seu ad dictum collegium transferre volentes tamen in premissis debitum iuris ordinem servare dilectis filiis priori et Conventui sive capitulo ecclesie nostre Cantuariensis premissa iuris exigencia premittendum scripsimus intimari ut super hiis iuste deliberarent ac solempniter et diligenter tractarent eosdemque priorem et Conventum seu capitulum ac omnes et singulos fratres hospitalis predicti necnon Archidiaconum Cantuariensem in specie ac omnes alios et singulos quorum interest in hac parte in genere peremptorie citari mandavimus et fecimus quod certo competenti per nos eisdem prefixo termino in dicta collegiata coram comparerent. Prefati quidem prior et Conventus sive Capitulum tractatu suo in hac parte seu suis tractatibus deliberacionem huiusmodi assensum et consensum ac eciam nobis super exhabundanti tractatu et consensum sive huiusmodi donacioni appropriacioni annexioni ac translacioni et ad hoc consentire voluerunt prestitum necnon tam ipsi prior et Conventus seu Capitulum quam fratres hospitalis et Archidiaconus antedicti necnon omnes alii quorum interest seu interesse in hac parte dicere seu proponere voluerunt quare dictum hospitale cum terris &c.

Sutton Lillyngton et Farlegh eidem hospitali appropriatis et cum aliis suis pertinenciis donari appropriari incorporari annecti et transferri dicte ecclesie collegiate non deberent dicturi et propositur. Ulterius que facturi et recepturi quod qualitas huiusmodi negocii exigit et requirit. Quo quidem termino adueniente in ecclesia collegiata predicta coram nobis pro tribunali sedentibus predictorum prioris et conuentus seu capituli procuratore legitimo cum sufficienti mandato, dictisque fratribus hospitalis ac archidiacono personaliter comparentibus tractatu cum dicto procuratore diligente et solempni super premissis habuimus ac subsequenter ab eodem procuratore et dictis fratribus et archidiacono requisivimus an quicquam dicere seu proponere voluerint quare dictum hospitale cum aduocacionibus ecclesiarum et ceteris ac pertinenciis antedictis dicte ecclesie collegiate incorporari uniri seu annecti aut eciam transferri non debeat qui quidem procurator prioratus nomine suorum dominorum necnon fratres hospitalis et archidiaconus prenotati expresse dixerunt quod non dicere seu proponere voluerunt quare dictum hospitale cum ceteris eidem annexis et earundem aduocacionibus ac omnibus aliis suis pertinenciis collegiate ecclesie ut permittitur non deberet appropriari uniri et annecti seu eciam transferri sed ad huiusmodi appropriacionem annexionem unionem incorporacionem ac eciam translacionem suum expressum assensum et consensum prebuerunt. Tandem quia per nos recepta sufficienti informacione tam super insufficiencia dotacionis dictorum magistri capellanorum et clericorum quam aliorum superius deductorum + quia omnia superius suggesta seu narrata comperimus veritate fulciri, obseruatisque omnibus et singulis et presertim + sufficienti cause cognicione que in huiusmodi negocio necessaria fuerint et eciam oportuna de consilio iurisperitorum nobis assidencium ac de consensu expresso procuratoris dictorum prioris et conuentus seu capituli ac fratrum hospitalis apostolorum Petri et Pauli et archidiaconi predictorum Christi nomine invocato dictum hospitale iam vacans cum aduocacionibus ecclesiarum de Sutton Lyllynton et Farlegh eidem hospitali appropriatarum ac ipsas ecclesias cum omnibus terris tenementis redditibus firmis possessionibus ac aliis iuribus et pertinenciis eiusdem hospitalis prefato collegio ac magistro et confratribus ac ceteris eiusdem de licencia illustrissimi principis et domini nostri domini Ricardi regis Anglie et Francie et domini Hibernie damus concedimus assignamus in puram et perpetuam elemosinam appropriamus incorporamus annectimus et unimus ac eciam transferimus in usus proprios dictorum magistri et capellanorum ac clericorum ac suorum successorum perpetuo possidendum. Proviso tamen quod onera solita eidem hospitali incumbencia idem magister et capellani congrue et honeste supportent et debite sustineant in futurum: volentes et eisdem magistro et capellanis tenore presencium concedentes quod dictum hospitale ac ecclesias antedictas eidem hospitali ut permittitur appropriatas ceterorumque iurium et pertinenciarum eiusdem possessionem quam eis placuerit et videbitur expediens auctoritate sua propria ingredi eorundemque possessione pacifica gaudere licite possint nullius alterius super hoc petita licencia seu optenta salvis in omnibus consuetudinibus archiepiscopalibus et ecclesie nostre Cantuariensis iure ac eciam dignitate. In quorum omnium testimonium presentes nostras litteras sive presens publicum instrumentum per magistrum Henricum Barron notarium publicum subscribi et publicari mandavimus ac sigilli nostri appensione fecimus communiri. Data et acta sunt hec prout suprascribuntur in ecclesia parochiali de Maideston antedicta sub anno a Nativitate domini nostri Ihesu secundum cursum et computacionem ecclesie anglicane millesimo CCC^mo nonagesimo quinto. Indiccione quarta. Pontificatus sanctissimi patris domini nostri domini Bonifacii divina providencia pape noni anno septimo mensis Marcii die nona. Presentibus tunc ibidem discretis viris dominis Johanne Wotton Cicestrensis et Philippo Rogger Wellensis cathedralium ecclesiarum canonicis, Thoma Seoder clerico Herefordensis diocesis et [illegible] ac Willelmo Perk clerico [illegible] et Exoniensis diocesis et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et specialiter rogatis. ./

Procuratorium prioris
et capituli ecclesie Cant
ad consenciendum
erectioni collegii
de Madenston

Pateat universis per presentes quod Nos Thomas Prior et Capitulum ecclesie Cantuar habito inter nos super negocio dacionis assignacionis unionis incorporacionis annexionis sive translacionis hospitalis apostolorum Petri et Pauli nomine operis de Maydeston ac omnium tenementorum terrarum reddituum firmarum et possessionum eiusdem hospitalis cum pertinenciis necnon aduocacionibus prenotatis ecclesiarum de Suttone Lillyntone et ffarlegh Cant diocesis dicto hospitali appropriatarum et appropriacionis earundem ecclesiarum Magistro sive Custodi et sociis sub capellanis collegii omnium sanctorum de Maideston legitime faciendis, solempni et diligenti tractatu, attendentes huiusmodi donacionem appropriacionem et unionem tendere ad divini cultus augmentum et animarum salutem donacioni assignacioni unioni incorporacioni annexioni sive translacioni et appropriacioni predictis nostrum prebemus consensum unanimem et assensum que Reverendissimo in Christo patri et domino domino Willelmo dei gracia Cant. archiepiscopo tocius Anglie primati et apostolice sedis legato presentibus intimamus ac insuper dilectum nobis in Christo Magistrum Adam Mottrum Archidiaconum Cantuariensem nostrum verum et legitimum procuratorem actorem factorem et negociorum gestorem ac nuncium specialem ordinamus facimus et constituimus per presentes. Dantes et concedentes eidem procuratori nostro generalem potestatem et mandatum speciale pro nobis et nomine nostro coram eodem Reverendissimo patre et quibuscumque aliis iudicibus in predicto negocio comparendi ac eisdem dacioni assignacioni unioni incorporacioni annexioni sive translacioni dicti hospitalis apostolorum Petri et Pauli nomine operis de Maidenston et omnium terrarum tenementorum reddituum firmarum et possessionum eiusdem hospitalis cum pertinenciis et aduocacionibus ecclesiarum de Suttone Lillintone et ffarlegh Cant diocesis dicto hospitali appropriatarum et earundem ecclesiarum appropriacioni Magistro sive custodi et sociis sub capellanis et eidem collegio faciendis quatenus ad nos attinet pro nobis et ecclesia nostra diligenti tractatu ac consenciendi et plenum consensum prebendi pariter et assensum, necnon omnia et singula faciendi exercendi et expediendi que in huiusmodi negocio necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, eciam si mandatum magis exigant speciale. Ratum insuper et gratum nos perpetuo habituros ea que in premissis seu eorum aliquo fecerit nomine nostro sub ypotheca et obligacione omnium bonorum nostrorum promittimus et exponimus realiter caucionem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus est appensum. Data Cant in domo nostra capitulari vj die Marcii Anno domini millesimo CCC^mo nonagesimo quinto. ./

Licentia domini Regis ad erigendum ecclesiam collegiatam de Maydenston

Ricardus dei gratia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie omnibus ad quos presentes litere peruenerint Salutem. Sciatis quod cum venerabilis in Christo pater Willelmus de Courtenay totius Anglie primas et apostolice sedis legatus consanguineus noster carissimus devocionis fervore succensus cupiens intime et desiderans cultum divinum ampliare pariter et augere ecclesiam parochialem beate Marie de Madenston sui patronatus et dioc' in quoddam Collegium nostra mediante licencia erigere intendat et fundare. Nos attendentes propositum ipsius Archiepiscopi in hac parte meritorium et salubre ac debite considerantes grata et laudabilia ac fructuosa obsequia nobis et regno nostro per ipsum Archiepiscopum multipliciter impensa volentes igitur proinde ac propter specialem affectionem quam ad personam suam sub exigentibus meritis gerimus et habemus ipsum Archiepiscopum super pia intencione sua in premissis favore prosequi graciose et ut nos operis tam meritorii premiis participemur de gratia nostra speciali et ex certa sciencia nostra concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est eidem Archiepiscopo quod ipse dictam ecclesiam parochialem beate Marie de Maidenston de patronatu suo existentem in quoddam Collegium erigere et Collegium illud de uno magistro sive Custode ac tot sociis sive Capellanis et aliis ministris deo in eodem Collegio servituris quot idem Archiepiscopus secundum discrecionem suam melius viderit expedire fundare facere et stabilire valeat pro perpetuo iuxta ordinacionem suam in hac parte faciendam. Concessimus eciam de gratia nostra speciali et ex certa sciencia nostra et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris eidem Archiepiscopo quod ipse advocacionem et patronatum predicte ecclesie parochialis ac Capellarum eidem annexarum que de nobis tenentur in capite ut dicitur dare possit et assignare predicto Magistro sive Custodi et sociis sive Capellanis dicti Collegii et successoribus suis magistris sive Custodibus ac sociis sive Capellanis eiusdem Collegii de prefato Archiepiscopo et successoribus suis in liberam puram et perpetuam elemosinam imperpetuum. Et eisdem magistro sive Custodi ac sociis sive Capellanis quod ipsi advocacionem et patronatum ecclesie predicte et Capellarum eidem annexarum a prefato Archiepiscopo recipere et ecclesiam illam cum eisdem Capellis appropriare et eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint eisdem magistro sive Custodi et sociis sive Capellanis dicti Collegii et successoribus suis in sublevacionem sustentacionis sue imperpetuum tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem. Concessimus insuper de uberiori gratia nostra et ex certa sciencia nostra et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris eidem Archiepiscopo quod ipse hospitale apostolorum Petri et Pauli novi operis de Maydenston ac omnia terras tenementa redditus servicia et possessiones eiusdem hospitalis cum pertinenciis una cum advocacionibus et patronatibus ecclesiarum de Sutton Lillinton et Ffarlegh dicto hospitali appropriatarum de patronatu suo existencium que quidem hospitale advocaciones et patronatus de nobis similiter tenentur in capite ut dicitur dare possit et assignare predictis Magistro sive Custodi et sociis sive Capellanis dicti Collegii habendum et tenendum sibi et successoribus suis de predicto Archiepiscopo et successoribus suis in liberam puram et perpetuam elemosinam imperpetuum et similiter quod idem Archiepiscopus predictum hospitale ac omnia terras tenementa redditus servicia et possessiones eiusdem hospitalis cum pertinenciis prefatis Magistro sive Custodi et sociis sive Capellanis ac Collegio predicto in maiorem subvencionem eorundem unire incorporare et annectere valeat quodque ecclesie de Sutton Lillinton et Ffarlegh licite transferri valeant in et ad predictos Magistrum sive Custodem et socios sive Capellanos ac Collegio predicto melioribus modo et forma quibus fieri poterit imperpetuum seu alias quod omnino appropriacio et incorporacio dictarum ecclesiarum de Sutton Lillinton et Ffarlegh terrarum tenementorum reddituum serviciorum et possessionum hospitalis predicti eidem hospitali antea facte penitus dissoluantur et predictis Magistro sive Custodi et sociis sive Capellanis dicti Collegii et successoribus suis ac Collegio predicto de novo approprientur amortisentur uniantur et incorporentur habendum in eorum proprios usus iuxta ordinacionem ipsius Archiepiscopi in hac parte similiter faciendam imperpetuum. Et eisdem Magistro sive Custodi et sociis sive Capellanis dicti Collegii quod ipsi idem hospitale ac omnia terras tenementa redditus servicia et possessiones eiusdem cum pertinenciis ac advocaciones dictarum ecclesiarum de Sutton Lillinton et Ffarlegh a prefato Archiepiscopo in forma predicta recipere et hospitale predictum ac terras tenementa redditus servicia et possessiones huiusmodi cum pertinenciis ac ecclesias illas hospitali predicto sic unita annexa translata et incorporata sive easdem ecclesias de novo incorporatas sibi et successoribus suis in proprios usus habere et tenere valeant imperpetuum sicut predictum est similiter licenciam dedimus per presentes. Dumtamen elemosine pauperibus in hospitali predicto solui consuete ibidem futuris temporibus continue sustententur. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito aut quibuscumque aliis statutis in contrarium editis seu eo quod advocaciones seu patronatus dictarum ecclesie parochialis de Maydenston et Capellarum eidem annexarum ac dictarum ecclesiarum de Sutton Lillinton et Ffarlegh sunt percella ffundacionis Archiepiscopatus predicti aut percella temporalium eiusdem Archiepiscopatus de ffundacione progenitorum nostrorum quondam Regum Anglie et nostro patronatu existencium seu eo quod advocaciones et patronatus predicti de nobis tenentur in capite sicut predictum est aut aliquibus aliis premissis non obstantibus. Nolentes quod predictus Archiepiscopus vel successores sui aut prefati Magister sive Custos et socii sive Capellani dicti Collegii seu eorum successores racione statuti predicti seu aliquorum aliorum premissorum per nos vel heredes nostros iusticiarios Escaetores vicecomites aut alios ballivos seu ministros nostros quoscumque inde occasionentur molestentur in aliquo seu graventur. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Castrum nostrum de Ledes secundo die Augusti Anno regni nostri decimo nono.

eiusdem Collegii cum sic fundatum fuerit habendum et tenendum eidem magistro sive Custodi et sociis sive Capellanis

Processus super dissolucione Hospitalis novi operis Maydenston et unione collegio de Maydenston

Willmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus universis et singulis quos infrascriptum tangit negocium vel tangere poterit quomodolibet in futurum Salutem in sinceris amplexibus salvatoris. Mirabilis condicionis humane fragilitas rubiginem peccati que presertim primorum parentum propagine masse carnis indissolubiliter inheret suis ab origine ad maliciam et peccatorum sarcina naturaliter inclinata trahit in devium et mergat in precipitium si per devotorum oraciones aut propria merita resistentie debite non argumentur gratia singularis. De meritis quidem nostris nullatenus confidimus quoniam iniquitates supergresse sunt caput nostrum et sicut onus grave gravate sunt a facie nostre insipiencie. Illam igitur spem nostram in devotorum oratorum quorum preces celum penetrant et astant ante conspectum altissimi firmissime collocantes in eius misericordia firmam spem ponentes qui dat petentibus affluenter quod ea que unica prece unico merito et per unum promerendi medium fortassis mediocriter acquiruntur altissimo favente multiplicatis intercessoribus exuberancius largientur hoc devocionis stimulo pro corporali Christi Jhesu ut pie supponimus accrescit cultum divinum et numerum intercessorum qui pro nobis et benefactoribus nostris vivis et defunctis assiduas preces deo fundant in ecclesia parochiali de Madenston nostrarum diocesis et provincie affectamus augmentari ac eandem ecclesiam in Collegiatam erigi fieretque per nostram industriam competenti proviso facultatum pro deo famulantibus in eadem hiis nostris votis. Sanctissimus in Christo pater dominus noster dominus Bonifacius divina providencia papa nonus annuit graciosissime qui nobis per suas literas apostolicas dictam ecclesiam in Collegiatam erigendi ibidem Collegium pro uno magistro et Capellanis et Clericis videlicet ad viginti quatuor seu alium de quo nobis numero videretur faciendi ac eciam statuendi et ordinandi ea que circa huiusmodi Collegium statuenda et ordinanda fuerint necnon modum vivendi huiusmodi Magistri Capellanorum et Clericorum ordinandi et statuendi plenam et liberam concessit auctoritate apostolica facultatem prout hec et alia in huiusmodi literis inde apostolicis nobis directis plenius continentur quarum quidem literarum auctoritate ipsam ecclesiam parochialem in Collegiatam ereximus ac magistrum et certum numerum Capellanorum et Clericorum de bonis et proventibus dicte ecclesie necnon aliis bonis per nos undecumque acquisitis et acquirendis exhibendorum in eodem Collegio ordinavimus et disposuimus prout hec et alia in literis nostris patentibus inde confectis plenius sunt expressa. Cum igitur dicti Collegii facultates et proventus ac alia bona per nos acquisita et dictis magistro et Capellanis per nos donata et concessa ad congruam sustentacionem eorundem ac ad subeundum et supportandum onera eis necessario incumbencia plene non sufficiant desiderantesque cultum divinum qui ut pie credimus in divinis serviciis et aliis requisitis in eodem Collegio honorifice ad laudem et gloriam divini nominis ampliabitur ibidem augere hospitale Apostolorum Petri et Pauli novi operis de Maydenston nostrarum provincie et diocesis cum omnibus terris tenementis redditibus serviciis et possessionibus eiusdem necnon advocacionibus ecclesiarum de Sutton Lyllyngton et Ffarlegh eidem hospitali appropriatarum ipsasque ecclesias prefatis Magistro ac Capellanis dicti Collegii confratribus et ipsi Collegio divino annuente intendimus canonice appropriare incorporare annectere unire seu ad dictum Collegium et transferre volentes tamen in premissis debitum iuris ordinem servare dilectis filiis priori et Conventui sive Capitulo ecclesie nostre Cantuariensis premissa iuxta iuris exigenciam primitus fecimus intimari ut super hiis inter se deliberent ac solempniter et diligenter tractent eosdemque Priorem et Conventum seu Capitulum ac omnes et singulos fratres hospitalis predicti necnon Archidiaconum Cantuariensem in specie ac omnes alios et singulos quorum interest in hac parte in genere peremptorie citari mandavimus et fecimus quod certo competenti per nos eisdem prefixo termino in dicta Collegiata ecclesia comparerent prefati quidem prior et Conventus sive Capitulum tractatum suum in hac parte seu super tractatu deliberacionem huiusmodi ostensuri et exhibituri ac eciam nobiscum ex habundanti tractaturi et consensum suum huiusmodi donacioni appropriacioni annexioni ac translacioni si ad hoc consentire voluerint prestituri necnon tam ipsi prior et Conventus seu Capitulum quam fratres hospitalis et Archidiaconus antedicti necnon omnes alii quorum interest signanter in hac parte dicere seu proponere voluerint quare dictum hospitale cum ecclesiis de Sutton Lillyngton et Ffarlegh eidem hospitali appropriatis et cum aliis suis pertinenciis donari appropriari incorporari annecti et transferri dicte ecclesie Collegiate non deberent dicturi et proposituri ulteriusque facturi et recepturi quod qualitas huius negocii exigit et requirit.

Quo quidem termino adveniente in ecclesia Collegiata predicta coram nobis pro tribunali sedentibus predictorum Prioris et Conventus seu Capituli procuratore legitimo cum sufficienti mandato dictisque fratribus hospitalis ac Archidiacono personaliter comparentibus tractatum cum dicto procuratore diligentem et solempnem super premissis habuimus ac subsequenter ab eodem procuratore et dictis fratribus et Archidiacono requisivimus an quicquam dicere seu proponere voluerint quare dictum hospitale cum advocacionibus ecclesiarum et ecclesiis ac pertinenciis suis dicte ecclesie Collegiate incorporari uniri seu annecti aut eciam transferri non debeat qui quidem et procurator procuratorio nomine suorum dominorum necnon fratres hospitalis et Archidiaconus prenotati expresse dixerunt quod nichil dicere seu proponere voluerint quare dictum hospitale cum ecclesiis eidem annexis et et earundem advocacionibus ac omnibus aliis suis pertinenciis Collegiate ecclesie ut premittitur non deberet appropriari uniri et annecti seu eciam transferri sed ad huiusmodi appropriacionem annexionem unionem incorporacionem ac eciam translacionem suum expressum assensum et consensum prebuerunt. Tandemque per nos recepta sufficienti informacione tam super insufficiencia dotacionis dictorum magistri Capellanorum et Clericorum quam aliorum superius deductorum per quam omnia superius suggesta seu narrata comperimus veritate fulciri observatisque omnibus et singulis et presertim sufficienti cause cognicione que in huiusmodi necessaria fuerint negocio vel eciam oportuna de consilio iurisperitorum nobis assidencium ac de consensu expresso procuratoris dictorum prioris et Conventus seu Capituli ac fratrum hospitalis apostolorum Petri et Pauli et Archidiaconi predictorum Christi nomine invocato dictum hospitale tam vacans cum advocacionibus ecclesiarum de Sutton Lillyngton et Ffarlegh eidem hospitali appropriatarum ac ipsis ecclesiis cum omnibus terris tenementis redditibus serviciis possessionibus ac aliis iuribus et pertinenciis eiusdem hospitalis prefato Collegio ac magistro et confratribus ac sociis eiusdem de licencia Illustrissimi principis et domini nostri domini Ricardi Regis Anglie et Ffrancie et domini Hibernie damus concedimus assignamus in puram et perpetuam elemosinam appropriamus incorporamus annectimus et unimus ac eciam transferimus in usus proprios dictorum magistri et Capellanorum ac Clericorum ac successorum suorum perpetuo et possidendum. Proviso tamen quod onera solita eidem hospitali incumbencia idem magister et Capellani congrue et honeste supportent et debite sustineant in futurum. Volentes et eisdem magistro et Capellanis tenore presencium concedentes quod dicti hospitalis ac ecclesiarum antedictarum eidem hospitali ut premittitur appropriatarum ceterorumque iurium et pertinenciarum eiusdem possessionem quando eis placuerit et videbitur expediens auctoritate sua propria inpropriis eorundemque possessione pacifica gaudere licite possint, nullius alterius super hoc petita licencia seu obtenta, salvis in omnibus consuetudinibus archiepiscopalibus et ecclesie nostre Cantuariensis iure ac eciam dignitate. In quorum omnium testimonium premissorum nostras litteras sive presens publicum instrumentum per magistrum Henricum Tyrow notarium publicum subscribi et publicari mandavimus ac sigilli nostri appensione fecimus communiri. Data et acta sunt hec prout suprascribuntur in parochiali ecclesia de Maidenstone antedicta sub anno Nativitatis domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane millesimo CCC^mo nonagesimo quinto, Indictione quarta, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacij divina providencia pape noni anno septimo, mensis Marcij die nona, presentibus tunc ibidem discretis viris dominis Johanne Wotton Cicestren. et [illegible] Rogero Walley Cathedralium ecclesiarum Canonicis, Thoma Stodere ecclesie Herforden. diocesis, Ricardo Gray, Willelmo Peres armigeris et [illegible] dictor. et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis communicionis supplicionis voluntatis declaracionis institucionis et ordinacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum v. kl. Augusti pontificatus nostri anno nono. J.

Ecclesia appropriat' prioratui de Bylsyngton

Ecclesia de Bylsyngton

Symon permissione divina Cant. Archiepiscopus tocius Anglie Primas et apostolice sedis legatus, dilectis filiis Religiosis viris Priori et Conventui Canonicorum Regularium de Bylsyngton ordinis sancti Augustini nostre diocesis, salutem graciam et benediccionem. Peticio vestra nobis nuper exhibita continebat quod ecclesia vestra tam propter sterilitatem terrarum et possessionum vestrarum dicte olim fertilitarum modernis temporibus plus solito invenientem, quarum magna pars in marisco de Romene nostre diocesis inter flumina aque recentis et maris notorie situatur, ubi inundaciones aquarum frequenter excreverunt et communiter excrescunt, quam propter subita aliarum eorum mortalitatem vestrorum quoque ecclesie vestre et domorum eiusdem grandes ruinas necnon varias decimarum et aliorum onerum importabilium exacciones collectas insuper et cotidianos sumptus tam circa custodiam littorum maris et fluctuum eiusdem pro salvacione terrarum vestrarum predictarum in dicto marisco ut premittitur existencium, quam alias vobis et ecclesie vestre necessario incumbentes graves quoque et alios adeo est depauperata et depressa, quod nisi vestre necessitati huiusmodi eidem per oportune subvencionis celerius occurratur, dicta ecclesia vestra ad irrecuperabilis dissolucionis opprobrium in brevi deducetur. Quare nobis humiliter supplicastis ut ex causis predictis per nos primitus diligenter ponderatis ad relevamen onerum premissorum et divini cultus augmentum, ecclesiam parochialem de Bilsyngton de vestro patronatu dicte quoque nostre diocesis, iuxta cuius parochie fines et limites dicta ecclesia vestra conventualis notorie situatur ab ipsa ecclesia vestra non longe distantem, cuius fructus redditus et proventus universi una cum porcione annua decem marcarum sterlingorum religiosis viris priori et conventui de Boxgrave Cicestren. diocesis a dicta ecclesia de Bilsyngton ut dicitur debitarum secundum taxacionem decime valorem annuum viginti quinque marcarum dicte monete non excedunt, vobis et ecclesie vestre supradicte cum suis iuribus et pertinenciis universis appropriare velimus et unire ipsiusque fructus redditus et proventus concedere in usus vestros perpetuo convertendos. Nos siquidem vobis et ecclesie vestre supradicte indigencie notorie et necessitati paterno compacientes affectu vestrisque in ea parte iustis supplicacionibus inclinati, super omnibus et singulis suggestis in dicta vestra supplicacione expressatis et eorum veritate vocatis primitus omnibus in hac parte de iure evocandis per viros fidedignos in forma iuris iuratos et singulatim examinatos plenam premissorum noticiam habentes auctoritate nostra ordinaria inquiri fecimus diligenter, habito quoque cum religiosis viris et dilectis in Christo filiis priore et capitulo ecclesie nostre Cantuariensis solempni et diligenti tractatu quem in concessionibus huiusmodi perpetuis et ecclesiarum alienacionibus sive appropriacionibus exigitur de consuetudine vel de iure, dictis etiam causis iustis et legitimis et sufficienter probatis per nos inventis et pro veris et iustis servato processu legitimo in huiusmodi negocio de iure requisito premunitis, interveniente insuper consensu illorum quorum interest seu interfuit ac contradicentibus et observatis omnibus et singulis que in premissis et ea tangentibus de iure fuerint observanda, licencia regia eciam in hac parte preobtenta, dictam ecclesiam de Bilsyngton fructus quoque et proventus eiusdem cum suis iuribus et pertinenciis universis in usus vestros et ecclesie vestre ac successorum vestrorum perpetue convertendos ex causis supra scriptis vobis et ecclesie vestre predicte vobisque successoribus auctoritate nostra ordinaria supradicta tenore presencium appropriamus annectimus et unimus ac concedimus in hiis scriptis. Ita quod cedente vel decedente dicte ecclesie Rectore qui nunc est, liceat vobis per vos seu alium aut alios vestro nomine dictam ecclesiam et possessionem corporalem eiusdem libere ingredi et intrare et vobis et ecclesie vestre adquirere et eas occupare, et pro perpetuo retinere fructus quoque redditus et proventus omnes eiusdem ecclesie percipere et de eisdem disponere ad usus vestros supradictos, ad que facienda et exercenda

vobis et Successoribus vris pro nobis et Successoribz nris plenam et liberam concedimus potestatem et
licenciam specialem Jure et dignitate Ecclie nre et Archidiac Cant nobis et Successoribz nris, nec etiam
percipiendi dictam annuam pencionem decem marcarum ab ecclia predca prior et Conventui de Boxgrave predict in
omnibz salvis. decimum quia fructus redditus et proventus omnes Ecclie supradicte propter exilitatem eorundem
notor ad sustentacionem unius vicarii perpetui in dicta Ecclia de Bilsington ordinandi sive instituendi in eadem
Et ad solucionem annue pencionis supradict ac ad relevamen onerum debitorum incumbentium non sufficiunt hijs diebz
nec sufficere poterunt verisimiliter in futurum Ideirco volumus statuimus et ordinamus qd vos prior et
Canonici et Successores vri post adeptam dicte Ecclie de Bilsington possessionem pacificam per unum de canonicis
vris presbiterum mobilem non perpetuum seu capellanum aliquem secularem idoneum stipendiarium eciam temporale
eidem Ecclie in divinis congrue deservire et parochianis eiusdem sacramenta et sacramentalia ecclastica ministrare
facere valeatis. Et valeant iuxta libitum voluntatis, ut ac quod absit appropriatio et unio huius Ecclie
antedict. vobis qz seu Successoribz vris sit in utilis seu notiva In Cuius Rei testimonium et ad ppetuam
Rei memoriam Sigillum nrm fecimus hijs apponi Dat apud Maghefeld iiij^to nonas Novembris Anno dni
Millmo cccc sexagesimo quinto Et nre Cons Anno Sextodecimo

Edwardus dei gracia Rex Anglie Dns hibnie et Dux Aquitanie
Omnibz ad quos presentes litere pervenerint Salutem. Sciatis qd per finem quem Dilecti nobis in
xpo Prior et Canonici de Bilsington fecerunt nobiscum. Concessimus et licenciam dedimus pro nobis et
heredibz nris quantum in nobis est. Dilectis nobis in xpo Priori et Conventui de Boxgrave qd ipi advocacōem
Ecclie de Bilsington dare possint et concedere prefatis Priori et Canonicis de Bilsington. Habend et
tenend sibi et Successoribz suis imppetuum. Et eisdem Priori et Canonicis de Bilsington qd ipi advocacōem
predcam a prefatis Priore et Conventu recipere, Et eciam illam appropriare Et eam appropriatam in proprios
usus tenere possint sibi et Successoribz suis predictis imperpetuum sine occasione vel impedimento nri vel hered nrorum
Justiciar Escaetor vicecomit aut aliorum ballivorum seu ministrorum nrorum quorumcumqz In Cuius Rei
testimonium has litteras nras fieri fecimus patentes. Teste me ipo apud [illegible] vicesimo tercio die
Septembris Anno regni nostri Secundo

Ecclia appropriat priorat de Clerkynwell

Ecclia de Sydyngbourn

Henricus dei gra Rex Angl et Dux Norm et Aquit et Comes Andeg. Archiepis
Epis Abbibz Comitibz Baron Justic vicecom ministris et omnibz fidelibz suis Angl Saltm. Sciatis
me concessisse et dedisse In liberam et perpetuam Elemosinam et presenti Carta mea confirmasse
Ecclie deo et sce Marie de Clerkenewella et Scis Monialibz in ea deo servientibz Ecclesiam de
Sidingeburna in Cancia cum omnibz ptinentijs suis pro salute mea et antecessorum meorum Quare
volo et firmiter precipio qd prenominata ecclia de Clerkenwell et sce Moniales ibm deo servientes
predictam Ecclesiam de Sidingeburna habeant et teneant In libera et perpetua elemosina bene et in pace
libere et quiete Integre et plenarie et honorifice cum omnibz que ad eam ptinent In terris et decimis
et redditibz in bosco et plano in pratis et pasturis In aquis et Molendinis In vijs et semitis et in omnibus
alijs locis et alijs rebz ad eam ptinentibz et cum omnibz libertatibz et libis consuetudinibz suis Teste
R. Rotomag. G. Elien. B. Exon. A. Waterfordensi. Epis. humfrido de Buhun Const. Waltero filio
Robti. Robto Marmium Willmo fil Aldel Dapifero Rad fil Stephi Camerar apud Westmon

Ricardus dei gra Cant Archiepus totius Angl primas et Aplice sedis Legatus
Universis sce matris ecclie filijs Ad quos presentes littere pervenerint eternam in dno Salt. Ad
Universitatis vre noticiam volumus pervenire nos concessisse et hac Karta nra confirmasse in
liberam et perpetuam Elemosinam. Ecclie bte Marie de fonte clericorum et Monialibz ibidem divino

mancipatis servicio. Ecclesiam de Sidingeburna cum omnibz ptinencijs suis sic dns Anglorum Rex Illustrissimus H. eandem Ecclesiam eis concessit et Carta sua confirmauit. Unde volumus et ea qua fungimur auctoritate precipimus ut prelibata Ecclia de fonte clericorum et Moniales eiusdem loci. habeant et imppetuum possideant prescriptam Ecclesiam de Sidingeburna cum omnibz ad eam ptinentibz in terris decimis et omnodis obvencionibz ceteris rebus ad ipsam spectantibz. Et ut hec nre concessionis et confirmacionis pagina firma et inconcussa permaneat. eam sigilli nri apposicione duximus roborare statuentes et sub interminacione Anathematis prohibentes ne quis eandem confirmacionis nre paginam irracionabiliter infringere vel ei aliquatenus temere contraire presumat. Testibz hijs Waltero Baior Willmo Glouvrestr magro Rob de Inglesham Henr Baior, magro Rogo Norwic Joh Capellano Alfredo clerico Willmo de Sotind et alijs plibus ./

Baldewinus dei gra Cant Archiepus totius Anglie primas et Aplice sedis Legatus Omnibz xpi fidelibz ad quos presentes littere pvenerint eternam in Dno salutem. Ad vniversitatis vre noticiam volumus pvenire dilectas filias nras. priorissam et Moniales de Clerkenwell Cartam Illustris Angl Regis Henr scdi nobis exhibuisse ex cuius tenore intelleximus dnm Regem Ecclesiam de Sidingebury in Cancia Ecclie Ste Marie de Clerkenwell et eam dicte monialibus ibidem deo famulantibz in liberam et ppetuam elemosinam concessisse et dedisse cum omnibz ptinencijs suis. Nos vero concessionem et donacionem a dno Rege factam grato acceptantes assensu eam auctoritate qua fungimur presentis scripti serie confirmamus et ipsam sicut racionabiliter facta est sigilli nri patrocinio communimus. Hijs Testibz. Magro Henr de Norham. magro Silvestro magro Radulfo de Sto Martino. Joh de Exon. Willmo de Sotind Gileb fil Willi. Henr de Exon Ric de Sumfraunk, Willmo Prudum Galfr fort. Simon. Salom Eustach de Wilton et alijs ./

Stephanus dei gra Cantuar Archiepus totius Angl primas et Ste Romane ecce Cardinalis Omnibz xpi fidelibz ad quos presens scriptum pvenerit Saltm in domino. Ad vniversitatis vre noticiam volumus pvenire nos autentica scripta bone recordacionis Ricardi. Baldewini et Huberti predecessorum nrorum a dilectis filiabz nris monialibus de Clerkenwell nobis exhibita inspexisse et ex eorundem inspeccione intellexisse Ecclesiam de Sidingebury cum ptinencijs eius memoratis monialibz ab illustri Rege Anglie henrico in sctitorum fuisse collatam et a pnominatis predecessoribz nris auctoritate Epali fuisse confirmatam. Nos autem eorundem predecessorum nrorum in hijs que a iusticia et pietate non discordant vestigia sequi volentes, memoratam ecclesiam monialibz antedictis sicut a predcis predecessoribz nris pie et racionabiliter eisdem est concessa et confirmata nra quoque auctoritate confirmamus. Una tam presenti scripto quam sigilli nri apposicione protestamur Hijs testibz, magro Simone de Langeton fre nro Magro Thoma de ffrecham. Roberto de Bristoll Ricardo de Clentham Magro Philippo magro Willmo de Bretton Joh de Waltham et Vincencio clericis et multis alijs ./

Hub dei gra Cant Archiepus totius Angl primas. Omnibz Ste matris Ecclie filijs ad quos presens scriptum pvenerit. Eternam in Dno Salt. Ad communem omnium noticiam devenire volumus. Nos Cartam confirmacionis Ricardi bone memorie antecessoris nri. dilectis filiabz nris monialibz de Clerkenwell super Ecclia de Sidingeburna. quam bone recordacionis H. Illustris Angl Rex, eis divine pietatis intuitu contulit indultam sub hunc continentie forma inspexisse, Ric dei gra Cant Archiepus totius Anglie primas et Aplice sedis legatus. Vniversis Ste matris ecclie filijs ad quos presentes littere pvenerint, Eternam in dno Salutem. Ad vniversitatis vre noticiam volumus pvenire. nos concessisse et hac carta nra confirmasse, in liberam et ppetuam Elemosinam Ecclie bte Marie de fonte clericorum et monialibz ibidem divino mancipatis servicio. Ecclesiam de Sidingeburna cum omnibz ptinencijs suis sicut dns Angl Rex illustrissimus. H. eandem Ecclesiam eis concessit et Carta sua confirmavit, Unde volumus et ea qua fungimur auctoritate precipimus, ut prelibata ecclia de fonte clericorum et moniales eiusdem loci habeant et imppetuum possideant prescriptam Ecclesiam de Sidingburna cum omnibz ad eam ptinentibz in terris decimis et omnodis obvencionibz. ceteris rebus ad ipsam spectantibz. Et ut hec nre concessionis et confirmacionis pagina firma et inconcussa permaneat eam sigilli nri apposicione duximus roborare Statuentes et sub interminacione Anathematis prohibentes. ne quis eandem confirmacionis nre paginam irracionabiliter infringere vel ei aliquatenus temere contraire presumat. Ut igitur quod a predco antecessore nro factum est. firmam et ppetuam optineat stabilitatem concessionem et confirmacionem ipius sicut iuste et racionabiliter facta est, ratam habemus et eam auctoritate nra confirmantes tam presenti scripto quam sigilli nri testimonio duximus communiend Hijs testibz G. Roffen Epo, magro Ric Cancell nro, Rann Thanat Archid, magro Willo de Noketon magro Willo de Sumercote. nro Senesc. nro Willo de Calna. Magro Adam de Walsingham Joh et Rob clericis et alijs ./

Ricardus dei gra Cant Archiepus totius Angl primas et Aplice sedis legatus
Universis sce matris ecclie filijs ad quos presentes littere pervenerint Eternam in dno Salt.
Ad universitatis vre notitiam volumus pervenire nos concessisse et hac Carta nra confirmasse
In liberam et ppetuam elemosinam Ecclie bte Marie de fonte Clericorum et Monialibus ibidem divino mancipatis
Scilicet Ecclam de Sidingeburna cum omnibus ptinentijs suis sicut dominus Anglorum Rex illustrissimus H.
eandem Ecclam eis concessit et carta sua confirmavit. Unde volumus et ea qua fungimur auctoritate
precipimus ut prelibata Ecclia de fonte Clericorum et Moniales eiusdem loci habeant et in ppetuum possideant
prescriptam Ecclam de Sidegheburna cum omnibus ad eam ptinentibus in terris decimis et omnimodis
obventionibus suis rebus ad ipsam spectantibus Et ut hec nre concessionis et confirmationis pagina firma et
inconcussa permaneat eam Sigilli nri apponi duximus roborare statuentes et sub interminatione et
Anathematis prohibentes ne quis eandem nre confirmationis paginam irrationabiliter infringere vel ei
aliquatenus temere contraire presumat. Testibus hijs Walter Prior. Willo Cler Archidiac. Magro Robto de
Inglesham. Henr Prior. Magro Rogio Norwicen. Johe Capellano. Ric et Ranulfo Clericis. Willmo
de Gernedon et alijs plibus.

Universis Xpi fidelibus presens Scriptum visuris vel Audituris
Rogerus permissione divina Prior Xpi Ecclie Cantuar et eiusdem loci Capitulum Salutem
in Domino Sempiternam. Cum ex inspectione Cartarum patrum venerabilium Baldewini
Ricardi. Hubti. Stephani Archiepiscoporum Cantuar totius Angl primatum nobis constiterit
eandem Ecclam de Sidingeburne sc Monialibus de Clerkenwelle a multis retroactis temporibus et
apropriatam fuisse in usus proprios possidendam. Nos dictorum patrum Appropriationes et collationes
de dicta Ecclia ipsis factas ratas habentes et acceptas assensum et consensum nrm prebentes eisdem ipsas
sicut rite et rationabiliter facte sunt quantum ad nos ptinet confirmamus In Cuius rei testimonium
presens scriptum Sigillo nostri Capituli duximus roborandum.

Urbanus Eps servus servorum Dei Dilectis in Xpo filiabus Ermegard
Priorisse Monasterij ste Marie de fonte Clericorum extra muros London eius sororibus
tam presentibus quam futuris Regulariter substituendis In perpetuam memoriam prudentibus
virginibus que sub habitu religionis accensis Lampadibus per opera sanctitatis se iugiter preparant ire
obviam sponso. Sedes Aplica debet presidium impertiri ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas
a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat Ea propter Dilecte in Xpo filie vris
iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum Monasterium ste Marie de fonte Clericorum in quo
divino estis obsequio mancipate sub beati Petri et nra protectione suscipimus et presentis scripti
privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo Monasticus qui secundum Deum et beati
Benedicti regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter
observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem Monasterium in presentiarum iuste
et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium
seu alijs iustis modis prestante Domino poterit adipisci firma vobis vrisque succedentibus et illibata permaneant
In quibus hec proprijs duximus exprimenda vocabulis. locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est
cum omnibus ptinentijs suis. Ex concessione Ranulfi Comitis Cestrie cum assensu diocesani epi conventualem
Ecclam Monialium Cestrie cum omnibus ptinentijs suis. Ex concessione Karmi in Xpo filij Henr Illustris Anglorum
Regis. Ecclam de Sidingeburna cum ptinentijs suis. epo loci prebente assensum. Ex dono Ric Lundonien
Epi terram et Capellam de Mosswelle. Ex dono David Regis Scotie unam acram prati in Totham. Ex
dono Willm Comitis Essexie redditum assartorum de Hadleye. Ex concessione Willm Comitis Gloucestr
et dono Forte decem solidorum redditus in Londonijs. Ex dono Reginaldi de Warrenna triginta solidorum
redditus in Sobria. Ex concessione Henr de Essexia ecclam de Norlde cum ptinentijs suis. epo loci prebente
assensum. Ex dono Mauricij de Totham ecclam eiusdem ville cum ptinentijs suis. et quindecim acras
terre in eadem villa cum assensu diocesani epi. Ex dono Gaufredi Martel de Blenuford cum ptinentijs
suis. et duas marcas redditum in Wintona. de dono Rogi filij Ranfredi terram quam ipse habuit in Dunmatte
cum ptinentijs suis. de dono Walteri filij Humfredi et Roberti de Lameie et Gaufredi de Ambla et uxorum
eorum triginta solidorum redditus de Langeford. Ex dono Bertrandi filij Terrici quaterviginti acras
terre in Nedrerton et in Folesdun. Ex dono Eustachij de Stanes unam carrucatam terre in Kingeston
cum ptinentijs suis. Ex dono Willm de sto Georgio unam hidam terre in Haslingefeld. Ex dono Robti
de Verli molendinum de Weston. Ex dono Gaufredi Caper redditus molendini de Fuleshale. Ex concessione

Monachorum de Stanesgate decimas de feudo de Clerkenewell cum pratis suis et viginti acras terre. Et
terras et redditus quos adepti sunt de feodo de Clerkenewell. Et concessione Jordani de Briset et concessione
Ranulfi de Ynge et Henrici Foliot et uxoris eorum. Ex dono Roberti Britonis tenementum terre et prati de
Wanstede et redditum unius marce. Ex dono Eustachii de Wilingehale terram quam Ricardus presbiter tenuit
ab eo in eadem villa. Ex dono Arnulfi de Curtey terram quam Ricardus presbiter tenuit ab eo in Fifhide. Ex
dono Roberti Mengi terram quam predictus presbiter tenuit de eo in Wilingehale et dimidiam acram. Ex dono
Henrici filii Hugonis redditum et tenementum de terra Ricardi de Frase in Standon. Ex dono Roberti filii
Geronis septies viginti acras terre in Tottenham cum prato et aliis pertinentiis suis. Ex dono Ricardi de
Mandewill tres solidatas terre in Redewell. Ex dono Ranulfi de Ynge et Henrici Foliot quatuor acras
terre in Steple. Ex dono Roberti de Montagu et W. filii sui quinque solidatas terre in Ynge. Ex dono
Michaelis Capre unum mesuagium in London. Ex dono Nicholai filii Clementis redditum duorum solidorum iuxta
Ludgate. Ex dono Roberti filii Radulfi unum mesuagium in London. Ex dono Alicie Capre terram in Philippeslane
et dimidie marce redditus in Gratesle. Ex dono Gaufredi de Scuteler viginti solidorum redditus in London.
Ex dono G. Londoniensis episcopi ecclesiam de Stanegate in London. Ex dono Roberti Aurifabri unum mansagium
et domos in eodem masagio London. et omnes alias terras et redditus quos habetis in London et in
Suburbio. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium
vestrorum decimas a vobis nullus exigere presumat. Liceat quoque vobis personas e seculo fugientes
liberas et absolutas ad conversionem recipere et eas sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus
insuper ut nulli sororum vestrarum post factam in loco vestro professionem nisi arctioris religionis obtentu fas
sit sine priorisse sue licencia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione
nullus audeat retinere. Libertates preterea immunitates a karissimo in Christo filio nostro Henrico illustri Anglorum
Rege vobis concessas et scripti sui munimine roboratas ratas perpetuo decernimus permanere. Statuimus
etiam ut episcopus loci in vestra ecclesia synodum vel capitulum non ordinet seu missas faciat publicas nisi invitatus
a priorissa vel sororibus celebrare presumat. Omnes preterea rationabiles consuetudines et iura vel
canonicas ac regulares institutiones hactenus conservatas sine maioris et sanioris partis capituli
consilio et assensu nullus pervertere vel temere audeat innovare. Constituimus etiam ut absque manifesta
et rationali causa nulli episcopo vel archidiacono divinum vobis officium liceat interdicere aut sacramenta vobis
ecclesiastica denegare seu personam tuam vel sororum tuarum ad capitulum seu conventus forenses in propria
persona vocare. Preterea novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis episcopis archidiaconis seu decanis
aliisque ecclesiasticis personis pro quibuslibet ecclesiasticis sacramentis in ecclesiis vestris omnino fieri prohibemus.
Presenti etiam decreto sancimus ut liceat priorisse que pro tempore fuerit terras ecclesias vel possessiones
alias seu redditus officiis monasterii deputatas sine communi consensu capituli vel maioris et sanioris
partis minuere vel quolibet titulo alienare. Nec liceat alicui terras vel ecclesias seu aliquod beneficium
ecclesie vestre collatum personaliter dari sive alio modo alienari sine communi consensu capituli vel maioris et sanioris
partis assensu. Si que vero donationes seu alienationes aliter quam dictum est facte fuerint eas
irritas esse censemus. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clausis ianuis
exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare.
Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extreme voluntati qui
se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati sint vel interdicti nullus obsistat. Salva tamen iustitia
illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci priorissa
vel earum qualibet que tibi successerit nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur
nisi quam communi consensu vel sororum maior pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti
regulam providerint eligendam. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium
temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus
fatigare sed omnia integra conserventur earum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa
sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia.
Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens
contra eam temere venire presumpserit secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione
correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata
iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi
aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura
servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud
districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Dat. Verone per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii xiiij kl. Novembris
Indictione Incarnationis dominice anno M° C° lxxxvj°. Pontificatus vero domini Urbani
pape iij anno primo.

Celestinus Eps servus servorum dei dilectis in xpo filiabus Priorisse et Monialibus Cenobij de Clerkenwell Lond' Salt et Aplicam ben. Justis petentium desiderijs dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecte in dno filie vris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu Ecclias de Cyllyngeburn In Cantuarien et Ecclias de Thotham et de Walda in London' diocesibus constitutas cum omnibus pertinentijs suis sicut eas iuste ac sine controversia possidetis vobis et per vos Monasterio vro auctoritate aplica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus districtius inhibentes ne aliqua ecclastica secularis ve persona ecclias illas contra voluntatem vram illa temeritate invadere minuere aut iura que vobis competunt in ecclijs illis detinere presumat Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam vre protectionis confirmationis et inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli aplorum eius se noverit incursurum. Dat Lateran' vj kl Novembris Pontificatus nri Anno Quarto.

Eccle appropriat Collegio de Wye

Consensus Abbatis et Conventus de Bello super vicaria de Wye

Universis sancte matris ecclie filijs hoc scriptum indentatum visuris vel audituris Frater Johannes divina permissione Abbas Monasterij Sci Martini de Bello et eiusdem Conventus Salutem in dno sempiternam. Cum dnus noster Rex per lras suas patentes quas inspeximus quarum dat est apud Westm vicesimo septimo die ffebruarij Anno regni sui decimo concesserit pro se et heredibus et Successoribus suis quantum in ipso fuit licentiam dederit Revmo in xpo patri et domino dno Johanni miseratione divina sacrosancte Romane ecclie tt sce Balbine presbitero Cardinali ac Eboracen Archiepo Anglie primati et Aplice sedis legato per nomen Ven in xpo patris Johannis Eboracen Archiepi sui quod heredibus assignat et executoribus suis quod ipsi in parochia de Wye Cantuar dioc erigere posset et possent atque fundare Collegium quoddam perpetuum videlicet de uno magro sive preposito et de tali ac tanto numero presbiterorum sive Capellanorum ac ministrorum ecclasticorum prout sibi visum erit deo famulaturorum vocandum sive nuncupandum Collegium Scorum Gregorij atque Martini et illud ordinationibus atque statutis talibus que et qualia pro salubri regimine eiusdem congrua sibi videbuntur et oportuna. Et ne futuris aliquibus temporibus inter magrum sive prepositum et vicarium dicte ecclie parochialis de Wye lites aliquae dissentiones discordie contentiones vel rixe suboriantur aut fiant quod fortassis evenire posset ex intitulatione diversarum personarum in eisdem et per hoc impedimentum vel disturbium afferri executioni divinorum officiorum et ingratitudo quod absit parari animabus eorum per quos huiusmodi officia veniunt exequenda concesserit ulterius prefatus dnus Rex et per easdem lras suas licentiam dederit pro se heredibus et Successoribus suis prefatis magro sive preposito et Capellanis quod ipsi advocationem vicarie dicte ecclie de Wye a nobis et Successoribus nris eiusdem vicarie patronis adquirere possint Et nobis quod nos eandem advocationem prefato magro sive preposito et Capellanis concedere possimus atque dare. Et quod eadem advocatione per eosdem magrum sive prepositum et Capellanos adquisita et obtenta ipsi predictam vicariam cum suis iuribus et pertinentijs universis sibi appropriare et in proprios usus tenere possint tenendum sibi et successoribus suis imperpetuum Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis non obstante. Nos predci Abbas et Conventus predict sanum et laudabile propositum dicti Cardinalis effectui debito mancipari volentes prebentes quod in hac parte assensum et voluntatem nros unanimes pro eo etiam quod prefatus Cardinalis Collegium suum iam fundavit erexit et stabilivit in forma predca Concessimus et unanimi assensu et consensu nris pro nobis et Successoribus nris quantum in nobis est confirmamus magro Thome Gauge magro sive preposito et Capellanis Collegij predci advocationem predictam tenendum sibi et Successoribus suis imperpetuum Volentes et concedentes quantum in nobis est quod ipsi vicariam predcam cum post mortem magri Philippi Aske nunc vicarij eiusdem aut alio quovismodo vacaverit in proprios usus teneant et possideant sibi et Successoribus suis imperpetuum Ita tamen quod omnibus reparationibus refectionibus et constructionibus cancelli prefate ecclie parochialis de Wye quotiens et quando necessarium fuerit et tam curam et regimen animarum parochianorum eiusdem parochie quam divinorum officiorum sacramentorum et sacramentalium parochianis huiusmodi exhibendorum ministrationem concernentia necnon omnia alia et singula onera ordinaria et extraordinaria quecumque nobis preterita vicar vel cancelli predict qualitercumque incumbentia subire agnoscere et absque imperpetuum sustentare teneantur ita quod nec de nobis prefatis Abbate et Conventu nris ve Successoribus vel Rectoribus predicte ecclie de Wye ullo unquam tempore

Reparacionem Cancelle predicte aut augmentacionem porcionis vicarii predicte petent exigent seu vendicabunt
Erga nos et Successores nostros ab onere reparacionis et augmentacionis huiusmodi aliisque oneribus omnibus et singulis
suprascriptis exonerabunt nullamque litem questionem controversiam contra nos et Successores nostros occasione
seu pretextu ordinacionis predictorum seu eorum alicuius quovis titulo seu colore movebunt seu moveri facient vel motis
consensum vel assensum prebeant Erga nos et Successores nostros quietos et indempnes inde prout [illegible] fuerint racionis
erga quoscumque conservabunt imperpetuum In Cuius Rei testimonium uni parti huius scripti indentati nobis
predicti Abbas et Conventus Sigillum nostrum commune alteri vero parti eiusdem scripti indentati predicti Magister
sive prepositus et Capellani Sigillum suum commune alternatim apposuimus et apposuerunt Dat in domo nostra
Capitulari Sexto die mensis Octobris Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono Et
Regni vero Regis Henrici Sexti post Conquestum Anglie vicesimo octavo

Unio sive appropriacio vicarie de Wye

Johannes permissione divina Cant Archiepiscopus tocius Anglie primas et Apostolice sedis
legatus Dilectis in Christo filiis Magistro sive preposito et Capellanis Collegii Sanctorum Gregorii atque
Martini infra parochiam de Wye nostre Cant diocesis presentibus et futuris Salutem graciam et benediccionem Cum iam pridem
Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Johannes miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie
tituli sancte Balbine presbiter Cardinalis Eboracensis Archiepiscopus et Apostolice sedis legatus Ad dei omnipotentis
laudem et gloriam divini cultus augmentum et salutem animarum fidelium defunctorum collegium vestrum huiusmodi in
honore dictorum sanctorum confessorum Gregorii et Martini infra parochiam de Wye cuius ecclesia parochialis
Abbati et Conventui Monasterii Sancti Martini de Bello Cicestrensis diocesis iam dudum et ab antiquo fuit
et est canonice unita annexa et appropriata fundaverit erexerit et stabiliverit licencia auctoritate atque consensu
omnium ad quos spectabat et quorum intererat in ea parte ceterisque omnibus et singulis rite et legitime adhabitis
concurrentibus et observatis que de Iure quomodolibet fuerint requisita Nos igitur ea que ad divini
nominis laudem et honorem sui cultus augmentum animarumque salutem cedere possint seu tendere promovere
cupientes et ea submovere per que eisdem obstaculum de verisimili dandum putaretur aut impedimentum
quod fortasse contingere posset ex intitulacione diversarum personarum in prepositum Collegii vestri predicti
et vicaria ecclesie parochialis de Wye antedicte Considerantes quod propinquitatem loci habitacionis sive mansi
vestri dispositi ad ecclesiam parochialem de Wye prescriptam ipsamque ecclesiam laudabilius celebrius et
insignius in divinis officiari curamque parochianorum eiusdem eo diligencius oportunius atque commodius
exercere posse et debere si vicaria perpetua eiusdem ecclesie que de vestris advocacione et patronatu existit
Vobis magistro sive preposito et Capellanis collegii antedicti vestrisque in eodem collegio successoribus ipsique
collegio predicto uniretur annecteretur et appropriaretur hiis et aliis racionabilibus atque legitimis inducti
consideracionibus Necnon obtentu contemplacioneque prefati Reverendissimi in Christo patris fundatoris
vestri atque patroni eiusdem que precibus et instanciis super hoc inclinati quibus sicut decet libenter annuimus
vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Wye predicte cum ipsius integra porcione fructibusque Redditibus et
proventibus iuribus obvencionibus et pertinenciis quibuscumque de communi et unanimi consensu et voluntate dilectorum
filiorum Thome Prioris nostre Cathedralis et metropolitane Cant et eiusdem ecclesie Capituli sive Conventus con-
servatis et concurrentibus in hac parte Omnibus et singulis de Iure vel consuetudine quomodolibet re-
quisitis Vobis Magistro sive preposito et Capellanis collegii supradicti successoribus vestris atque ipsi collegio
vestro huiusmodi univimus annexuimus incorporavimus et appropriavimus Ac sic univimus annectimus
incorporamus et appropriamus atque concedimus in collegii vestri huiusmodi usus proprios per vos et successores
vestros perpetuis futuris temporibus tenendam et possidendam Ita quod liceat vobis et successoribus vestris cedente
seu decedente Magistro Philippo Hust vicariam predictam primitus optinente vel ipsam vicariam huiusmodi
qualitercumque dimittente realem et corporalem possessionem eiusdem vicarie atque eiusdem porcionis ac
iurium et pertinenciarum eorumdem universorum per vos vel successores vestros seu alium vel alios nomine vestro libere
et absque impedimento apprehendere eamque sic apprehensam retinere atque fructus redditus proventus
et obvenciones quascumque ad dictam vicariam qualitercumque pertinentes in vestros et successorum vestrorum atque
Collegii vestri huiusmodi convertere pro futuris temporibus imperpetuum Volentes simul cum hoc et tenore presencium
ordinantes ac decernentes quod prefati magister sive prepositus et Capellani eorumque successores
omnes reparaciones refecciones et construcciones Cancelle prefate ecclesie de Wye quociens et quando
necessarium fuerit Necnon omnia et singula tam Curam et Regimen animarum parochianorum eiusdem
ecclesie quam divinorum officiorum sacramentorum et sacramentalium porreccionem exhibendam ministracionem
concernencia et alia ordinaria et extraordinaria onera quecumque eidem vicarie qualitercumque incum-
bencia subire agnoscere et sustentare teneantur absque eo quod de prefatis Abbate et Conventu eorum-
ve successoribus ullo unquam tempore augmentacionem porcionis vicarie predicte petent exigent seu
vendicabunt sed Abbatem et Conventum eorumque Successores predictos ab onere augmentacionis
huiusmodi aliisque oneribus suprascriptis exonerabunt imperpetuum In quorum omnium et singulorum fidem et
testimonium has literas nostras [illegible] fieri et nostri sigilli apposicione fecimus communiri Dat
in Manerio nostro de Lamehith Nono die mensis Novembris Anno domini Millesimo quadringentesimo
quadragesimo nono Et nostre translacionis Anno septimo

Et nos Thomas Prior ecclesie Cathedralis Metropolitane Cantuariensis suprascripte et eiusdem ecclesie Capitulum seu Conventus propterea capitulariter congregati diligenti plenoque tractatu atque provida deliberacione inter nos unanimiter Reverendissimo in Christo patre et domino domino Johanne dei gracia Cantuariensi Archiepiscopo tocius Anglie primati et apostolice sedis legato habitis servatisque et convenientibus omnibus et singulis que in hac parte de iure seu consuetudine quomodolibet requiruntur unioni annexioni incorporacioni seu appropriacioni concessionique vicarie perpetue ecclesie parochialis de Wye predicte per prefatum Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Johannem Cantuariensem Archiepiscopum magistro sive preposito et Capellanis Collegij sanctorum Gregorij et Martini suprascripti eorumque successorum atque ipsius Collegij sic ut premittitur factis ceterisque omnibus et singulis premissis nostrum communem et unanimem consensum assensum et voluntatem adhibuimus Ac eciam tenore presencium adhibemus premissaque omnia et singula et eorum quodlibet quantum in nobis est ex certa nostra sciencia approbamus ratificamus et confirmamus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apposuimus Datum et Actum in domo nostra Capitulari ecclesie Cantuariensis predicte decimo octavo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono

Et nos Thomas Archidiaconus Cantuariensis considerantes predicta omnia et singula superscripta fuisse et esse racioni et bone pariter consona et precipue ad divini cultus augmentum prout superius est expressum unioni annexioni incorporacioni et appropriacioni concessionique vicarie perpetue ecclesie parochialis de Wye suprascripte modo et forma suprascriptis nostrum consensum assensum et voluntatem adhibuimus Ac eciam tenore presencium adhibemus premissaque omnia et singula et eorum quodlibet quantum in nobis est ex nostra sciencia approbamus ratificamus et confirmamus per presentes In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apposuimus Datum vicesimo octavo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono

Ecclesie de Newyngton iuxta Hith Brensett et Bromehill

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Johannes miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie tituli sancte Albine presbiter Cardinalis Archiepiscopus Eboracensis Anglie primas et apostolice sedis legatus Salutem in domino sempiternam. Sciatis nos in honore domini nostri Jhesu Christi beateque Marie virginis ac sanctorum Gregorij et Martini licencia regia inde primitus habita et optenta dedisse concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse Magistro Thome Gauge Magistro sive preposito et Capellanis Collegij dictorum sanctorum Gregorij atque Martini in parochia de Wye Cantuariensis diocesis et successoribus suis in liberam puram et perpetuam elimosinam ac in auxilium sustentacionis sue imperpetuum Ecclesiam de Newyngton iuxta Hithe et Rectorias et ecclesias de Brensett et Bromehill ac totam advocaciones sive patronatus earundem ecclesiarum quarum advocaciones sive patronatus Vicariarum ecclesiarum illarum necnon omne ius nostrum et titulum que nobis in eisdem aut in aliqua earundem vel in aliquibus parcellis eisdem aut alicui earundem pertinentibus competunt aut nobis vel heredibus nostris in futurum competere poterunt Ac eciam grangeam de Brensett et terras de Newenton et Bromehill unacum glebis decimis oblacionibus obvencionibus fructibus proventibus pensionibus porcionibus redditibus firmis serviciis et aliis pertinenciis commoditatibus proficuis et emolumentis eisdem Rectorijs ecclesiis vicariis grangee et terris qualitercumque spectantibus sive pertinentibus et que nuper habuimus nobis heredibus et assignatis nostris imperpetuum ex dono et concessione Excellentissimi in Christo principis et domini domini Henrici dei gracia Regis Anglie et Francie Sexti prout in litteris suis patentibus quarum data est apud sanctum Jacobum iuxta Westmonasterium vicesimo octavo die Marcij Anno regni sui decimo septimo plenius continetur Habendum et tenendum predictas Rectorias et ecclesias advocaciones sive patronatus grangeam et terras unacum glebis decimis oblacionibus obvencionibus fructibus proventibus pensionibus porcionibus redditibus firmis serviciis et aliis pertinenciis commoditatibus proficuis et emolumentis predictis prefatis Magistro sive preposito et capellanis Collegij supradicti ac successoribus suis in liberam puram et perpetuam elimosinam ac in auxilium sustentacionis sue imperpetuum. Et nos vero predictus Cardinalis et heredes nostri predictas Rectorias ecclesias advocaciones sive patronatus grangeam et terras unacum glebis decimis oblacionibus obvencionibus fructibus proventibus pensionibus porcionibus Redditibus firmis serviciis et aliis pertinenciis commoditatibus proficuis et emolumentis predictis prefatis Magistro sive preposito et Capellanis ac Successoribus suis in liberam puram et perpetuam elimosinam ac in auxilium sustentacionis sue contra omnes gentes warantizabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presenti scripto nostro sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus Gervasio Clyfton Thoma Chyngylton Johanne Scott et Johanne ffogge Armigeris et aliis. Datum secundo die mensis Octobris Anno regni Regis Henrici Sexti post conquestum Anglie vicesimo septimo

Unio ecclesie prioratus de Borketon allapsi

Universis sancte matris ecclesie filijs ad quos presentes littere pervenerint Johannes permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus Salutem graciam et benediccionem ac fidem indubiam presentibus adhibere ex parte venerabilium virorum magistri sive prepositi et Capellanorum sive sociorum Collegij sanctorum Gregorij atque Martini infra parochiam de Wye nostre Cantuariensis

Dioc' nobis exhibit' humiliter supplicatum quod cum Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Johannes miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie tituli sancte Balbine presbiter Cardinalis Anglie primas et apostolice sedis legatus ad dei omnipotentis laudem et gloriam divini cultus augmentum et salutem animarum fidelium defunctorum Collegium huiusmodi in honore dictorum sanctorum confessorum Gregorii atque Martini infra parochiam de Wye nostre Cant' dioc' antedicte fundaverit erexerit et stabiliverit imperpetuum divina gratia duraturum ac advocacionem ecclesie parochialis de Horton Kirkeby nostre dioc' in qua plenum ius habuit patronatus eisdem Magistro sive preposito et Capellanis sive sociis dederit et concesserit ad effectum quod ipsa ecclesia eis et dicto Collegio valeat et possit canonice uniri annecti et appropriari pro eo quod facultates dicti Collegii ad sustentacionem Magistri sive prepositi et Capellanorum eiusdem sive sociorum modernorum et futurorum et dicti Collegii conservacionem et onerum eidem Collegio incumbencium supportacionem non sufficiunt quatinus ecclesiam parochialem predictam de Horton Kirkeby cum suis iuribus et pertinenciis universis auctoritate nostra ordinaria prefatis magistro sive preposito et Capellanis sive sociis eiusdem eorumque successoribus ac Collegio predicto unire annectere appropriare et incorporare dignaremur. Unde nos Johannes Archiepiscopus antedictus eorum supplicacionibus inclinati servatis primitus in hac parte de iure servandis dictam ecclesiam parochialem de Horton Kirkeby cum suis iuribus et pertinenciis universis auctoritate nostra ordinaria prefatis magistro sive preposito et Capellanis sive sociis predictis eorumque successoribus ac Collegio predicto univimus seu annectimus incorporavimus et appropriavimus et in ipsorum proprios usus perpetue possidendam concessimus et nostram finalem sive decretum in hac parte tulimus seu promulgavimus in hunc modum. In dei nomine Amen. Auditis plenius seu intellectis ac plenarie discussis per nos Johannem permissione divina Cant' Archiepiscopum totius Anglie primatem et apostolice sedis legatum meritis et circumstanciis negocii appropriacionis ecclesie parochialis de Horton Kirkeby nostre Cant' dioc' vocato in hac parte venerabili viro magistro Thoma Chicheley Archidiacono nostro Cantuar' infra cuius Archidiaconatus ambitum dicta ecclesia de Horton Kirkeby situatur ac de eorum et unanimi assensu et voluntate dilectorum filiorum Thome prioris nostre ecclesie Cath' et metropolitane Cant' et eiusdem ecclesie Capituli seu Conventus ac vocatis aliis omnibus et singulis quorum interest seu interesse poterat in hac parte testibusque et aliis probacionibus generalibus per partem prefatorum magistri sive prepositi et Capellanorum sive sociorum Collegii predicti in huiusmodi negocio productis et exhibitis et productis testibus rite et legitime admissis et examinatis eorumque attestacionibus publicatis informacioneque sufficienti et legitima in hac parte prius habita et recepta. Quia per probaciones et informaciones huiusmodi comperimus et invenimus evidenter suggesta nobis in hac parte per partem prefatorum magistri sive prepositi et Capellanorum sive sociorum fuisse et esse ac quod facultates predicti Collegii ad sustentacionem magistri sive prepositi et Capellanorum eiusdem Collegii modernorum et futurorum ac ipsius Collegii conservacionem et onerum eidem incumbencium supportacionem non sufficiunt parte eorundem Magistri sive prepositi et Capellanorum coram nobis sufficienter et legitime comparente ac finalem sive decretum per nos in dicto negocio fieri instanter petente causas et suggesta huiusmodi vera et iusta fuisse et esse pronunciamus decernimus et declaramus ac ad honorem dei omnipotentis ac sanctorum confessorum Gregorii et Martini in quorum honore fundatur Collegium predictum Christi nomine invocato ac solum deum pre oculis habentes de voluntate et consensu prefatorum dilectorum filiorum prioris et Conventus ecclesie nostre Cath' et metropolitane Cant' et prefati Magistri Thome Chicheley Archidiaconi nostri predicti cum quibus de et super premissis tractatum habuimus diligentem et solempnem licenciaque excellentissimi principis et domini domini Henrici dei gratia Regis Anglie et Ffrancie et domini Hibernie ac voluntate et consensu omnium quorum interest in hac parte intervenientibus et prehabitis iuris ordine ac ceteris in hac parte de iure requisitis in omnibus observatis prefatam ecclesiam parochialem de Horton Kirkeby cum suis iuribus et pertinenciis universis auctoritate nostra ordinaria prefatis Magistro sive preposito et capellanis sive sociis dicti Collegii de Wye ac eorum successoribus et eidem Collegio predicto univimus annectimus appropriamus et incorporamus. Ipsamque ecclesiam parochialem de Horton Kirkeby cum suis iuribus et pertinenciis universis predicti Collegii magistro sive preposito et Capellanis sive sociis et eorum Successoribus in ipsorum proprios usus perpetuo possidendam concedimus. Eisdem Magistro sive preposito et Capellanis sive sociis et eorum successoribus eciam concedimus quod liceat eis per se vel eorum procuratorem legitimum dictam ecclesiam parochialem ingredi et eius possessionem apprehendere et nanscisci ac eam libere et licite retinere et continuare fructusque redditus et proventus eiusdem ecclesie salva porcione congrua vicarii perpetui in eadem auctoritate nostra ad presentacionem prefatorum magistri sive prepositi et Capellanorum sive sociorum in dicta ecclesia instituendi in posterum legitime licite percipere et habere et libere disponere de eisdem licencia nostra seu alterius cuiuscumque successoris nostri ad hoc non petita nec obtenta licenciam et auctoritatem impartimur. Volumus eciam statuimus et ordinamus quod vicarius quicumque in dicta ecclesia parochiali de Horton cum vacaverit instituendus pro institucione sua nobis et successoribus nostris ecclesie nostre Cath' et metropolitane Cant' Archiepiscopis quibuscumque sede Archiepiscopali Cant' vacante duodecim solidos et Archidiacono nostro Cant' pro induccione sua duodecim solidos solvat seu solvi faciat ac sic solvere teneatur ac omnia onera ordinaria et extraordinaria eidem ecclesie de iure seu consuetudine qualitercumque spectancia que Rectores eiusdem ecclesie parochialis de Horton Kirkeby solebant subire et supportare subeat supportet et agnoscat. Premissaque omnia et singula modo et forma premissis recitata pronunciamus decernimus et diffinimus perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium has literas nostras fieri et Sigilli nostri appensione fecimus communiri. Dat' in Manerio nostro de Lamehith vicesimo quarto die mensis Ffebruarii Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono. Et nostre Translacionis Anno Septimo.

plena duodecim solidos ac priori et capitulo dicte nostre ecclesie Cant' ipsa sede Archiepiscopali Cant'

Et nos Thomas Prior ecclesie Cath. metropolitane Cant. suprascripti et eiusdem ecclesie Capitulum sic Solempniter propterea capitulariter congregati diligenti plenoque tractatu atque provida deliberacione inter nos una cum Reverendissimo in Christo patre et domino domino Johanne dei gratia Cant. Archiepiscopo tocius Anglie primate et Apostolice sedis legato habitis solempnitatibusque et concurrentibus omnibus et singulis in hac parte de iure seu consuetudine quomodolibet requirendis unionem annexionem appropriacionem et incorporacionem ecclesie parochialis de Bocton Alluph predicte per Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Johannem Cant. Archiepiscopum magistro sive preposito et Capellanis Collegii Sanctorum Gregorii et Martini suprascripti eorumque successoribus atque ipsi Collegio sic ut premittitur factas ceterisque omnibus et singulis premissis unanimi corde et unanimi consensum assensum et voluntatem adhibuimus ac eciam tenore presencium adhibemus premissaque omnia et singula et eorum quodlibet quantum in nobis est ex nostra certa sciencia approbamus ratificamus et confirmamus per presentes In cuius rei testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apposuimus. Dat' et act' in domo nostra Capitulari ecclesie Cant. predicte decimo die mensis Marcii Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono /

Et nos Thomas Archidiaconus Cant. considerantes predicta omnia et singula suprascripta fuisse et esse racionabilia et bono pacis consona et precipue ad divini cultus augmentum prout superius est expressum unioni annexioni appropriacioni et incorporacioni ecclesie parochialis de Bocton Alluph predicte modo et forma suprascriptis nostrum consensum assensum et voluntatem adhibuimus ac eciam tenore presencium adhibemus premissaque omnia et singula et eorum quodlibet quantum in nobis est ex nostra certa sciencia approbamus ratificamus et confirmamus per presentes In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus apposuimus Dat' vicesimo die mensis Marcii Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo nono /

Henricus dei gratia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie omnibus ad quos presentes littere pervenerint Salutem. Sciatis quod nos grata et laudabilia obsequia que venerabilis pater Johannes Cardinalis et Archiepiscopus Ebor' nobis tam in consiliis nostris quam alias multipliciter et laboriose impendit indies que impendere non desistit merito contemplantes de gratia nostra speciali ac ex certa sciencia et mero motu nostris et absque feodo ad opus nostrum solvendo concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est prefato Cardinali quod ipse heredes executores vel assignati sui advocacionem ecclesie de Boughton Alluph que de nobis tenetur in capite dare concedere et assignare possit vel possint dilectis nobis in Christo Thome Kaunge magistro sive preposito Collegii sanctorum Gregorii et Martini in parochia de Wye in Comitatu Kanc' per prefatum Cardinalem nuper de licencia nostra fundati et stabiliti ac Capellanis eiusdem Collegii aut alio magistro sive preposito et Capellanis eiusdem Collegii qui pro tempore erunt habendam et tenendam advocacionem illam eisdem preposito sive magistro et Capellanis et successoribus suis imperpetuum Et tam eisdem nunc Magistro sive preposito et Capellanis Collegii predicti quam quibuscumque successoribus suis Magistro sive preposito et capellanis eiusdem collegii pro tempore erunt quod ipsi advocacionem predictam de prefato Cardinale heredibus executoribus vel assignatis suis recipere possint et tenere sibi et successoribus suis imperpetuum Et ecclesiam illam appropriare et eam sic appropriatam in proprios usus tenere possint sibi et successoribus suis in sustentacionem suam ac in supportacionem onerum eidem Collegio necessario incumbencium tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. Dum tamen per inquisiciones inde in hac parte capiendas compertum sit quod id fieri possit absque dampno seu preiudicio nostro aut alterius cuiuscumque. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westm' quartodecimo die Februarii Anno regni nostri vicesimo octavo / Kirkham

per ipsum regem et de dato predicto auctoritate
parliamenti et pro una marca soluta in hanaperio

Licencia domini Regis ad erigendum et fundandum Collegium de Wye

Henricus dei gratia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie. Omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem. Multiplicia et laudabilia grataque servicia que venerabilis in Christo pater Johannes Ebor' Archiepiscopus in primis inclite recordacionis domino genitorique nostro ac deinde nobis in nonnullis arduissimis regnis patriis partibus atque locis et presertim in utroque nostrorum Anglie videlicet et Francie Regnorum tam in fideli circumspecta que custodia privatorum magnorumque Sigillorum nostrorum quam alias nonnullis annorum circulis et impendere studuit nec personis suis nec tempori sed nec bonis a deo sibi collatis parcendo procul dubio promeruit ut in hiis que a nobis postulanda censuerit favorabiles nos exhibere curemus et graciosos potissime vero in hiis que ad divini cultus augmentum cedere possint et provectum. Cum igitur idem venerabilis pater nobis exponendo duxerit rem non incognitam sed pocius notam videlicet quod obsequia tam inclite sive recordacionis domino que genitori nostro quam nobis ab eodem sic ut prefertur impensa tam sedulum tamque continuum et laboriosum exegerunt exercitium quod nunquam permiserunt eum creaturis nec in eum modum intendere seu vacare regiminum administracioni et gubernacioni ecclesiarum Cathedralium et aliarum quibus successive prefuit temporibus nec exsolvere pro se vel aliis vivis sive defunctis debitum oracionum aut suffragiorum vel sacrificiorum spiritualium sicut tenebatur et voluit si sublatis occupacionibus et impedimentis huiusmodi liberius affuisset sibi facultas in ea parte quodque omissio seu pretermissio premissorum ipsum hactenus et crebro compulit et induxit.

ad solicite studioseque cogitandum de modis et mediis quibus et si fortassis non in toto in aliquo tamen tam
deo quam aliis quibus tenebatur et tenetur satisfaccionem impendere posset et exhibere inter que nullum vel
asserint invenit suo iudicio medium magis congruum magis aptum vel oportunum quam quod de bonis a divine
largitatis munificencia sibi tributis augeret et ampliaret numerum illorum qui hostiarum et sacrificiorum spiritualium
assiduitate immolacioneque cotidiana ingenii et indefessum exhiberent et impenderent deo famulatum
quodque ob hoc ipsum quatenus in eo est exequendum et faciendum disposuit atque disponit et intendit inter-
venientibus videlicet atque prehabitis nostris regiis licencia et assensu ac aliorum quorum interesse poterit in ea
parte erigere atque fundare infra parochiam de Wye Cantuariensis diocesis in et ex qua natalem traxit originem
collegium quoddam perpetuum de uno magistro sive preposito atque de tali numero presbiterorum sive capellanorum
et aliorum ministrorum ecclesiasticorum prout sibi visum erit et pro eorum sustentacione commode posse providere
que inter cetera ex ordinacione eiusdem Archiepiscopi eis specialiter imponenda tenebuntur intercedere et orare pro
felici prosperoque statu nostro quoad vixerimus et [illegible] inclite regine nostre necnon pro anima dicti genitoris nostri
singularissimi dum vixit promotoris eiusdem Archiepiscopi et animabus inclite recordacionis progenitorum
nostrorum et specialiter pro nostra postquam migraverimus ab hac luce, nobis ideo humiliter et instanter suppli-
cando quatenus de gracia nostra speciali intencionem et disposicionem suas supradictas ac mediis ad execucionem eorundem
congruis necessariis et oportunis assensum et licenciam nostros regios annuere concedereque vellemus
et impartiri **NOS** prefatum sanctum et laudabile propositum ipsius venerabilis patris et familiaris nostri
hec obsequia sic ut prefertur nobis et inclite recordacionis domino patri nostro ab eodem impensa sicut con-
venit et decet attendentes de avisamento et assensu consilii nostri concessimus atque pro nobis hered-
et successoribus nostris quantum in nobis est licenciam dedimus ac tenore presencium concedimus atque
damus eidem venerabili patri suisque heredibus assignatis et executoribus communiter et divisim quod ipse
absque fine vel feodo inde ad opus nostrum solvendo erigere possit et possint in parochia de Wye supradicta
atque fundare collegium huiusmodi perpetuum videlicet de uno Magistro sive preposito et de tali ac tanto
numero presbiterorum sive Capellanorum ac ministrorum ecclesiasticorum prout sibi visum erit deo famulaturorum
dotandum sive nuncupandum Collegium Sanctorum Gregorii atque Martini et illud ordinacionibus atque
statutis talibus que et qualia pro salubri regimine eiusdem congrua sibi videbuntur et oportuna stabilire
Et quod idem magister sive prepositus et capellani eorumque successores sint et perpetuis temporibus esse
debeant unum corpus et una communitas atque collegium licitum et approbatum habeantque commune Sigillum
pro negociis dicti Collegii deserviturum et quod implacitare valeant alios et ab aliis implacitari in quibuscumque
Curiis tam spiritualibus quam temporalibus Et sint persone capaces et habiles ad perquirendum ac recipiendum
a quibuscumque personis et habendum tam ex donacione quam ex alio quocumque titulo legittimo atque
tenendum dominia terras tenementa redditus proventus ac possessiones qualiacumque et qualiscumque tam
spiritualia quam temporalia Et ad finem et effectum quod suprascriptum dicti venerabilis patris sanctum et laudabile
propositum stabilem firmum atque perpetuum sortiatur effectum concedimus aliis futuris temporibus [illegible] et
quatenus prefatis magistro sive preposito et Capellanis de racionabili et congrua sustentacione sit provisum
tali videlicet que personis eorum et oneribus eisdem incumbentibus sufficere possint et valeant **NOS** de
uberiori gracia nostra et ultra premissa concessimus et licenciam dedimus atque concedimus et damus
eidem venerabili patri heredibus assignatis et executoribus suis antedictis communiter et divisim quod ipsi
predictum Magistrum sive prepositum ac Capellanos dicti Collegii futuros ad perpetuam sustentacionem suam
successorumque suorum et ad onera que ex ordinacione dicti venerabilis patris aut aliis eis incumbent supportanda
dotare possint de se in possessionibus redditibus et proventibus spiritualibus et temporalibus eciam advocacionibus
ecclesiarum ad valorem annuum Centum marcarum ultra reprisas talibus videlicet que de nobis non tenentur
immediate per servicium militare. Et eisdem magistro sive preposito et Capellanis quod ipsi possessiones
redditus et proventus huiusmodi a prefatis Archiepiscopo heredibus et assignatis seu executoribus suis
predictis recipere possint et habere. Et quod ecclesias huiusmodi quarum advocaciones sic ut prefertur optinuerint
appropriare sibi possint et eas sic appropriatas cum earum iuribus et pertinenciis universis in proprios
usus possidere et tenere sibi et Successoribus suis imperpetuum quarum terrarum tenementorum aliis sibi adquirendis
ad valorem annuum Centum marcarum supradictarum. Et ne futuris aliquando temporibus inter magistrum sive
prepositum dicti Collegii et vicarium prefate ecclesie parochialis de Wye lites aliqua dissenciones discordie
contenciones vel rixe suboriantur aut fiant quod fortassis contingere posset ex intitulacione diversarum
personarum in eisdem et per hoc distraccionem vel impedimentum afferri execucioni divinorum officiorum et
ingruendo quod absit periculum animarum eorum per quos huiusmodi officia debent exequenda, concessimus
et licenciam dedimus ac pro nobis heredibus et Successoribus nostris concedimus atque damus prefatis
Magistro sive preposito et Capellanis quod ipsi advocacionem dicte vicarie de Wye ab Abbate monasterii
sancti Martini de Bello Cicestrensis diocesis quod de fundacione progenitorum nostrorum et de patronatu nostro existit
dicte vicarie patronis adquirere possint. Et eisdem Abbati et conventui quod ipsi eandem advocacionem
prefatis magistro sive preposito et Capellanis x adquisita et obtenta ipsam predictam vicariam cum suis x
iuribus et pertinenciis universis sibi appropriare et in proprios usus tenere et possidere possint habendum
sibi et Successoribus suis imperpetuum. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito
ac aliis quibuscumque statutis ordinacionibus ac aliis provisionibus in contrarium premissorum factis non obstantibus
quovis modo. Dummodo tamen per inquisiciones inde debite capiendas et in Cancellariam nostram vel heredum
nostrorum rite retornandas compertum sit quod id fieri possit absque dampno seu preiudicio nostro vel heredum
x concedere possint atque dare et quod eadem advocacio per dictos Magistrum sive prepositum et Capellanos x

inceorum aut aliorum quorumcumque. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo septimo die ffebruarii Anno regni nostri decimo. Wymbyssh

per bre de privato Sigillo

Ecclie appropriacion de mallyng

Ecclie de Westmallyng et Estmallyng

Sancte matris ecclie filiis universis Simon permissione divina Cant Archiepus tocius Anglie primas et Aplice sedis legatus Salutem in dno sempiternam. Nuper Cantuar ac Roffen dioc decanatum et de Shorham nre iurisdiccionis immediate actualiter visitantes Religiose dne Abbatissa et Conventus de Mallyngs Roffen dioc. Ecclam de Westmallyng dict Roffen dioc. ac ecclam de Estmallyng decanatus predict tamquam eis appropriatas tenentes, necnon integras decimas de vineis de Mallyng ac de terris quas epus Gundulphus Mamo de Cobelestan adquisierat de terris etiam quondam Ranulphi de Brumlegh ac de frugibz de Borstall decimas omnes et singulas ac duas partes decime de terra Radi de Borstall terciam et partem decime frugum de dnio Radi de Woldham ac duas partes decime Robti de Woldham ac decimas omnes et singulas de Jona Woldham et de terra Reginaldi de Ludesdon de feodo de Talebot et de dnio de Shorham percipientes eiusdem virtute citacoz eis factam coram nro commissar comparentes et super appropriacoibz eccle de Westmallyng donacoz et concessione bone memorie Gundulphi quondam Roffen Epi. eccle vero de Estmallyng donacoz et concessionem bone memorie Anselmi quondam Cantuar Archiepi. de dcis ecclyis in proprios usus perpetuo retinendis una cum confirmacoibz illustrium principum Henr et Johis quondam Regum Anglie ac prior et Capitulor Cantuarien et Roffen in hac parte necnon super decimis parcialibz antedictis varia instrumenta et munimenta exhibuerunt et etiam ostenderunt quibz quidem religiosis dnabz discretus vir magr Wille de Hunton legum doctor auditor causar curie nre et nr commissar in hac parte in certo ipis relig dnabz ad faciendum fide exhibitor huiusmodi peremptor assignato coram ipo in iudicio per procuratorem suum sufficient comparentibz nra aucte obiecit quod ipe dne religiose super appropriacionibz ecclar predictar ius sufficiens titulum canonicum seu assecucionem legitimam nullatenus habuerunt pro eo et ex eo quod per exhibita huiusmodi de causis in ea parte necessariis tractatu et consensu vero non apparuit ut deberet quodque causa cognito et alia iuris solempnia desiderabant que in alienacione rei eccie requirunt de iure quodque huiusmodi decimas parciales contra iura illicite perceperunt. Idem vero procurator litem in ea parte contestando ad premissa iudicialiter allegavit quod dne sue predicte virtute premissor tam ipas ecclias canonice assecute tanquam appropriatas eisdem a tempore assecucionis huiusmodi possederunt tenuerunt et de fructibz ipar ecclar porcionibz vicariar in eisdem duntaxat exceptis disposuerunt pro sue libito voluntatis quam et huiusmodi decimas parciales prout instrumenta et munimenta super eisdem confecta sue imposicioe et assignacoe ipis factis lic de eisdem per dcas relig dnas ut premittitur exhibita licite perceperunt atque habuerunt et possederunt a tempore et per tempus cuius contrarii memoria hominum non existit. Et super hiis et aliis premissa tangentibz quandam proposicionem per parte ipar relig dnar proposita cuius tenor talis est. In dei noie Amen. Coram vobis Reverendo in xpo patre dno Simone dei gra Cantuar Archiepo tocius Anglie primate et Aplice sedis legato vro de commissar seu causar curie auditore quocumque dicit et in iure proponit procurator relig dnar Abbisse et Conventus Monasterii de Mallyngs Roffen dioc noie procuratorio pro eisdem et monasterio suo predicto termino ad hoc competenti quod eccle parochiales de Westmallyng Roffen dioc ac de Estmallyng decanatus de Shorham vre iurisdiccionis immediate fuerunt et sunt eisdem relig dnabz et suo Mon predco concurrentibz oibz que de iure in ea parte requirebantur canonice appriate et pro sic appropriatis publice hite et reputate a tempore et per tempus cuius contrarii memoria hominum non existit prefateque religiose dne ipas ecclias ut premittitur appropriatas et pro sic appropriatis hitas fuerunt et sunt canonice assecute ipasque ecclias sic assecutas noie suo et Mon sui predco diu et toto tempore supradco possederunt et adhuc possident in presenti pacifice et quiete fueruntque et sunt prefat relig dne toto tempore predco et sunt in presenti iuxta huiusmodi appropriacoes canonicas Rectores ecclar predictar et pro veris Rectoribz ipar publice hite et reputate fuerunt et prefat relig dne toto tempore supradco et sunt in presenti in possessione iuris vel quasi noie suo et Mon sui predco percipiendi et hendi integras decimas de vineis de Mallyng ac de terris quas epus Gundulphus Mamo de Cobelestan adquisierat de terris et quondam Ranulphi de Brumlegh ac de frugibz de Borstall decimas omnes et singulas ac duas partes decime de terra Radi de Borstall terciam et partem decime frugum de dnio Radi de Woldham ac duas partes decime Robti de Woldham ac decimas omnes et singulas de Jona Woldham et de terris Reginaldi de Ludesdon de feodo de Talebot et de dnio de Shorham ipasque decimas perceperunt et hnerunt easdem et singulas toto tempore supradicto et de eisdem disposuerunt pacifice et quiete que omnia et singula sunt et a diu est fuerunt publica notoria et famosa que se offert idem procurator nomine quo supra lite probata quare probat in hac parte probanda, petitum procuratorio nomine quo supra pro iure et possessione ipsarum religiosarum duarum et manerii sui predicti per vos pronunciari et declarari ipsas quoque religiosas duas et manerium suum antedictum ipsas ecclesias ut premittitur appropriatas in proprios usus suos de iure optinere et in futurum optinere debere decimas et porciones predictas de iure percipere et in futurum percipere debere decerni pronunciari et declarari, necnon ipsas religiosas duas tamen in ea parte sufficienter munitas ab officio vestro in pace dimitti ulteriusque fieri et statui in premissis et ea tangentibus quod fuerit iustum, premissa proponit et petit dictus procurator nomine quo supra iuris beneficio in omnibus semper salvo, prefata quoque propositione quatenus de iure fuit admittenda admissa et ad probandum eandem eisdem religiosis duabus dato termino competenti in quo productis quibusdam testibus coram dicto nostro commissario receptisque in forma iuris admissis iuratis examinatis eorum attestacionibus publicatis ac omnibus aliis in ea parte peractis quia dictus commissarius noster habita cause cognitione sufficienti servatoque iuris ordine qui requirebatur in hac parte, invenit per huiusmodi exhibita et attestaciones testium predictorum ipsas religiosas duas dictas ecclesias de Estmallyng et Westmallyng ut premittitur appropriatas necnon decimas porciones predictas per tam longa tempora tenuisse ac et possedisse quod prescripcionem sufficientem que dictis religiosis duabus merito suffragari debeat in hac parte lite probaverint ipsas religiosas duas ecclesias de Estmallyng et Westmallyng predictas eis et earum manerio ut premittitur appropriatas canonice possedisse et possidere debere ac huiusmodi decimas porciones percepisse et percipere debere competentibus temporibus finaliter et diffinitive pronunciavit declaravit et decrevit in scriptis ipsasque religiosas duas tamen in ea parte sufficienter munitas ab officio nostro dimisit iudicialiter per decretum. Nos igitur Simon permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus huiusmodi acta iudicii recensentes et ea omnia et singula debite ponderantes quia prefatum commissarium nostrum in premissis omnibus et singulis invenimus rite et lite processisse ac sentenciam huiusmodi diffinitivam debite protulisse, nos finalem pronunciationem declaracionem et decretum huiusmodi approbantes premissa omnia et singula ex certa sciencia approbamus ratificamus et auctoritate nostra ordinaria confirmamus. In quorum testimonium Sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Datum apud La fforde, v^to kal. Aprilis Anno domini millesimo CCC^mo quinquagesimo primo. Et consecracionis nostre secundo.

Ecclesie appropriat' manerii de Bello

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Willelmus dei gratia Rex Anglorum notum fieri volo omnibus tam posteris quam presentibus Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Comitibus Baronibus et omnibus fidelibus Francis et Anglis quod cum in Angliam venissem et in finibus Hasting' cum exercitu applicuissem contra hostes meos qui michi regnum Anglie iniuste conabantur auferre in procinctu belli iam armatus coram baronibus et militibus meis cum favore omnium ad eorum corda roboranda votum feci ecclesiam quandam ad honorem dei construere pro communi salute si per dei graciam obtinere possemus victoriam. Qua cum essemus adepti votum deo solvens in honore sancte trinitatis et beati martini confessoris christi ecclesiam construxi pro salute anime mee et antecessoris mei Regis Edwardi et uxoris mee Mathildis Regine et successorum meorum in regno et pro salute omnium quorum labore et auxilio regnum obtinui et illorum maxime qui in ipso bello occubuerunt. Et quia in hoc loco ubi sita constructa est ecclesia deus michi victoriam prestitit in bello ob victorie memoriam ipsum locum Bellum appellari volui. Huic igitur ecclesie sancti martini de Bello hanc in primis dignitatem regali auctoritate concedo ut habeat Curiam suam per omnia et regiam libertatem et consuetudinem tractandi de suis rebus vel negociis et iusticiam per se tenendam sitque libera et quieta imperpetuum ab omni subiectione Episcoporum et quarumlibet personarum dominatione sicut ecclesia christi Cantuarie. Et si quis latro vel homicida vel aliquo crimine reus timore mortis fugiens ad hanc ecclesiam pervenerit in nullo ledatur sed liber omnino dimittatur. Abbati vero ipsius ecclesie liceat ubique latronem vel furem de suspendio liberare si forte supervenerit. Concedo etiam eidem ecclesie leugam circumquaque adiacentem liberam et quietam ab omni geldo et scoto et hidagiis et denegeldis et operibus pontium et castellorum et parcorum et clausuris et exercitu et omnibus auxiliis et placitis et querelis et siris et hundredis cum saca et soca et thea et tol et infangentheof et warpeni et lestagiis et hastene et forstal et blodwite et childwite et latrocinio et liberam ab omni consuetudine terrene servitutis et ab omni exactione Episcoporum. Huic itaque ecclesie sancti martini de Bello do regale manerium quod vocatur Wy cum omnibus appendiciis suis quod mea erat dominica corona cum omnibus libertatibus et regalibus consuetudinibus ita liberum et quietum sicut liberius et quietius tenui vel ut rex dare potui scilicet ab omni geldo et scoto et hidagiis et denegeldis et operibus pontium et castellorum et clausuris et parcorum et exercitu et omnibus auxiliis et placitis et querelis et siris et hundredis cum saca et soca et tol et thea et infangentheof et warpeni et lestagiis et hastene et forstal et blodwite et childwite et latrocinio si acciderit. Similiter do duos denarios de omnibus forisfacturis et placitis omnium hundredorum que pertinent ad summonicionem de Wy. In Dengemareis vero quod est membrum de Wy concedo eidem ecclesie omnes maritimas consuetudines quas illic habui cum omni Wrec. Et si piscis qui craspeis vocatur illuc advenerit Abbatis et monachorum sit totus. Si vero intra terminos de Blachewas et Horsmede et Bradelle usque Withiburne applicuerit duas partes eiusdem piscis et linguam habeat ecclesia sicut ego semper habui. Do etiam eidem ecclesie hec maneria Alsistona Limenffeld Hov Crammareis Bristwoldintona cum omnibus appendiciis suis libera et quieta cum supradictis libertatibus et regalibus consuetudinibus. Si infra leugam vel in maneriis

Ecclesie de Wye Radyngh' Culintuna et sancti Olavi in Exonia ecclesie murdre evenit vel thesaurus inventus fuerit abbatis et monachorum sit utrumque. Warennam propriam in ipsa leuga habeat ecclesia et in omnibus suis maneriis. Do etiam eidem ecclesie sancti Martini ecclesiam de Radinges et ecclesiam de Culuntuna et ecclesiam sancti Olavi de Exonia cum terris et decimis et omnibus ad eas pertinentibus. Et si aliquis ex baronibus meis vel hominibus aliquid de suo eidem ecclesie in elemosinam dederit easdem libertates quas concessi rebus quas ego eidem ecclesie dedi eis concedo et presenti scripto ut supradicta regali auctoritate confirmo

Willelmus Rex
Lanfrancus Archiepiscopus Cant'
Mauricius episcopus Lund'
Tomas Archiepiscopus Ebor'
Walkelinus episcopus Wint'
Osbernus episcopus Exon'
Gundulfus episcopus Rof'
Hugo comes Cestr'
Rogerus comes de Mungumeri
Willelmus comes de Warr'
Willelmus filius Osb'
Willelmus de Brai
Bernardus de novo merc'

Alexander episcopus servus servorum dei dilectis filiis abbati monasterii sancti Martini de Bello eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Effectum iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis presertim quando petentium voluntatem et pietatis adiuvat et veritas non relinquit. Quocirca dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: ipsum locum in quo monasterium vestrum situm est cum leuga circumquaque iacente et omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Sanford cum plenaria decima et terra ad ipsam ecclesiam pertinente. Ecclesiam de Exelinges simul cum terra et decima ad eam pertinente de dominio et omni pecunia. Ecclesiam de Frelavor simul et ecclesiam de Apldehala simul et ecclesiam de Nortuna simul et ecclesiam de Celesham simul cum berewicis ad illam pertinentibus scilicet Steukare Stepdena et Brundele. Ecclesiam de Mendlesham cum Kudreanston. Ecclesiam de Branford cum berewicis suis scilicet Brustele Albrichteston. Ecclesiam de Brantham cum terra et decima sua et berewicis suis scilicet Bercolt Scotelege Shelflege et Benethlege. Ecclesiam sancti Olavi de Exonia, ecclesiam de Culunton, ecclesiam beati Johannis de Brechonnio cum terris et decimis et omnibus ad eam pertinentibus. Cellam sancti Nicholai de Exonia et cellam de Brechonnio cum universis pertinentiis suis scilicet omnium villarum prediorum ac possessionum earum ecclesias. Ecclesiam beate de Wy cum terris et decimis et omnibus pertinentiis suis sicut ad opera monasterii vestri et ad certum ingressum arserii coram religiosis ipsius monasterii rationabiliter deputata et assignata esse dinoscuntur vobis et ecclesie vestre confirmamus. Ita quidem quod ad alios usus in fructus inde provenientes sufflant non debeat converti salvo iure diocesani episcopi et capellani qui ibi deservierit. Villam etiam que dicitur Wy cum omnibus pertinentiis suis, villam de Alsistuna, villam de Limenesfeld, villam de Hou, villam de Bathwoldinton, villam de Crammareis, villam de Bromham, villam de Apuldreham et terram sexaginta et decem solidorum que dicitur Langhersta et est in manio de Mereues cum omnibus predictarum villarum pertinentiis et warenna in omnibus terris vestris cum omnibus consuetudinibus regalibus et omnes terras et possessiones vestras liberas et quietas ab omni geldo denegeldo et scoto et hida et opere pontium castellorum et parcorum et clausuris et exercitu et omnibus auxiliis et placitis et omnibus querelis et schiris et hundredis cum saca et soca et thol et theam et infangenetheof et murdro et warpenn et lestagio et latrocinio et scartis et hamsocne et forstal et blodwite et childwite. Duos denarios de omnibus forisfacturis et placitis quinque hundredorum que pertinent ad manerium de Wy. In Dungemareis et circa Dungenesse omnes maritimas consuetudines quas ille Rex Willelmus primus habuit cum omni wrecc. Thesaurum etiam si in prefatis terris vestris fuerit inventus. Ad hec omnes immunitates et libertates ab archiepiscopis episcopis et regibus seu quibuslibet viris ecclesiasticis vel secularibus ecclesie vestre concessas et rationabiles ecclesie vestre consuetudines integras et illibatas manere sancimus. In parochialibus autem ecclesiis quas tenetis liceat vobis capellanos eligere et episcopo representare quibus si idonei fuerint episcopus animarum curam committat et illi quidem de cura plebis vobis autem de temporalibus debeant respondere. Obeunte vero te nunc eiusdem loci abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat salva tamen iustitia ecclesiarum illarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Preterea cum commune interdictum terre fuerit liceat vobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus a vobis decimas presumat exigere. Sancimus preterea ut nulli episcopo archidiacono vel decano vobis in hospitiis aut in aliis novas et indebitas exactiones imponere liceat aut denarios pro crismate vel pro aqua benedictoria a vobis vel ecclesiis vestris exigere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed illibata omnia et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri

Wye

Ihu xpi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant amen.

Ego Alexander catholice ecclesie Episcopus
Ego Hubaldus Hostiensis Episcopus
Ego Bernardus Portuensis et Sancte Rufine Episcopus
Ego Gualterius Albanensis Episcopus
Ego Johannes presbiter cardinalis tituli Sancte Anastasie
Ego Willelmus tituli Sancti Petri ad vincula presbiter cardinalis

Ego Boso presbiter cardinalis Sancte Pudentiane tituli Pastoris
Ego Petrus presbiter cardinalis tituli Sancti Laurentii in Damaso
Ego Johannes presbiter cardinalis tituli Sancti Marci
Ego Manfredus presbiter cardinalis tituli Sancte Cecilie
Ego Petrus presbiter cardinalis tituli Sancte Susanne
Ego Petrus presbiter cardinalis tituli Sancti Grisogoni

Ego Oddo diaconus cardinalis Sancti Nicholai in carcere Tulliano
Ego Cinthius diaconus cardinalis Sancti Adriani
Ego Hugo Bononiensis diaconus cardinalis Sancti Eustachii iuxta templum Agrippe
Ego Vitellus diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi
Ego Hugo diaconus cardinalis Sancti Angeli
Ego Laborans diaconus cardinalis Sancte Marie in Porticu

Alexander Episcopus servus servorum dei dilectis filiis Priori et Conventui Monasterii Sancti Martini de Bello salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Eapropter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu Ecclesiam de Wy cum terris decimis et aliis pertinentiis suis sicut ad opera Monasterii rationabiliter deputata et assignata esse dinoscitur vobis auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti pagina communimus ita quidem quod ad alios usus nisi redditus inde provenientes superfluant non debeat imposterum converti. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat Anagnie xv kl Januarii.

Ricus dei gratia Cant Archiepiscopus totius Anglie primas universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit eternam in Christo salutem. Cum exquisitis calumpniantium versutiis ecclesiastica libertas modernorum temporibus multiplex solet impugnari necesse est ea bona que religiosis maxime locis caritatis intuitu sunt collata scriptis autenticis annotari et eorum perpetuo patrociniis communiri. Eapropter felicis memorie pape Alexandri auctoritatem sequentes dilectis filiis nostris Abbati et Monachis de Bello Ecclesiam de Wy cum terris et decimis et aliis pertinentiis suis sicut ad opera monasterii rationabiliter deputata et assignata esse noscuntur et autentico scripto prefati patris nostri quod oculis nostris vidimus et manibus contractavimus confirmata nostra quoque auctoritate confirmamus et presentis scripti pagina communimus. Statuentes et sub interminatione anathematis prohibentes ne quis hanc nostre confirmationis paginam presumat infringere vel ei aliquatenus tendat contraire. Testibus venerabilibus fratribus nostris Walerano Roffensi et G. Conventrensi Episcopis Alano Cant et Moyse Conventrensi prioribus magistro Petro Blesensi Cancellario nostro Archidiacono Bath. W. Archidiacono Glouc. magistro Roberto de Inglesham, magistro Rogero de Bulwick, magistro Aimerico, Willelmo de Stok, magistro Rogero Norewic decano et Sansone clericis Rogero decano de Cranebroc et aliis.

Wye

Hub dei gratia Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et Apostolice sedis Legatus. Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit eternam in domino salutem. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire nos autenticum scriptum bone recordationis Ric quondam Cant Archiepiscopi predecessoris nostri sub hac continentie forma inspexisse. Ricardus dei gratia Cant Archiepiscopus totius Anglie primas universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit eternam in Christo salutem. Cum exquisitis calumpniantium versutiis ecclesiastica libertas modernorum temporibus multiplex solet impugnari necesse est ea bona que religiosis maxime locis caritatis intuitu sunt collata scriptis autenticis annotari et eorum perpetuo patrocinio communiri. Eapropter felicis memorie pape Alexandri auctoritatem sequentes dilectis filiis nostris Abbati et Monachis de Bello Ecclesiam de Wy cum terris et decimis et omnibus pertinentiis suis sicut ad opera monasterii rationabiliter deputata et assignata esse noscuntur et autentico scripto prefati patris nostri quod oculis nostris vidimus et manibus contractavimus confirmata nostra quoque auctoritate confirmamus et presentis scripti pagina communimus. Statuentes et sub interminatione anathematis prohibentes ne quis hanc nostre confirmationis paginam presumat infringere vel ei aliquatenus tendat contraire. Testibus venerabilibus fratribus nostris Walerano Roffensi et G. Conventrensi episcopis Alano Cant et Moyse Conventrensi prioribus magistro Petro Blesensi Cancellario nostro Archidiacono Bath et aliis multis. Inspeximus quoque cartam confirmationis bone memorie B predecessoris nostri huic confirmationi subsequenti adiunctam. Quia igitur decet nos predecessorum nostrorum qui recte processerunt sequi vestigia confirmationibus eorundem Archiepiscoporum qui nos precesserunt nostram dignum duximus confirmationem apponendam. Ideo quoque prescriptam ecclesiam de Wy cum omnibus ad eam pertinentibus prefatis Abbati et Monachis de Bello secundum quod eisdem rationabiliter a memoratis predecessoribus nostris sunt confirmata nos quoque auctoritate qua fungimur concedimus et confirmamus et tam presenti scripto quam sigilli nostri testimonio communimus. Hiis testibus Gaufrido Abbate Sancte Crucis de Waltham, Rand Thesaurario Sar, Galfrido de Bocland, magistro Simone de Sywell, magistro Radulfo de Insula, magistro Willelmo de Somercotes, magistro Willelmo de Kaly, Symone de Camera, magistro Rand de Gausford, magistro R. de Walsingham, Roberto de Basinges et aliis.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Johannes prior et Conventus ecclesie Christi Cantuar salutem eternam in domino. Noverit universitas vestra nos confirmationem venerabilis patris nostri Huberti quondam Cant Archiepiscopi totius Anglie primatis et Apostolice sedis legati super collatione

Ecclesie de Wy. Dilectis filiis Abbati et Conventui de Bello facta sub hac forma inspexisse. Hubertus dei gratia Cant'
Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus. Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum
pervenerit eternam in domino salutem. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire nos autenticum scriptum bone
recordationis Ricardi Cant' Archiepiscopi predecessoris nostri sub huius continentie forma inspexisse. Ricardus dei gratia
Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas. Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit eternam in Christo
salutem. Cum exquisitis calumpniarum versutiis ecclesiastica libertas modernorum temporibus multipliciter solet impugnari
necesse est ea bona que religiosis maxime locis caritatis intuitu sunt collata scriptis autenticis annotari
et eorum perpetuo patrocinio communiri. Eapropter felicis memorie pape Alexandri auctoritate sequentes. Dilectis
filiis nostris Abbati et Monachis de Bello ecclesiam de Wye cum terris et decimis et omnibus pertinentiis suis sicut ad
opera monasterii rationabiliter deputata et assignata esse novimus et autentico scripto prefati patris nostri quod
oculis vidimus nostris et manibus contrectavimus confirmata. Nos quoque auctoritate confirmamus et presentis scripti
pagina communimus. Statuentes et sub interminatione anathematis prohibentes ne quis hanc nostre confirmationis
paginam presumat infringere vel ei aliquatenus temere contraire. Testibus venerabilibus fratribus nostris Waltero Roff'
et G. Coventr' episcopis, Alano et Moyse Cant' et Coventr' prioribus. Magistro Petro Bles' Cancellario nostro et
Archidiacono Bathon' et aliis multis. Inspeximus quoque cartam confirmationis bone memorie B. predecessoris
nostri hanc confirmationem subsequentem adiunctam. Cum igitur deceat nos predecessorum nostrorum que recte precesserunt
sequi vestigia confirmationibus eorundem Archiepiscoporum qui nos precesserunt nostram duximus confirmationem
apponendam. Ideo quia prescripta ecclesia de Wy cum omnibus ad eam pertinentibus prefatis Abbati et Monachis
de Bello secundum quod eisdem rationabiliter a memoratis predecessoribus nostris sunt confirmata, Nos quoque auctoritate qua
fungimur concedimus et confirmamus et tam presenti scripto quam sigilli nostri testimonio communimus. Hiis
testibus Hamone Abbate sancte Crucis de Waltham, Ranulfo thesaurario Sarum, Galfrido de Bocland, magistro Simone
de Ewelle, magistro Godefrido de insula, magistro Willelmo de Emmtotes, magistro Willelmo de Kaly, Simone de Camera, magistro
Reginaldo de Stanford, magistro R. de Walsyngeham, Roberto de Brist et aliis. Nos igitur dictam confirmationem
sicut iuste et rationabiliter facta est ad ipsius evidentiam securitatis salvo iure Cant' ecclesie in omnibus quantum
in nobis est confirmamus. In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus fieri et sigilli nostri appositione
roborari. Dat'.

Venerabili in Christo patri et domino suo Reverendo B. dei gratia Cant' Archiepiscopo totius Anglie
primati. Devotus suus H. Boys Officialis domini Archidiaconi Cant' salutem et tam debitam quam devotam
in omnibus obedientiam et reverentiam. Ad mandatum vestrum inquisitionem feci de vicaria ecclesie de Wy in pleno capitulo
de Bregges sicut potui diligentem et inveni eam vacantem per mortem magistri Alani vicarii eiusdem. Ius vero
presentandi ad eandem spectat ad religiosos viros Abbatem et Conventum de Bello et est sine lite. Est etiam
estimationis triginta marcarum vicaria antedicta. Persone siquidem ad dictam vicariam presentate et in ordine diaconatus
constitute laudabile testimonium perhibetur quia homo est bone fame et sufficientis litterature et conversationis honeste
et extitit ab antiquo beneficiatus. Et diu valeat dominatio vestra reverenda. Dat' die Sabbati proximo ante festum sancti Marci
evangeliste Anno domini Millesimo Ducentesimo sexagesimo secundo.

Ecclesia appropriat' Collegio de Merton in Oxon'

Ecclesia de Elham

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Bonifacius dei gratia
Archiepiscopus Cantuariensis totius Anglie primas Salutem in salutis auctore. Illustris Anglorum Regis primogenitus
cultum dei zelus dominus Edwardus ad ampliationem operis pie ductus quod dilectus filius dominus Walterus de Merton
eiusdem domini Regis quondam cancellarius ad perpetuam sustentationem scolarium in scolis degentium salubri consilio censuit
providendum ius patronatus quod habebat in ecclesia de Elham nostre diocesis domui que scolarium de Merton nuncupatur et quam
idem dominus Walterus apud Maldon Wynton' dioc' ad perpetuam sustentationem scolarium in scolis degentium et
ministrorum altaris Christi in dicta domo commorantium pia consideratione fundavit et stabilivit dicte domui necnon scolaribus et
fratribus eiusdem contulit sincere intuitu pietatis desiderans habens propositum ut ecclesia eadem dictis scolaribus et fratribus
ad relevationem sue paupertatis et augmentum numeri eorundem in ipsorum usus proprios converteretur subsidio cuius
tante caritatis opus quod circa eos laudabiliter inceptum est possit domino disponente feliciter adimpleri. Nos igitur
propositum et pium dicti domini Regis primogeniti attendentes affectum necnon fructum pensantes quem per dei misericordiam
ex opere tam laudabili in dei ecclesia et cultu christiane religionis speramus et credimus perpetuis temporibus proventurum
et predictam ecclesiam de Elham dictis scholaribus et fratribus ad relevationem sue paupertatis et ampliationem numeri
eorundem in quam utilitatem christiane religionis cedentem cernimus et in spe et indubie certitudinis ordinamus
damus et assignamus eorum usibus propriis una cum omnibus pertinentiis et iuribus suis quandocumque eam vacare contigerit
perpetuo possidendam. Statuentes ut eam auctoritate presentium quam primum vacaverit ingredi libere et absque difficultate
valeant et eam cum suis iuribus et pertinentiis pacifice possideant imperpetuum. Salva rationabili vicaria triginta marcarum
per nos ordinanda in eadem ad quam nobis et successoribus nostris custos dicte domus qui pro tempore fuerit vice scolarium

et fratrum ipsorum idoneum vicarium quotienscumque eam vacare contigerit per nos et Successores nostros sibi nominandum infra quadraginta dies a tempore dicte nominacionis sibi facte presentare debebit alioquin nos et Successores nostri dictam vicariam ex tunc ea vice libere conferemus. Vicarius autem qui pro tempore fuerit dictis scolaribus et fratribus iuramentum fidelitatis pro iuribus ipsorum conservandis in recepcione eiusdem vicarie seu cum per ipsos requisitus fuerit prestare absque difficultatis obstaculo teneatur. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presenti pagine est appensum. Datum apud Lamehith duodecimo kalendas maii Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo

Confirmacio donacionis ecclesie de Elehm

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris R. permissione divina prior ecclesie Christi Cantuariensis eiusdem loci humilis que capitulum Salutem in domino sempiternam. Noveritis nos inspexisse cartam venerabilis patris nostri domini Bonifacii dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis super ordinacione donacione et assignacione ecclesie de Elehm quam fecit domui scolarium de Merton necnon scolaribus et fratribus eiusdem domus in hec verba. Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit, Bonifacius dei gratia Archiepiscopus Cantuariensis totius Anglie primas salutem in salutis auctore. Illustris Anglorum Regis primogenitus cultum dei zelans dominus Edwardus ad ampliacionem operis virtutis quod dilectus filius dominus Walterus de Merton eiusdem domini regis quondam cancellarius ad perpetuam sustentacionem scolarium in scolis degentium salubri consilio censuit providendum ius patronatus quod habebat in ecclesia de Elehm nostre diocesis domui que scolarium de Merton nuncupatur et quam idem dominus Walterus apud Maldon Wintoniensis diocesis ad perpetuam sustentacionem scolarium in scolis degentium et ministrorum altaris Christi in dicta domo commorancium pia consideracione fundavit et stabilivit necnon scolaribus et fratribus eiusdem domus contulit sincere intuitu pietatis desiderium huius percipiens ut ecclesia eadem dictis scolaribus et fratribus ad relevacionem sue paupertatis et augmentum vite corporum in ipsorum usus proprios convertatur subsidio cuius tante caritatis opus quod circa eos laudabiliter inceptum est possit domino disponente fecundius adimpleri. Nos igitur piissimum et pium dicti domini regis primogeniti attendentes affectum necnon fructum quem per dei gratiam ex opere tam laudabili in dei ecclesia et cultu christiane religionis speramus et credimus perpetuis temporibus profuturum predictam ecclesiam de Elehm dictis scolaribus et fratribus ad relevacionem sue paupertatis et ampliacionem vite corporum in quibus utilitatem christiane religionis evidentius cernimus in nomine sancte et individue trinitatis ordinamus damus et assignamus eorum usibus propriis una cum omnibus pertinenciis et iuribus suis quotienscumque eam vacare contigerit perpetuo possidendam. Statuentes ut eam auctoritate presencium quam primum vacaverit ingredi libere et absque difficultate valeant et eam cum suis iuribus et pertinenciis pacifice possideant imperpetuum. Salva racionabili vicaria triginta marcarum per nos ordinanda in eadem ad quam nobis et Successoribus nostris custos dicte domus qui pro tempore fuerit vice scolarium et fratrum ipsorum idoneum vicarium quotienscumque eam vacare contigerit per nos et Successores nostros sibi nominandum infra quadraginta dies a tempore dicte nominacionis sibi facte presentare debebit. Alioquin nos et Successores nostri dictam vicariam ex tunc ea vice libere conferemus. Vicarius autem qui pro tempore fuerit dictis scolaribus et fratribus iuramentum fidelitatis pro iuribus ipsorum conservandis in recepcione eiusdem vicarie seu cum per ipsos requisitus fuerit prestare absque difficultatis obstaculo teneatur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti pagine est appensum. Datum apud Lameth duodecimo kalendas maii anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo. Nos igitur predictas ordinacionem donacionem et assignacionem utpote ex causa utili et pia provenientes gratas habentes et acceptas eas sicut rite et racionabiliter facte sunt confirmamus et ad maiorem rei huius evidenciam presenti scripto sigillum Capituli nostri fecimus apponi. Datum apud Cantuariam in festo sancti Augustini Anglorum primi doctoris. Anno gratie millesimo ducentesimo sexagesimo octavo

Merton

Vicaria de Elehm.

Carta principis Edwardi

Edwardus Illustris Regis Anglie primogenitus Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Salutem in domino. Sciatis nos intuitu dei et beati Edwardi et pro salute anime nostre et animarum prefati domini Regis patris nostri et omnium antecessorum et heredum nostrorum dedisse concessisse et hac carta nostra confirmasse deo et beate Marie et beato Johanni Baptiste et domui scolarium de Merton quam dilectus et familiaris noster dominus Walterus de Merton prefati Regis patris nostri quondam Cancellarius apud Maldon in Comitatu Surrie ad perpetuam sustentacionem Scolarium in Scolis degentium nuper fundavit necnon Scolaribus et fratribus eiusdem domus advocacionem ecclesie de Eleham in Comitatu Kancie cum pertinenciis quam nobis retinuimus in concessione et donacione quam fecimus dilecto nobis domino Rogero de Leyburn de manerio de Eleham ad quod primo pertinere solet advocacio predicta. Habendum et tenendum Scolaribus et fratribus predictis bene et in pace libere et quiete cum omnibus ad eam spectantibus sive in capellis terris redditibus seu quibuscumque rebus aliis imperpetuum. liberam que potestatem habeant idoneas personas ad ipsam ecclesiam quotiens vacaverit presentandi. Ita etiam ut si per gratiam summi pontificis aut alias ipsam propriis usibus eorundem scolarium et fratrum aliquo tempore concedi et ordinari contingat eam ad sustentacionem suam et ampliacionem vite Scolarium ipsorum absque impedimento seu reclamacione nostri vel heredum nostrorum habeant et possideant imperpetuum. Volumus etiam et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod per presentacionem aliquam ad dictam ecclesiam hactenus per nos factam. Aut etiam per presentacionem si quam a nobis vel heredibus nostris seu quibuscumque aliis nomine nostro aut ex concessione nostra fieri contingat in nullo dicte domui seu scolaribus aut fratribus predictis super dicta advocacione seu super ecclesia predicta ullis temporibus preiudicium generetur. Quare volumus et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod predicti Scolares et fratres predictam advocacionem prefate ecclesie de Eleham cum omnibus ad ipsam sive in capellis terris redditibus aut rebus aliis spectantibus necnon ecclesiam ipsam si eam suis usibus concedi et ordinari contigerit habeant et teneant imperpetuum sicut predictum est. Nos insuper et heredes nostri hanc nostram elemosinam scolaribus et fratribus supradictis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. Hiis testibus domino Henrico de Alemannia Roberto Aguylun Roberto Walerando Hugone filio Otonis Johanne de la Lynde Magistro Johanne de Cheshull preposito Beverlaci Willelmo de Rette et aliis. Datum per manum propriam apud Salopiam vicesimo septimo die Septembris Anno regni predicti Regis patris nostri quinquagesimo primo

Merton ·/

Gregorius Epus servus servoꝝ dei. Dilcis filiis, Priori sce Trinitatis Archidiacono
Middelsex et Decano sancti Pauli ecclaꝝ London, Saltm & aplicam ben. Sua nobis dilci filii Custos
et fres domus scolarium pauperum de Merton Roffen Lincolnien dioc peticione monstrarunt, qd dudum eccla
de Elham Cantuarien dioc canonice univ ipoꝝ usibus ppetuo deputata fuit, Rectore carente, Et orta inter
nobilem mulierem Comitissam Augi ex pte una et Abbem & Conventum Monasterii sancte Radegundis pre-
monstraten ordinis predc Cantuarien dioc sup jure patronatus ipius eccle ex altera materia questionis
fuit tandem sup hoc a ptibz in bone memorie. E. Cantuarien Archiepm sub certa forma et pena tanquam in arbitrum
concorditer compromissum, qui formam eandem in eo excessit qd pronunciato p ingenium arbitrum qd dicta
Comitissa hmoi Jus patronatus haberet Arbitratus de facto extitit, qd Rector eccle predce qui esset pro tempore
viginti marcas sterlingoꝝ dictis Abbi & Conventui de fructibz ipius eccle annis singulis debeat exhibere,
Quare dci Custos & fres nobis humilit supplicarunt ut cum dictus Archiepus in quem super hmoi
fructibz non extiterat compromissum, maxime predca eccla Rectore carente prout supius dictum est sup
illis fructibz nequiverit arbitrari, eos & dcam ecclam a prestacoe ac solucione dcaꝝ marcaꝝ absolvi, dcos qz
Abbem & Conventum qd eosdem Custodem & fres occasione hmoi aliquatenus decetero non molestent
compelli p districtionem aliquam faceremus. Quocirca discrecoi vre p aplica scripta mandamus quatenus
vocatis qui fuerint evocandi & auditis hinc inde propositis quod Canonicum fuerit appellacoe postposita decernatis
facientes quod decreveritis per censuram ecclasticam firmiter observari Testes aut qui fuerint nominati si
se gra odio vel timore subtraxerint, censura simili appellacoe cessante cogatis veritati testimonium phibere
Qd si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vrm ea nichilominus exequantur Dat apud
Urbem veterem .v. Id. Januar pont nri Anno primo.

Ecclie appropriat canonicis Cicestren

Ecclia de Bakchilde

Johannes dei gra Rex Anglie Dns Hibern, Dux Norm. Aquit & Comes Andeg Archiepis
Epis Abbatibz Comit. Baron Justic. Vic Pposit & omnibz ballivis & fidelibz suis Salutem. Sciatis
nos intuitu dei & pro salute aie nre & aiaꝝ antecessoꝝ et heredum nroꝝ. et ad peticionem dilecti et
fidelis nri. Simonis tunc Cicestren electi dedisse & concessisse et psnti Carta nra confirmasse deo
et eccle Cicestren. et prefat Simoni electo & successoribz suis eccle Cicestren Epis. Ecclam de
Backhild que de nra est donacone, cum terris bosc & omnibz aliis ptinenc suis, et omni integritate sua
habendam & tenendam in liberam puram et ppetuam elemosinam in dotem eccle Cicestren. Quam
quidem dotem promisimus nos predict eccle Cicestren daturos in dedicacoe sua, Quare volumus et
firmiter precipimus qd predca eccla Cicestr et predictus Simon electus et omnes successores sui Cicestren
eccle Epi. habeant & teneant imppetuum predcam ecclam de Backhild cum terris bosc & omnibz aliis
ptinenc suis et cum omni integritate sua in liberam puram & ppetuam elemosinam ut liberam dotem ipius
eccle Cicestr Test Dno H. Cant Archiepo. E. Elien & J. Norwicen Epis. G. filio petri Comite
Essex. R. Comite Leycestr Comite. W. Maristallo Willmo Brywere Hugon de Nevill petro de Stok
Dat p manum nram apud Portesmuth undecima die Aprilis Anno regni nri quinto.

Eugenius Epus servus servoꝝ dei venerabili fratri Hillario Epo et dilectis filiis
Canonicis Cicestren eccle eoꝝ qz successoribus canonice substituendis imppetuum. In eminenti Aplice sedis
specula disponente dno constituti. ffres nros Epos sincera caritate diligere et ecclis sibi a deo commissis
suam debemus iusticiam conservare. Quocirca dilecte in xpo frater Ilari epe devocionem tuam erga beatum
Petrum & sacrosanctam Roman ecclam attendentes rationabilibz tuis postulacoibz benignum impertimur assensum
ecclam sancte Trinitatis Cicestren cui auctore deo preesse dinosceris sub ipius aploꝝ principis ac nostra
proteccione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunqz possessiones quecunqz
bona eadem eccla impresentiarum juste & canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largicoe regum
vel principum oblacoe fidelium seu aliis iustis modis deo propicio poterit adipisci firma vobis vris qz successoribus
et illibata permaneant, In quibz hec propriis duximus exprimenda vocabulis Sub Prothiale in integrum
sicut predecessores tui p quadraginta annos quiete illud possedisse noscuntur, Composicionem inter ecclam
vram & Monasterium Sagiense factam super eccla de Arundell sicut in cartis vris rationabiliter continetur,

prebendam quoque de Sengeltona cum pertinentiis suis que nimirum ecclesie vestre ex eadem compositione concessa est. Quicquid etiam in dicta urbe tenetis et a vobis seu ecclesia vestra clerici vel laici rationabiliter possident, terram extra portam occidentalem cum pertinentiis suis quam Robertus eiusdem ecclesie canonicus in prebendam tenet, villam de Bixla cum eiusdem hundredo et aliis pertinentiis suis et cum libertatibus et immunitatibus per cartam regis Stephani eidem ville vestre concessis, decimationem in omnibus terris ecclesie vestre atque in omnibus aliis terris in quibus eam quiete habuerunt predecessores vestri habuisse noscuntur, medietatem oblationum in penthecoste vobis canonicis, alteram vero medietatem ad opus ecclesie reparationem. Preterea medietatem prebende canonicorum decedentium in usus fratrum per unum annum, alteram medietatem ad liberationem debitorum ipsorum decedentium si forte alieno ere onerati fuerint, similiter ad ecclesie vestre reparationem inconcussum confirmamus. Ad hec adicientes statuimus ut ecclesiarum donationes et investiture in quibus integre ius parochiale habetis absque tua, frater episcope, seu tuorum predecessorum consensu facte irritum teneantur et omnino viribus careant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa fuerunt usibus omnimodis profutura, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius catholice ecclesie episcopus
Ego Ymarus Tusculanus episcopus
Ego Hugo Hostiensis episcopus
Ego Guido presbiter cardinalis tituli Calixti
Ego Hubaldus presbiter cardinalis tituli sancte Praxedis
Ego Aribertus presbiter cardinalis tituli sancte Anastasie
Ego Julius presbiter cardinalis tituli sancti Marcelli
Ego Bernardus presbiter cardinalis tituli sancti Clementis

Ego Octavianus presbiter cardinalis tituli sancte Cecilie
Ego Gerardus presbiter cardinalis tituli sancti Stephani in celio monte
Ego Centius presbiter cardinalis tituli in Lucina
Ego Octo diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum
Ego Radulphus diaconus cardinalis sancte Lucie in septa solis
Ego Gregorius diaconus cardinalis sancti Angeli
Ego Guido diaconus cardinalis sancte Marie in porticu
Ego Iohannes diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi
Ego Odo diaconus cardinalis sancte Romane ecclesie

Datum Signie per manum Bosonis sancte Romane ecclesie scriptoris xvi kalendas Maii, indictione xv^a, incarnationis dominice anno M° C° lii°, pontificatus vero Eugenii pape iii anno octavo.

Decani et capituli Cicestren. dimissio domini Simonis Cant. archiepiscopi &c.

Sancte matris ecclesie filiis universis presentes litteras inspecturis Simon permissione divina Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus salutem in omnium salvatore. Cum nos nuper ecclesiam cathedralem Cicestrensem nostre metropolitice nobis subiectam in capite et in membris necnon diocesim Cicestrensem visitationis officium canonice impendentes per inquisitiones litteratas et alias informationes sufficientes acceperimus dilectos filios nostros decanum et capitulum eiusdem ecclesie cathedralis ecclesias parochiales portiones et pensiones infrascriptas suis usibus applicasse et de facto percepisse ac percipere tanquam eis appropriatas annexas et unitas quas propriis duximus vocabulis exprimendas, videlicet ecclesiam parochialem de Sengleton tanquam plebanalem habentem ecclesias de Westden et Estdene cum capellis de Dudlyngle, Chulgrove et Bynderton eis annexis subiectis et notorie dependentibus ab eadem, et etiam ecclesias de Stoughton, Burgham, Ffurles, Radyngham, Ffryston, Alciston cum sua capella de Lollyton in diocesi Cicestrensi existentes, necnon et ecclesiam de Bakchild in diocesi nostra Cantuariensi et ecclesiam de Myndlesham Norwicensis diocesis et ecclesiam de Kunt de Port Wintoniensis diocesis sive annuam pensionem decem librarum nomine glebe eiusdem ecclesie, et etiam portionem omnium decimarum bladorum cuiuscumque generis de feodo Willelmi quondam filii Alani in le Marwode in parochia de Bredham vocat. le Chamelberne et omnium decimarum tam minorum quam maiorum de dominio quondam Henrici Ffhyne et de tenentibus eiusdem in parochia de Estwyghtryng iacentium et pertinentium ad dictam grangiam de la Chamele, et etiam sexaginta solidos de prioratu de Arundell de ecclesia de Rustyton debitos et xl s. de rectoria de Leddyton et quadraginta solidos de rectoria de Estwyghtryng et quinquaginta tres solidos quatuor denarios de vicaria de Alciston pro capella de Lollyton et quatuordecim solidos de rectoria de Sidlawe et quadraginta solidos de vicaria de Myndlesham et decem solidos de capellano altaris sancti Augustini in ecclesia cathedrali predicta et xiii solidos et iiii^or denarios de priore de Boxgrave et quadraginta solidos provenientes de Emodal pertinentes ad episcopum Cicestrensem in archidiaconatu Lewensi et decem libras de priore de Michelham et duos solidos de hospitali de Cokham et duos solidos de vicaria de Ffurles et duos solidos de vicaria de Hupole. Et cum non constaret nobis de iure aut titulo quibus prefatas ecclesias portiones pensiones ad se pertinere pretendebant, ad proponendum exhibendum et probandum iura seu titulos si que haberent que eis de iure sufficerent in hac parte nonnulla termini et loca competentia successive eisdem decano et capitulo fecimus assignari, quibus diebus et locis iidem decanus et capitulum coram nobis per magistrum Thomam Mathy clericum procuratorem eorum sufficienter constitutum sufficientem habentem potestatem ab eisdem comparuerunt, qui quidem procurator ipsorum nõit proposuit et allegavit certas porciones et pensiones predict omnes et singulas fuisse et esse dictis Decano et Capitulo canonice apropriat unit annexat et incorporat, et easdem sic apropriat unit annexas et incorporat possidere et ab olim possedisse sen quasi etiam a tempore et per tempus cuius contrarij memoria hominum non existit pacifice et quiete Et ad probandum proposita et allegata sic per eum produxit et exhibuit nonnulla documenta Instrumenta privilegia confirmaciones sedis apostolice in forma com obtent literas autenticas et alias probaciones Quibus diligenter inspectis examinatis et pleniori intellectu quia invenimus ipsos Decanum et Capitulum quo ad singulas certas porciones et pensiones de quibus prefertur fuisse et canonice munit, eosdem Decanum et capitulum tanquam sic munit ab impeticione officij nostri absolvimus et dimittimus in hiis scriptis, Decernentes ipsos super premissis seu eorum aliquo nunc fore de cetero ex officio aliqualiter impetendos Dat apud Otteford decimo kl marcij Anno dni millesimo cccc quinquagesimo quinto Et nostre consecracionis septimo /

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Hubertus dei gracia Cant Archiepiscopus totius Anglie primas Eternam in dno Salutem Noverit universitas vestra nos ecclesiam de Burkeholde quam Illustris Rex Anglie Johannes intuitu dei et ad peticionem nostram ecclie Cirestren regia liberalitate in dotem contulit pro dote quam eidem ecclie in dedicacione sua debuerat assignasse, eidem ecclie imperpetuum in proprios usus concessisse et presenti carta confirmasse, Salva honesta et competenti sustentacione vicarij in ea ad presentacionem dnorum Cirestren instituendi qui nobis de spiritualibus ecclie vero Cirestren de temporalibus respondebit Salvo quoque in omnibus et per omnia Jure et dignitate ecclie Cant, Ut igitur hec ratum permaneat et inconcussum hanc nostram concessionem sigilli nostri apposicione duximus roborandum, hiis testibus Henrico Archino Cant Magro Simone de Sywell thesaurario Lichefelden Magro Johe de Tinemue, Magris Roberto Balbo et Archarde de Tingers Rico de Wilton Rogero de Basyngham Roberto de Bustoll Johe de Kent David de Ridby Aaron de Kent et alijs

Ecclie appropriat ayon sancte Radegund

Carta de Poulton

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Stephus de Poulton Saltm Noverit universitas vestra me pro amore dei et pro salute anime mee et uxoris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse et concessisse priori et Canonicis ecclie sancte Radegundis de Bradsole ecclesiam sancte marie de Poultone cum omnibus ad eam pertinentibus in liberam puram et perpetuam elemosinam et etiam presentacionem eiusdem ecclie que ad me Jure hereditatis pertinebat predictis Canonicis pro deo imperpetuum concessisse liberaliter Et ut hec donacio mea et concessio stabilis et inconcussa permaneat imperpetuum predictos priorem et Canonicos ad eandem ecclesiam de Poultone dno Huberto Cant Archiepo presentavi qui eosdem scilicet priorem et Canonicos tanquam personam in ea canonice instituit hiis testibus Matheo de Poulton Rectore sacerdote Abell Capellano Johe persona de Riparia Petro persona de Hoghm magro Euerardo tunc vice Archino Simone Char decano Radulpho Thesaurario Galfrido de Bucland magro Willmo de Emmercote Willmo de Hoghm Waltero parmenter et pluribus alijs /

Hubertus dei gracia Cant Archiepus totius Anglie primas **Omnibus** Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Saltm in dno Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire Nos intuitu dei et ad concessionem Mathei de Poultonia clerici et ad presentacionem Stephi de Poulton patroni ecclie eiusdem ville concessisse et dedisse dilectis filijs nostris priori et Canonicis ecclie sancte Radegundis de Bradsole eandem ecclesiam de Poulton cum omnibus ad eam pertinentibus eosdemque priorem et Canonicos tanquam personam in ea canonice instituisse salvis in omnibus episcopalibus consuetudinibus et Cant ecclie dignitate Ita quidem quod memoratus Matheus cui idem prior et Canonici post resignacionem suam de assensu predicti patroni perpetuam eiusdem ecclie concessere vicariam eandem ecclesiam quamdiu vixerit possidebit reddendo ipsis priori et Canonicis de ea singulis annis ad assumpc beate marie unum aureum nomine pensionis Qui cum decesserit tota eadem Ecclia ad ipsos priorem et Canonicos in proprios usus convertenda revertetur Ut ergo hec nostra donacio et institucio perpetuam optineat firmitatem eam presenti scripto et sigilli nostri testimonio confirmare duximus et communire. hiis testibus Radulpho Thesaurario Saresber Galfrido de Borland Simone Sibb Roberto Wellens Archino Magro Simone de Sywell Thesaurario Lichefeldens magro Willmo de Emmercote et alijs /

Innocentius Epus Servus Servorum dei Dilectis filijs Abbati et Conventui sancte Radegundis de Bradsole premonstratens ordinis Saltm et apostolicam benediccionem Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum, Ea propter dilecti in dno filij vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu in personas et monasterium vestrum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que in presenciarum possidetis racionabiliter aut in futurum iustis modis deo propicio poteritis adipisci sub beati petri et nostra /

proteccione suscipimus et sub presentis scripti patrocinio communimus specialiter antedictam ecclesiam de Poulton cum omnibus pertinenciis suis quam propriis vestris usibus assensu deputatam. Cum vos etiam ius patronatus Stephanus de Poulton aplos in elimosinam perpetuam vobis consensu diocesani Episcopi concessit accedente sicut in instrumento publico propositum continetur Et vos eam iuste et pacifice possidetis vobis et per vos Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre proteccionis et confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Idus Februarii Pontificatus nostri Anno Octavo.

Carta de Postlyng

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens Carta pervenerit Philippus de Columbers filius Philippi de Columbers eternam in domino Salutem. Noverit universitas vestra me intuitu dei et pro salute anime mee et animarum patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse quicquid ad me jure fundi pertinet Ecclesiam de Postlyng cum omnibus pertinenciis suis deo et Canonicis ecclesie sancte Radegundis de Bradsole in puram liberam et perpetuam elimosinam ad sustentacionem fratrum ibidem deo famulancium et pauperum peregrinorum ad eos confluencium Et ut hec mea donacio firma et stabilis permaneat imperpetuum presentem Cartam meam apposicione sigilli mei munimine confirmavi. Hiis testibus Willelmo de Columbers, Henrico de Columbers, Simone sacerdote de Stanford, Salamone Sacerdote de Postlynge, Willelmo clerico de Ffolkiston, Hugone de Evrynsfeld, Philippo de Postlyng et multis aliis.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens Scriptum pervenerit Hubertus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas Salutem in domino. Noverit universitas vestra nos cartam nobilis viri Philippi de Columbers filii Philippi de Columbers inspexisse ex cuius inspectione perpendimus ipsum Ecclesiam beate marie de Manerio suo de Postlyng deo et ecclesie beate Radegundis de Bradsole et Canonicis ibidem deo servientibus pro salute anime sue et heredum antecessorum et successorum suorum in puram et perpetuam elimosinam misericorditer contulisse. Unde ut eadem ecclesia ipsius donacione perpetuam optineat firmitatem eam sicut racionabiliter ab eo facta est et confirmata auctoritate qua fungimur confirmamus et sigilli nostri apposicione communimus. Hiis testibus Henrico de Castelion Archidiacono Cantuariensi, Radulpho Thesaurario Saresberiensi, magistro Simone de Sewell Thesaurario Lichfelden, Magistro Johanne de Tynemuth, Willelmo de Bristowe, Johanne de Kent et aliis multis.

Bonefacius permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Salutem gratiam et benedictionem. Cum beate marie de Postlyng dilectis in Christo filiis Abbati et Conventui sancte Radegundis a nostris predecessoribus dudum collata fuerit et concessa, eisdemque Abbati et Conventui a sede apostolica specialiter sit indultum ut in Ecclesiis suis parochialibus per proprios Canonicos valeant licite deservire. Nos volentes eisdem sua privilegia conservare illesa concedimus secundum tenorem sui privilegii sibi a sede apostolica concessi eidem ecclesie deserviant. Ita quod duo Canonici domus sue ibidem ponantur quorum unus nobis et successoribus nostris de animarum cura et ipsis de temporalibus et ordinis observancia respondeant. Reservata nobis et successoribus nostris ac nostris officiariis in prefata ecclesia Jurisdiccione habita et antiqua. Unde est quod ad presentacionem predictorum Abbatis et Conventus fratrem Walterum Canonicum suum ad deserviendum ecclesie memorate admisimus et eundem parochie sibi curam commisimus animarum. In cuius rei testimonium presenti scripto Sigilli nostri apposicione duximus roborandum. Hiis testibus Magistro Hugone de Mortuo mari, Magistro Poncio de la Rud, Magistro Eustachio de Leaue, Magistro Willelmo de Troythm, Domino Johanne de Wotton, Domino F. de Northwood et aliis.

Omnibus Christi fidelibus presens Scriptum inspecturis F. prior et Capitulum Ecclesie Christi Cantuariensis Salutem in domino sempiternam. Noveritis nos cartam venerabilis B. dei gratia Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis inspexisse in hec verba. Bonefacius permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas Salutem gratiam et benedictionem. Cum ecclesia beate marie de Postlyng dilectis in Christo filiis Abbati et Conventui sancte Radegundis a nostris predecessoribus dudum collata fuerit et concessa, eisdemque Abbati et Conventui a sede apostolica specialiter sit indultum ut in ecclesiis suis parochialibus per proprios Canonicos licite valeant deservire. Nos volentes eisdem sua privilegia conservare illesa concedimus ut secundum tenorem sui privilegii sibi a sede apostolica concessi eidem ecclesie deserviant. Ita quod duo fratres domus sue ibidem ponantur quorum unus nobis et successoribus nostris de animarum cura, ipsis de temporalibus et ordinis observancia respondeant imperpetuum. Reservata nobis et successoribus nostris ac nostris officiariis Jurisdiccione in prefata ecclesia habita et antiqua. Unde est quod ad presentacionem dictorum Abbatis et Conventus fratrem Walterum Canonicum suum ad deserviendum ecclesie memorate admisimus et eundem parochie sibi curam commisimus animarum. In cuius rei testimonium presenti scripto Sigilli nostri apposicione duximus roborandum. Hiis testibus Magistro Hugone de Mortuo mari, Magistro Poncio de la Ruer, Magistro Eustachio de Leaue, Magistro Willelmo de Troythm, Domino Johanne de Wotton, domino F. de Northwood. Nos vero prescriptam donacionem et concessionem sicut rite et racionabiliter facta est ratam habentes et acceptam presenti Scripto Sigilli Capituli nostri munito confirmamus eandem. Act. Anno domini Millesimo CCL°. In crastino sancte Katherine virginis.

Carta de Riuia

Johannes dei gra Rex Anglie etc Archiepis Epis Abbatibz Baron Justic vic Comit prepositis et omnibz alijs ballis et fidelibz suis Saltm in dno. Sciatis nos intuitu dei et pro salute anime nre antecessorum et heredum nrorum dedisse et concessisse et hac carta nra confirmasse deo et eccie beate Radegundis de Bradsole et Canonicis ibm deo servientibz ecciam beati petri de Riuia que de nostra est donacione vt eis cedat in proprios vsus ad sustentacoem suam et pauperum peregrinorum ibm confluencium Et qd prefati Canonici eandem ecciam habeant in puram et perpetuam elemosinam adeo bene libere quiete et integre sicut aliquis eam vnqm melius liberius quietius et integrius tenuit salua Johanni de Riuia possessione sua quoad vixerit quare volumus et firmiter precipimus qd prefati Canonici eccie sancte Radegundis habeant et teneant prefatam ecciam sancti petri de Riuia cum omnibz ptinen et libert vt predictum est. Testibus dno henrico Dublin Archiepo. R. Comite Cestr Willmo Comit Saresber hubto de Burgo Justic Johanne Marescall hugone de Barneuill Rogero Pipard. Dat p manum magistri R de Marisc Cancellar nri apud Clarendon xxvj die July Anno regni nri xvj

Omnibus xpi fidelibus Ad quos presens scriptum peruenerit Stephanus permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie primas et sancte Romane eccie Cardinalis eternam in dno Salutem. Nouerit vniuersitas vra nos intuitu dei et ob fauorem Religionis et pro necessitate et vtilitate nouelle plantacionis domus sancte Radegundis de Bradsole concessisse dilectis filijs nostris Abbati et Conventui ordinis premonstratens eiusdem domus ecciam sancti petri de Riuia cum ptinen suis quam illustrissimus Rex Anglie Johannes eis misericorditer concessit et carta sua confirmauit habend et tenend imppm in proprios vsus sedm concessionem et testimonium Carte predicti Regis salvo iure Johannis de Rmaria Clerici quoad vixerit et salua vicaria Centum solid nobis et Successoribz nris in eadem eccia assignand Capello qui ad eorundem Abbatis et Conventus presentacoem ab Archiepo in eadem institutus ministrabit vnde ut hec pia concessio nostra perpetuam optineat firmitatem eam presenti script et sigilli nri appositione duximus muniend hijs testibus magro Willmo de Bardeue Wollon Magro Ada de Tylu Clericis Archiepi Magistro Elia de Derhm Roberto de Bristoll Magro Waltero de Emesham Johe de Waltham et alijs.

Uniuersis xpi fidelibus Ad quos presens scriptum peruenerit. H. permissione diuina Prior eccie xpi Cant et eiusdem loci Capitulum Saltm in dno sempiternam. Nouerit vniuersitas vra nos cartam bone memorie dni Stephi quondam Cant Archiepi non cancellatam nec abolitam nec in aliqua sui parte viciatam inspexisse in hec verba Omnibus xpi fidelibz Ad quos presens scriptum peruenerit Stephanus dei gra Cant Archiepus totius Anglie primas et sancte Romane eccie Cardinalis eternam in dno salutem. Nouerit vniuersitas vestra Nos intuitu dei et ob fauorem Religionis et pro necessitate et vtilitate nouelle plantacois domus sancte Radegundis de Bradsole concessisse dilectis filijs nostris Abbati et Conventui ordinis premonstratens eiusdem domus ecciam sancti petri de Riuia cum ptinen suis quam illustrissimus Rex Anglie Johes eis misericorditer concessit et carta sua confirmauit habend et tenend imppm in proprios vsus sedm concessionem et testimonium Carte predci Regis salvo tamen iure Johis de Rmaria Clerici quoad vixerit et salua vicaria centum solid a nobis et Successoribus nris in eadem eccia assignand Capello qui ad eorundem Abbatis et Conventus presentacionem ab Archiepo in eadem institutus ministrabit vnde ut hec pia concessio nra perpetuam optineat firmitatem eam presenti script et sigilli nostri appositione duximus muniendam. hijs testibz magro Willmo de Bardeue Wollon Magro Ada de Tylu Clericis Archiepi Magro Elia de Derhm Roberto de Bristoll magro Waltero de Emesham Johe de Waltham et alijs. NOS igitur prescript concess sicut rite et racionabiliter facta est ratificamus et confirmamus per presentes Saluis nobis et eccie nostre omnibus Juribus libertatibus et privilegijs a quibuscumqz nobis et eccie nostre concessis Dat in Capitulo nro die martis prox post festum sci Michis Anno dni Millimo CCxxx°.

Carta de Alkhm cum Capella

Omnibus xpi fidelibus Ad quorum noticiam presens carta peruenerit Hamo de Creuequer Saltm in dno Nouerit vniuersitas vra me intuitu Religionis et pro salute anime mee et dne Matild de Albini vxoris mee et animarum antecessorum et successorum nostrorum dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse deo et eccie sancte Radegundis de Bradsole Abbati et Conventui ibm deo servientibz aduocacoem eccie de Alkhm et Capelle de Maxtun ad dcam ecciam spectantis habend et tenend prefate eccie aduocacoem et Capelle memorate cum omnibz fructibz Juribz libertatibus et emolumentis et cum omnibz ptinen suis dictis Abbati et Conventui et eorum successoribz in liberam puram et perpetuam elemosinam. Et in huius rei testimonium presentem cartam sigilli mei appositione roboraui. hijs testibus Magro hugone de mortuo mari Magistris Eustach et hamone Doge de Cant dno Johanne de Walton dno Roberto de Creuequer Thoma de Reynelesbergh Thoma Burgeis Johanne de la Tekhg Willmo de ffonte Waltero de peppshale Clico et alijs.

Bonefacius permissione diuina Cant Archiepus totius Anglie primas. Dilectis in xpo filijs Abbati et Conventui sancte Radegundis de Bradsole Saltm gram et ben. Ut pie vite studio ac saluti animarum inherentes diuinis obsequijs quibus estis deputati ec liberius intendere valeatis qd ex vobi curis secularibus que militant aduersus aiam ex hereditate dni vite vobis necessaria sunt prouisa. Ecciam de Alkhm nostre dioc que in vestro existit patronatu cedente Radulpho de Marcy nunc eiusdem eccie rectore vel eciam decedente ad vestram et pauperum necnon et hospitum ad vos confluencium sustentacoem vobis in proprios vsus confirmamus et concedimus perpetuo possidendam salua perpetua competenti vicaria Ad quam nobis et Successoribz nostris quociens dicta eccia vacabit vos et Successores vestri ydoneam personam curabitis presentare

et ut

Et ut dicto Rectore sicut predictum est cedente vel decedente possessionem eiusdem ecclesie de Alkham auctoritate propria possitis ingredi liberam vobis tenore presentium concedimus facultatem Ut autem hec nostra collacio et concessio stabilis futuris temporibus persistat presentem cartam sigilli nostri munimine duximus roborandam hiis testibus magistro Hugone de Mortuo mari Pontio Gabber' Petro de Kemburaro Eustachio de Leuin' Hugone de la Mote W. de Esselham Stephano de Yford clerico et aliis Dat' apud Tenham die Martis proxima post festum Inuencionis Crucis Anno domini Millesimo CClvj°

Bonefacius permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas Dilectis in Christo filiis Abbati et Conventui Sancte Radegundis Premonstratensis ordinis Cant' dioc' Salutem graciam et benedictionem Attendentes devocionis affectum quem sub habitu regulari abiectis curis secularibus geritis apud deum et per hoc prosequi vos volentes favore gracia specialibus ut eo liberius divinis obsequiis intendere valeatis que vite vobis necessaria de ecclesiasticis bonis sint provisa ecclesiam de Alkham nostre dioc' que in vestro patronatu existit vacantem per resignacionem Radulphi de Marcy quondam Rectoris eiusdem vobis caritatis intuitu damus et concedimus in usus proprios cum omnibus suis pertinenciis perpetuo possidendam salva in eadem competenti vicaria ad quam vos et successores vestri nobis et successoribus nostris cum eam vacare contigerit personam idoneam presentabitis Ut autem hec nostra donacio et concessio rata et stabilis futuris temporibus persistat presentem cartam sigilli nostri apposicione duximus roborandam hiis testibus magistro Stephano Archidiacono Cant' magistro Hugone de Mortuo mari Henrico de Sandano Petro de Camber' Pontio de Gabber' Eustachio de Leuin' Hugone de la Mote Willelmo de Trotham Waltero de Esselham Johanne vicario de Alkham magistris Emerico et Hamone Doge de Cantuar' Stephano de Yford clerico Willelmo de Fonte et aliis

Universis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum inspecturis R. prior et Capitulum ecclesie Christi Cant' Salutem in domino. Noveritis nos cartam venerabilis patris Bonefacii dei gracia Cant' Archiepiscopi totius Anglie primatis inspexisse in hec verba Bonefacius permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas Dilectis in Christo filiis Abbati et Conventui Sancte Radegundis ordinis premonstratensis Cant' dioc' Salutem graciam et benedictionem Attendentes devocionis affectum quem sub habitu regulari abiectis curis secularibus geritis apud deum et per hoc prosequi vos volentes favore gracia specialis ut eo liberius divinis obsequiis intendere valeatis que vite vobis necessaria de ecclesiasticis bonis sunt provisa Ecclesiam de Alkham nostre dioc' que in vestro patronatu existit vacantem per resignacionem Radulphi de Marcy quondam Rectoris eiusdem vobis caritatis intuitu damus et concedimus in usus proprios cum omnibus suis pertinenciis perpetuo possidendam salva in eadem competenti vicaria ad quam vos et successores vestri nobis et successoribus nostris cum eam vacare contigerit personam idoneam presentabitis ut autem hec nostra donacio et concessio rata et stabilis futuris temporibus persistat presentem cartam sigilli nostri apposicione duximus roborandam hiis testibus magistro Stephano Archidiacono Cant' magistro Hugone de Mortuo mari Henrico de Candano Petro de Camber' Pontio de Gabber' Eustachio de Leuin' Hugone de la Mote Willelmo de Trotham Waltero de Esselham Johanne vicario de Alkham magistris Emerico et Hamone Doge de Cant' Stephano de Yford clerico Willelmo de Fonte et aliis Nos vero prefatam donacionem et concessionem sicut rite et racionabiliter facta est ratam habentes et acceptam presenti scripto sigilli capituli nostri munito confirmamus eandem ecclesiam insuper beate Marie de Postlyng quam idem venerabilis pater noster Bonefacius dictis Abbati et Conventui Sancte Radegundis in proprios usus contulit et concessit prout in carta predicti patris nostri coram nobis lecta et recitata plenius continetur nec non eidem collacionem et concessionem sicut racionabiliter facta est assensum eisdem similiter tenore presentium confirmamus Act' Anno domini Millesimo CClx^mo in crastino beate Katerine virginis

Carta de Leysdon

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens Carta pervenerit Robertus Arsyk Salutem in domino Noverit universitas vestra me divine pietatis intuitu et pro salute anime mee antecessorum et successorum meorum dedisse et concessisse et presenti Carta mea confirmasse quantum ad me pertinet deo et ecclesie beate Radegundis de Bradsole et Canonicis ibidem deo servientibus ordinis premonstratensis Ecclesiam beati Clementis de Leysdon que ad meam spectat donacionem cum pertinenciis suis omnibus adeo bene libere quiete et integre sicut aliquis eam unquam melius liberius habuit et possedit Ut et hec mea donacio et concessio perpetuam optineat firmitatem eam presenti scripto sigilli mei apposicione duxi roborandam hiis testibus domino Huberto de Burgo Justiciario Anglie Luca Capellano Thoma de Blumvyle Osberto Gifford Roberto Angulum Roberto de Neyrford Willelmo de Albini Willelmo de Essetesford Willelmo de Ferton Aubrym de Marynes Willelmo de Pictot Paulino de Tudey Hugone de Wyndesor' Willelmo de Clyff R. de Leisdone et aliis

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Stephanus permissione divina Cant' ecclesie minister humilis totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis Salutem in domino. Noverit universitas vestra quod cum dilectus filius Robertus Arsyk aplos pro salute anime sue predecessorum et successorum suorum concesserit quantum in ipso est Ecclesiam sancti Clementis de Leisdone in Scapeia cum omnibus ad eam pertinentibus deo et ecclesie sancte Radegundis de Bradsole et Canonicis ordinis premonstratensis ibidem deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum in proprios usus habendam sicut in ipsius carta super hoc confecta plenius continetur Nos concessionem ipsam sicut racionabiliter facta est presenti scripto et sigilli nostri munimine confirmamus Valete

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Henricus permissione divina prior ecclesie Christi Cant' et eiusdem loci Capitulum Salutem in domino sempiternam Noverit universitas vestra nos cartam bone memorie domini Stephani quondam Cant' Archiepiscopi non cancellatam nec abolitam nec in aliqua sui parte viciatam inspexisse in hec verba Universis sancte matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Stephanus permissione divina Cant' ecclesie minister humilis totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis Salutem in domino Noverit universitas vestra quod cum dilectus filius Robertus Arsyk aples pro salute anime sue predecessorum et successorum suorum concesserit quantum in ipso est ecclesiam sancti Clementis de Leisdone in Scapeia cum omnibus ad eam pertinentibus deo et ecclesie sancte Radegundis de Bradsole et Canonicis ordinis Premonstratensis ibidem deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum in proprios usus habenda

sicut in ipsius Carta super hoc confecta plenius continetur. Nos concessionem ipsam sicut racionabiliter facta est ratam ∼
habentes eam presenti scripto et sigilli nostri munimine confirmamus. Nos igitur huiusmodi confirmacionem sicut rite et racionabiliter
facta est ratificamus et approbamus per presentes. salvis nobis et ecclesie nostre omnibus Juribus libertatibus et privilegiis
a predecessoribus nobis et ecclesie nostre concessis. Dat in Capitulo nostro die martis proximo post festum sancti Michaelis Anno
domini Millesimo CC lxxx°

Carta de Sybrithsworald

Omnibus xpi fidelibus ad quorum noticiam presens Carta pervenerit Henricus de ∼
Wyngham Decanus Sancti Martini london. Salutem in salutis auctore. Noverit universitas vestra quod. Ego ∼
ecclesiam sancte Radegundis a meis parentibus pro parte fundatam et dotatam et eiusdem loci Abbatem et conventum
toto cordis affectu promovere desiderans. necnon et eorum Reddituum et possessionum ampliacionem affectans ecclesiam
de Sybrithsworald ad meam donacionem spectantem divine pietatis intuitu et pro salute anime mee et animarum domini mei
Henrici Regis Anglie Illustris domine Alianore consortis liberorum quoque eorum necnon parentum et benefactorum meorum dictis
Abbati et Conventui ad sustentacionem unius Canonici de beata virgine in dicta Abbatia ad totam vitam meam. Et post
obitum meum pro anima mea celebrantis Et ad pitanciam Conventus die Anniversarii mei singulis annis in omnibus
✠ ibidem celebrandi et eciam ad sustentacionem pauperum et hospitum ibidem confluencium dedi et concessi cum omnibus pertinenciis sub ∼
quantum ad me pertinet in proprios usus quiete et pacifice imperpetuum possidendam. Nolo autem quod ego vel heredes mei occasione
huius donacionis seu concessionis excludamur a iure patronatus ecclesie memorate, nisi dicti Abbas et conventus ipsam in
proxima vacacione sua vel usibus suis propriis assignantur. Ut autem hec mea donacio et concessio rata et stabilis imperpetuum
persistat presentem Cartam sigilli mei apposicione roboravi Hiis testibus magistro Hugone de Mortuo mari. Domino Waltero
de Merton domino Simone de Passelewe magistro Johanne de Cheshull, magistro Simone Lumbardo. Dominis Willelmo de Kancia
Johanne Blundel Willelmo dicto Monacho Thoma de Kancia Vincencio de Malo lacu et aliis. Dat apud Wodestok in vigilia
sancte Mildrede virginis Anno gracie Millesimo CC lxviij^mo

✠ domini Regis Regine et liberorum suorum ac parentum et benefactorum meorum divina ✠

Bonefacius dei gracia Cant Archiepiscopus totius Anglie primas universis sancte matris ecclesie filiis ad
quos presens scriptum pervenerit Salutem graciam et benedictionem. Ad universitatis vestre volumus noticiam pervenire
nos intuitu dei et ob favorem Religionis necnon pro necessitate et utilitate pauperum domus sancte Radegundis de
Bradsole ecclesiam beati Andree de Sybrithsworld cum omnibus pertinenciis suis per cessionem magistri Emerici de Cantuar
vacantem dilectis filiis nostris Abbati et Conventui eiusdem domus ad presentacionem et instanciam domini Henrici
de Wyngham dicte ecclesie de Sybrithsworld veri patroni tunc Cancellarii Illustris Regis Anglie misericorditer contulisse
imperpetuum in proprios usus possidendam. eosdem quoque Abbatem et Conventum Rectorem in eadem ecclesia canonice instituisse.
Ita quod dicte ecclesie de Sibrithsworald secundum tenorem privilegii sibi a sede apostolica indulti deservire possint per proprium
Canonicum qui nobis et Archidiaconis et aliis officialibus nostris de animarum cura de procuracionibus et aliis Juribus
spiritualibus de quibus eiusdem ecclesie Rectores respondere consueverant. et dictis Abbati et Conventui de temporalibus
et ordinis observancia respondebit. Curam animarum a nobis recipiet et debitam nobis et successoribus nostris canonice
instituendis et eorundem officialibus canonicam prestabit obedienciam. Ut autem hec pia nostra collacio et institucio
perpetuam optineat firmitatem eam presenti scripto et sigilli nostri apposicione duximus roborandam. Hiis testibus
Magistro Stephano de monte Luelli Archidiacono Cant. Hugone de Mortuo mari Eustachio de Leunt petro de Saterne
Willelmo de Trysthm Emerico de Kant Rogero de Cistern Dominis petro de Cressiaco Jacobo de Kemyng. Dat Anno gracie
Millesimo Ducentesimo lxviij^mo mense Augusti

Omnibus xpi fidelibus presens Scriptum inspecturis Nicholaus Prior et Capitulum ecclesie xpi ∼
Cant Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos cartam venerabilis patris nostri ∼
Bonefacii Cant Archiepiscopi totius Anglie primatis inspexisse in hec verba. Bonefacius dei gracia Cant
Archiepiscopus totius Anglie primas universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens Scriptum pervenerit
Salutem graciam et benedictionem. Ad universitatis vestre volumus noticiam pervenire nos intuitu dei et ob favorem ∼
Religionis necnon pro necessitate et utilitate novelle plantacionis domus sancte Radegundis de Bradsole ecclesiam
beati Andree de Sibrithsworld cum omnibus pertinenciis per cessionem Magistri Simonis de Kant vacantem ∼
dilectis filiis nostris Abbati et Conventui eiusdem loci ad presentacionem et instanciam domini Henrici de Wyngham
dicte ecclesie de Sibrithsworald veri patroni tunc Cancellarii Illustris Regis Anglie, misericorditer contulisse
et concessisse in proprios usus imperpetuum possidendam. eosdem quoque Abbatem et Conventum Rectorem in eadem ∼
ecclesia canonice instituisse. Ita quod dicte ecclesie de Sibrithsworald secundum tenorem privilegii sibi a sede apostolica
indulti deservire possint per proprium Canonicum suum qui nobis et Archidiaconis et aliis officialibus nostris de animarum
cura et procuracionibus et aliis Juribus spiritualibus de quibus eiusdem ecclesie Rectores respondere consueverant et
dictis Abbati et Conventui de temporalibus et ordinis observancie respondebit curam animarum a nobis recipiet et
debitam et successoribus nostris canonice instituendis et eorum officialibus canonicam prestabit obedienciam Ut
autem hec pia nostra collacio et institucio perpetuam optineat firmitatem eam presenti scripto et Sigilli nostri
apposicione duximus roborandam. Hiis testibus Magistris Stephano de monte Luelli Archidiacono Cant. Hugone de Mortuo
mari Eustachio de Leunt. petro de Saterne Willelmo de Trysthm. Emerico de Kant. Rogero de Cistern. Dominis
Petro de Cressiaco Jacobo de Kemyng. Dat Anno gracie Millesimo Ducentesimo lxviij^mo mense Augusti

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes literas sive presens publicum instrumentum inspecturis visuris vel audituris et quos infrascripta tangunt aut tangere poterunt quomodolibet in futurum, Humfridus Harvarden in decretis licenciatus et legum doctor reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome miseracione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis Cantuariensis archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati commissarius ad infrascripta sufficienter et legitime deputatus salutem in omnium salvatore ac fidem indubiam presentibus adhibere. **Ad universitatis** vestre notitiam deducimus ac volumus deduci per presentes quod literas commissionis dicti reverendissimi patris ac domini per venerabilem virum magistrum Michaelem Clerke legum doctorem quinto die mensis Decembris anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo indictione xv pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti anno undecimo in ecclesia parochiali sancti Vedasti civitatis London jurisdictionis immediate ecclesie Christi Cant. sedem nobis sufficienter presentatas et exhibitas adtunc per providum virum magistrum Ricardum Kelly notarium publicum infranominatum publice legi fecimus tenorem subsequentem in se continentes.

Thomas miseracione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis Cant. archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus dilectis nobis in Christo magistris Thome Hope, Ricardo Lavender, Roberto Cancke decretorum ac Humfrido Harvarden, Ricardo Heyward et Henrico Kyneswortht legum professoribus salutem graciam et benedictionem. Ex parte venerabilium virorum presidentis et scolarium collegii beate Marie Magdalene in universitate Oxon fundati nobis fuit humiliter supplicatum ut cum venerabilis frater noster Willelmus dei gratia Winton episcopus in honorem dei laudem quoque et gloriam beate Marie Magdalene ac divini cultus augmentum predictum collegium fundaverit et erexerit imperpetuum duraturum ac facultates predicti collegii ad sustentacionem presidentis et scolarium eiusdem modernorum et futurorum temporibus quoque collegii conservacionem et supportacionem onerum incumbencium non sufficiunt, quatenus hospitale cantariam sive liberam capellam sanctorum Stephani et Thome martirum de Romenale sive Romeney nostre Cant. dioc. eis et eorum collegio predicto canonice unire annectere et appropriare dignaremur. Et quia nos aliis arduis negociis multipliciter simus prepediti quominus super premissis et aliis in hac parte necessariis et requisitis ac procedendum in debita iuris forma in negocio unionis annexionis sive appropriacionis huiusmodi expedicionem et execucionem superintendere valeamus. Ad cognoscendum igitur de causis unionis sive appropriacionis predicti hospitalis cantarie sive libere capelle dictique hospitale cantariam sive liberam capellam cum suis iuribus et pertinentiis universis ex causis premissis prefatis presidenti et scolaribus ac collegio predicto uniendum annectendum appropriandum incorporandum et in ipsorum proprios usus imperpetuum possidendum concedendum, resignacionem quoque magistri sive custodis predicti hospitalis cantarie sive libere capelle si facta fuerit vice nostra recipiendum et admittendum et eosdem presidentem et scolares seu eorum procuratorem cum dictum hospitale cantariam sive liberam capellam vacare contigerit in realem et corporalem possessionem eiusdem hospitalis cantarie sive libere capelle ac iurium et pertinentium suorum universorum introducendum imponendum et inducendum, ipsumque negocium unionis annexionis et appropriacionis cum suis emergentibus incidentibus et connexis quibuscumque fine debito et canonico decidendum ac terminandum, necnon nobis et ceteris quibuscumque interesse in hac parte habentibus de iuribus et eorum indempnitatibus legitime providendum per predictos presidentem et scolares collegii predicti et eorum successores imperpetuum. Ceteraque omnia et singula in hac parte requisita seu oportuna faciendum exercendum et expediendum, vocatis tamen priore nostro ecclesie nostre Christi Cant. et eiusdem loci capitulo et aliis in hac parte de iure vocandis, vobis de cuius circumspeccione pro se et in solidum in quorum fidelitate et industria confidimus coniunctim et divisim committimus vices nostras ac specialem et plenam in domino potestatem cum cuiuslibet cohercionis canonice exequendum. Et de omni eo quod in premissis aut circa ea feceritis nos dicto negocio expedito debite certificare curetis seu sic certificet ille vestrum qui presentes literas nostras in se susceperit exequendum per suas literas patentes harum seriem continentes auctentice sigillatas. Dat. sub sigillo archiepiscopatus nostri in manerio nostro de Mortelake ultimo die mensis Junii anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo et nostre translacionis anno xxvij°.

Post quarum commissionis literarum publice lecturam fuit nobis in negocio in literis illis plenius specificato procedere volentibus ad providi viri magistri Johannis Ewlyn venerabilium virorum presidentis et scolarium collegii beate Marie Magdalene extra portam orientalem ville Oxon. Lincoln. dioc. quod de fundacione primeva reverendi in Christo patris et domini domini Willelmi dei gratia Winton episcopi ac de eius provisione existit, in dictis commissionis literis principaliter nominatorum procuratoris tunc ibidem coram nobis comparentis de cuius procuratorio mandato publicis adtunc fecit satis constare documentis, cuius procuratorii mandati tenor infrascribitur, ac mandatum huiusmodi realiter exhibentis et pro presidente et scolaribus principalibus antedictis atque prefato collegio sic fieri instanter petentis. Quia de mandato nostro premittitur publice facta proclamacione in genere si quis contra nos aut personam nostram commissionem vel predicta aut eius formam obicere sive contradicere vellet sive curaret, nullus comparuit adtunc contradictor, iuxta formam et effectum earundem literarum commissionis huiusmodi ob reverenciam dicti reverendissimi patris committentis in nobis assumentes reverendissimi patris et vice nostra in hac parte pronunciavimus et ad commissionem huiusmodi execucionem in negocio antedicto et ad ulteriora procedendum fore decrevimus, vocatis de iure vocandis pro ministerio eorundem, instanter petente ipso magistro Johanne Ewlyn procuratore; necnon prefatum providum virum Ricardum Kelly notarium publicum ante nominatum in presenti publico instrumento et processibus in hac parte scribam nominavimus et deputavimus tunc ibidem. In actorum per prefatum magistrum Johannem Ewlyn procuratorem coram nobis in ea parte in scriptis iudicialiter proposit. ac per magistrum Ricardum scribam nostrum predictum de mandato nostro publice adtunc perlecto tenorem subsequentem in se continente. **Et consequenter** articulo quodam continente:

In dei nomine amen. Coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino domino Thoma miseracione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbitero cardinali Cant. archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato vestrove commissario sive vestris commissariis quibuscumque seu quibuscumque in hac parte deputato seu deputandis pars venerabilium virorum magistri Ricardi Mayhewe sacre theologie professoris presidentis collegii sancte Marie Magdalene in universitate Oxon extra portam orientalem ville Oxon et eiusdem collegii scolarium dicit allegat et in hiis scriptis in iure proponit ut sequitur. In primis videlicet quod reverendus in Christo pater et dominus dominus Willelmus dei gratia Winton episcopus religionis alumpnos et veraces fidei cultores satagens ampliare ad eiusdem religionis ubimentum incrementumque fidei catholice stabilimentum collegium predictum de uno presidente et ceterorum scolarium numero ibidem altissimo inibi famulari et in scientiis plerisque liberalibus presertim sacrosancta theologia studere debentium in universitate Oxon predicta necnon ad ipsorum presidentis et scolarium in dicto collegio pro presenti et imposterum commorancium incorporandum in eodem in [illegible] ad omnes et singulos tam scolarium quam ceterorum cuiuscumque ordinis undecumque illuc confluere pro salubri doctrina valentium utilitatem multiplicem et incrementa virtutum. Ita videlicet quod omnes et singuli absque personarum seu nacionum delectu illuc accedere volentes lecturas publicas tam in philosophiis morali et naturali quam in sacra theologia in eodem collegio perpetuis futuris temporibus oportunis continuandas libere et gratis audire valeant et possint ad laudem gloriam et honorem dei nostri Jhesu Christi et ecclesie sue sancte exaltacionem necnon ad honorem intemerate virginis matris eiusdem sancte Marie Magdalene sancti Johannis Baptiste et aliorum sanctorum suorum fundavit et stabilivit. Item quod in dioc. Cantuariensi fuit et est inter alia loca quoddam hospitale sive cantaria beatorum martirum Stephani et Thome quondam Cant. archiepiscopi in villa de Romenale in quo sive qua reverendus in Christo pater et dominus dominus Willelmus dei gratia Winton episcopus predictus plenum ius obtinet patronatus et sic fuit et est verum publicum notorium dictum habitum et reputatum palam publice et

Processus super unione hospitalis sive libere capelle de Romeney Collegio beate Marie Magdalene in universitate Oxonie.

Romeney.

notorie. Item idem hospitale sive dicta Cantaria ad tantam ruinam devenit quod ex fructibus et proventibus ipsius persone ibidem exhibende iuxta exigentiam ordinacionis eiusdem ac alia onera eidem incumbentia hiis diebus nequeunt sustentari aut exhiberi. Item quod dicta edificia dicti hospitalis sive Cantarie antiquitus constructa fuerunt et sunt diruta et collapsa. Ita quod ad ipsorum reedificacionem proventus possessionum et redditum pertinencium dicti hospitalis sive Cantarie minime sufficiant. Item quod fructus redditus et proventus dicti Collegio assignati adeo tenues sunt et exiles quod ad exhibicionem dictorum presidentis et Scolarium eorum sustentacionem et aliorum onerum eidem Collegio incumbentium minime sufficiunt. Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta et famosa et super eisdem a diu laborarunt et adhuc laborant publica vox et fama. Unde facta fide de hiis que requiruntur in hac parte petit pars eorundem presidentis et scolarium dictum hospitale sive predictam Cantariam cum suis iuribus et pertinentiis universis presidenti et scolaribus dicti Collegii et eorum successoribus ac eidem Collegio uniendum et appropriandum fore decerni et cum effectu uniri annecti et appropriari. Ita quod Magistro sive Custode dicti hospitalis sive Cantarie predicte cedente aut decedente seu quomodolibet dictum hospitale sive Cantariam dimittente liceat extunc dictis presidenti et Scolaribus ac eorum successoribus ipsum hospitale sive ipsam Cantariam cum suis iuribus et pertinentiis huiusmodi pro se et suos apprehendere ac in usus eorum perpetuo possidere et tenere alterius cuiuscumque licentia in ea parte minime petita vel obtenta. Ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et racionis in hac parte convenit institutis. Premissa proponit et fieri petit pars dictorum presidentis et Scolarium coniunctim et divisim non artans se ad omnia et singula premissa probandum nec ad aliquod superflue probacionis de qua protestatur iuris beneficio in omnibus salvo. **Ac eodem** articulo ad peticionem dicti Magistri Johannis Emlyn procuratoris per nos admisso de et super suggestis et contentis in prefatis Commissionis litteris atque articulo prefato, necnon in partem probacionis eorundem quosdam Magistros Willelmum Gifford et Edwardum Underwode sacre theologie professores necnon Simonem Aylewarde et dominum Robertum Baron in testes et ad probandum suggesta et deducta huiusmodi predicta produxit. Quos omnes et singulos sic productos ad peticionem ipsius Magistri Johannis procuratoris admittentes incontinenti in forma iuris testium in hac parte admisimus ac eos et eorum quemlibet de dicendo omnem et omnimodam meram quoque et plenam ac nudam veritatem quam sciverint de et super suggestis dictis et deductis cum inquisiti super hiis et examinati fuerint omnibus odio amore favore timore prece et precio postpositis penitus et semotis ad sancta dei evangelia ab eis per eos et quemlibet eorum corporaliter tacta fecimus iurari. Quos sic productos ut prefertur et per nos admissos atque iuratos omnes et singulos in presentia notarii et Scribe antedicti de et super suggestis et contentis huiusmodi in litteris Commissionis et articulo prefatis iuxta iuris exigentiam eciam secrete et sigillatim inquisivimus et examinavimus diligenter. Tenor vero procuratorii mandati predicti de quo supra fit mencio sequitur et est talis.

Pateat universis per presentes quod nos Ricardus Mayhewe sacre theologie professor presidens Collegii sancte Marie Magdalene in universitate Oxon' extra portam orientalem ville Oxon' et Scolares eiusdem Collegii venerabiles viros magistros Willelmum Chaunt et Magistrum Johannem Emlyn clericos coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum Ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus eorum inceperit quilibet eorundem id libere prosequi valeat mediare perficere et finire nostros veros legitimos et indubitatos procuratores actores factores negociorum quoque nostrorum gestores et nuncios speciales facimus constituimus et ordinamus per presentes. Damus quoque et concedimus eisdem procuratoribus nostris predictis coniunctim et eorum cuilibet ut prefertur per se divisim et in solidum pro nobis et nomine nostro ac Collegii nostri predicti nomine coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Thoma miseracione divina tituli sancti Ciriaci in thermis sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Cant' Archiepiscopo tocius Anglie primate et apostolice sedis legato aut ipsius Commissario seu Commissariis uno vel pluribus in hac parte legitime deputato seu deputatis comparendi ac hospitale sive Cantariam beatorum martirum Stephani et Thome quondam Cant' Archiepiscopi in villa de Romenale Cant' dioc' fundat' cum suis iuribus et pertinentiis universis nobis presidenti et Scolaribus dicti Collegii sancte Marie Magdalene nostrisque successoribus ac eidem Collegio nostro uniri annecti et appropriari ac in nostros perpetuos usus perpetuo possidendum concedi petendi et obtinendi causam quoque et causas huiusmodi unionis annexionis et appropriacionis sic ut premittitur nobis presidenti et Scolaribus ac nostro Collegio predicto fiendum allegandi proponendi declarandi exhibendi et probandi ac de veritate eorundem in animas nostras iurandi et fidem faciendi. Necnon huiusmodi unione annexione et appropriacione sic factis Magistro sive Custode dicti hospitalis sive Cantarie predicte cedente sive decedente possessionem corporalem et realem dicti hospitalis sive Cantarie predicte iuriumque et pertinentium suorum universorum nanciscendi adipiscendi et obtinendi ac huiusmodi possessionem sic nactam et adeptam nomine nostro et Collegii nostri predicti retinendi et continuandi et pro premissis si oporteat agendi defendendi excipiendi replicandi libellum et libellos ac quascumque peticiones summarias dandi ministrandi et recipiendi litemque et lites contestandi et contestari videndi ponendi et articulandi posiciones quoque et articulos petendi et videndi posicionibus quoque et articulis ac interrogatoriis respondendi. Iuramentum tam de calumpnia quam de veritate dicendi et aliud quodcumque sacramentum licitum in animas nostras prestandi et faciendi. Crimina et defectus obiciendi et obiectis respondendi testes litteras et instrumenta ac alia quecumque probacionum genera producendi et exhibendi producta quoque et exhibita ex adverso reprobandi et impugnandi statum quoque nostrum reformacionem in integrum restitucionem dampnorum estimacionem expensas et interesse quodlibet necnon beneficium absolucionis seu relaxacionis a quibuscumque suspensionis excommunicacionis et interdicti sententiis simpliciter et ad cautelam quociens visum fuerit oportunum petendi recipiendi et obtinendi provocandi et appellandi provocaciones et appellaciones notificandi et intimandi ac eas et earum causas prosequendi. Apostolos quoque petendi et recipiendi. Et generaliter omnia alia et singula faciendi exercendi et expediendi que ad huiusmodi annexionem et appropriacionem dicti hospitalis sive Cantarie predicte ut premittitur faciendam et ipsius negocii expedicionem necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et eciam si mandatum exigant magis speciale. Promittimus quoque nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis nomine nostro fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligacione omnium bonorum nostrorum omnium et cauciones exponimus per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apposuimus. Dat' in Collegio nostro predicto vicesimo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo primo.

Quibus premissis sic itaque factis ex certis causis legitime nos et animum nostrum in hac parte moventibus eciam ad prefati Magistri Johannis Emlyn procuratoris antedicti peticionem negocium huiusmodi in et ad diem certam scilicet vicesimum necnon diem mensis Januarii tunc proximum et immediate sequentem continuavimus et prorogavimus atque eundem magistrum Johannem Emlyn procuratorem et partem suam in specie aliosque quoscumque sic et quatenus sua coniunctim aut divisim in hac parte putaverint interesse publice et in genere monuimus iudicialiter tunc ibidem. **Quibus** eciam porrectione et adveniente die proximo predicto ac prefato magistro Johanne procuratore coram nobis ad tunc sufficienter comparente et in eius presentia venerabilis vir magister David Husband decretorum doctor Reverendi in Christo patris et domini domini Willelmi dei gratia Winton' Episcopi fundatoris et patroni dicti Collegii et procurator in hac parte legitime constitutus eciam ad tunc coram nobis iudicialiter comparuit de cuius procuracionis mandato publicis et autenticis documentis coram nobis fecit constare. Cuius quoque mandati procuratorii sequens tenor talis est.

Pateat universis per presentes quod nos Willelmus permissione divina Winton' Episcopus hospitalis sive Cantarie beatorum martirum Stephani et Thome quondam Cantuar' Archiepiscoporum in villa de Romenale dioc' Cant' fundat' verus et solus patronus dilectos nobis in Christo Magistros David Husband et Anthonium Clerke decretorum Doctores coniunctim et eorum quemlibet per se divisim et insolidum ita quod non sit melior condicio occupantis sed quod unus eorum inceperit quilibet eorundem id libere prosequi valeat mediare perficere et finire nostros veros et indubitatos procuratores actores factores negociorum quoque nostrorum gestores facimus ac constituimus et ordinamus per presentes. Damusque et concedimus eisdem procuratoribus nostris predictis coniunctim et eorum cuilibet ut premittitur per se divisim et insolidum pro nobis et nomine nostro coram Reverendissimo in Christo patre et domino domino Thoma miseracione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie Presbitero Cardinali Cant' Archiepiscopo tocius Anglie primati et apostolice sedis legato aut ipsius Commissario seu Commissariis uno vel pluribus in hac parte legitime deputato seu deputatis in quodam negocio unionis annexionis et appropriacionis de hospitali sive Cantaria beatorum martirum Stephani et Thome predict' cum suis Iuribus et pertinenciis universis presidenti et scolaribus Collegii beate Marie Magdalene universitatis Oxon extra portam orientalem ville Oxon et successoribus suis ac eorum Collegio certis de causis veris et legitimis piis et salubribus fiendum utrumque huiusmodi unionem annexionem et appropriacionem fieri et celebrari contigerit diebus et locis ad hoc assignatis sive assignandis comparendum et interessendum ac in huiusmodi unionis annexionis et appropriacionis negocio et super causis ipsum negocium concernentibus cum omnibus et singulis quorum interest tractandum suaque consilia et auxilia eidem unionis annexionis et appropriacionis negocio impendendum eisdemque unioni annexioni et appropriacioni fiendis nomine nostro expresse consenciendum Ceteraque omnia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna etiam si mandatum exigant magis speciale promittimusque nos ratum gratum et firmum perpetuo habituros totum et quicquid dicti procuratores nostri seu eorum aliquis nomine nostro fecerint seu fecerit in premissis vel aliquo premissorum sub ypotheca et obligacione omnium bonorum nostrorum et caucionem exponimus per presentes In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Dat' in domo habitacionis nostre de Southwerk decimo die mensis Novembris Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo primo Et nostre translacionis anno Tricesimo quinto **Ac huiusmodi** mandatum coram nobis iudicialiter exhibens et pro Reverendo patre fundatore predicto eiusque eo pretextu interest in hac parte se faciens huiusmodi fiende unionis annexionis incorporacionis et appropriacionis in dictis literis Commissionis et articulo specificat atque huiusmodi appropriacionis expedicionem ad effectum iuris effectum quem exinde sequi poterit aut debebit consensit ac suum consensum et assensum dedit expresse Necnon quasdam literas patentes tam dicti Reverendissimi patris sigillo sui Archiepiscopatus ut apparuit sigillatas venerabilibusque et Religiosis viris dominis priori et Conventui sive Capitulo ecclesie sue Metropolitane Cant' scriptas ut apparuit et directas quam alias literas eorundem dominorum prioris et Conventus sive Capituli desuper et in ea parte certificatorias sub eorum sigillo communi ut apparuit roboratas realiter coram nobis ad tunc exhibuit et eas de mandato nostro per probum virum Magistrum Nicholaum Collys Notarium et Scribam nostrum antedictum primitus prius perlectas ad effectum iuris effectum exinde subsecuturum apud acta nostra in hac parte ad perpetuam rei memoriam realiter dimisit **Quarum** dicti Reverendissimi patris eorundemque dominorum prioris et Conventus sive Capituli literarum supradictarum tenores de verbo ad verbum sequuntur et sunt tales **Thomas** miseracione divina tituli sancti Ciriaci in thermis sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Cant' Archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus Dilectis nobis in Christo filiis priori ecclesie nostre Metropolitane Cantuar' et eiusdem loci Conventui sive Capitulo Salutem graciam et benediccionem Ex parte venerabilium virorum Magistri Ricardi Mayhewe sacre theologie professoris presidentis Collegii sancte Marie Magdalene in universitate Oxon extra portam orientalem ville Oxon et eiusdem Collegii scolarium nobis extitit iam pridem expositum Quod venerabilis frater noster Willelmus dei gracia Wynton' episcopus modernus christiane religionis alumpnus et veracis fidei cultor intendens ampliare ad eiusdem religionis uberius incrementum fideique catholice stabilimentum Collegium predictum de uno presidente et certo numero scolarium inibi altissimo iugiter famulari et in scienciis pluribusque liberalibus presertim sacrosancta theologia studere debencium in universitate Oxon predicta necnon ad ipsorum presidentis et scolarium in dicto Collegio pro presenti et imposterum commorancium incorporandorum in eodem incrementum verum etiam ad omnium et singulorum tam scolarium quam regularium quorumcumque ordinum undequaque illuc confluere pro salubri doctrina volencium utilitatem multiplicem et pro incremento virtutum Ita quod omnes et singuli absque personarum seu nacionum delectu illuc accedere volentes lecturas publicas tam in philosophiis morali et naturali quam in sacra theologia in eodem Collegio perpetuis futuris temporibus oportune continuandas libere et gratis audire valeant et possint ad laudem gloriam et honorem domini nostri Ihesu Christi et ecclesie sue sancte exaltacionem necnon ad honorem intemerate virginis matris eiusdem sancteque Marie Magdalene sancti Iohannis Baptiste et aliorum sanctorum nuper fundavit et stabilivit Sed quia ex parte eorundem presidentis et scolarium nobis suggestum fuit quod fructus redditus et proventus dicto Collegio assignati adeo tenues sunt et exiles quod ad exhibicionem dictorum presidentis et scolarium eorumque servientium et aliorum onerum eidem Collegio incumbencium minime sufficiunt nisi aliunde super hoc provideatur Et quod hospitale sive Cantaria beatorum martirum Stephani et Thome quondam Cant' Archiepiscopi quod in villa de Romenale nostre Cant' diocesis situatur in quo sive qua prelibatus frater noster Willelmus Wynton' episcopus plenum ius obtinet patronatus ad tantam devenit ruinam quod ex fructibus et proventibus ipsius presbiter ibidem exhibendus et alia onera eidem incumbencia iuxta exigenciam ordinacionis eiusdem hiis diebus sustentari aut exhiberi nequiunt et supportari Edificia quoque ipsius hospitalis sive Cantarie antiquitus constructa fuerunt et sunt diruta et collapsa ita quod ad ipsorum reedificacionem proventus possessionum et redditum dicto hospitali sive Cantarie pertinencium minime sufficiunt Extabat tamen et extat ut per partem eorundem presidentis et scolarium nobis expositum fuit quod eisdem presidenti et scolaribus atque dicto Collegio eorumque et eiusdem Collegii necnon prefati hospitalis multum necessitati competenter subveniri posset si et in casu quo idem hospitale sive eandem Cantariam cum suis iuribus et pertinenciis universis dicto Collegio presidentique et scolaribus necnon eorum successoribus in suos proprios usus pro perpetuo possidendum per nos et nostra auctoritate contigerit appropriari Nobis igitur pro parte dicti Collegii presidentisque et scolarium eiusdem humiliter extitit supplicatum quatinus ex causis premissis ipsum hospitale sive Cantariam eis et dicto Collegio canonice unire annectere appropriare et incorporare dignaremur Cumque tandem in negocio appropriacionis huiusmodi ad supplicacionem dictorum presidentis et scolarium per nos et auctoritate nostra adeo fuerit et sit legitime processum Quod sinceras presentibus de iure firmandis premissa veritate fulciri dinoscantur Nos cupientes in negocio illo ad finalem expedicionem eiusdem procedi debere quia tamen unionem annexionem appropriacionem et incorporacionem huiusmodi absque consensu vestro finaliter expediri non intendimus sicut nec de iure debemus Sed quod per omnia rite et legitime et absque vestri et nostri preiudicio in hac parte procedatur vos exhortamur in domino et requirimus quatinus tractatu super premissis inter vos diligenti prius habito de consensu vestro capitulari super unione annexione appropriacione et incorporacione dicti hospitalis sive Cantarie prefato Collegio occasione premissorum faciendis prestito si hoc in premissis facere decreveritis per literas vestras patentes Sigillo vestro communi roboratas quam primum id comode facere poteritis nos aut Commissarium nostrum in hac parte certos reddere curetis Dat' in Manerio nostro de Knoll sub Sigillo Archiepiscopatus nostri xxiij° die mensis Novembris Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo primo Et nostre Translacionis Anno xxxv° **Reverendissimo** in Christo patri et domino domino Thome miseracione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Cant' Archiepiscopo tocius Anglie primati et apostolice sedis legato vestri humiles et devoti filii prior ecclesie vestre Christi Cant' et eiusdem loci Conventus sive Capitulum omnimodam Reverenciam et obedienciam tanto patri debitas cum honore Vestre Reverendissime paternitati prelibate tenore presencium humiliter intimamus quod nos prior et Conventus predicti in domo nostra Capitulari ad effectum infrascriptum capitulariter congregati et Capitulum facientes literas vestras Reverendissimas cum omni qua decuit reverencia nuper recepimus in hec verba **Thomas** miseracione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Cantuar' Archiepiscopus tocius Anglie primas et apostolice sedis legatus Dilectis nobis in Christo filiis priori ecclesie nostre metropolitane Cant' et eiusdem loci Conventui sive Capitulo Salutem graciam et benediccionem Ex parte venerabilium virorum Magistri Ricardi Mayhewe sacre theologie professoris presidentis Collegii sancte Marie Magdalene in universitate Oxon extra portam orientalem ville Oxon et eiusdem Collegii scolarium nobis extitit iam pridem expositum quod venerabilis frater noster Willelmus dei gracia Wynton' episcopus modernus christiane religionis alumpnus et veracis fidei cultor intendens ampliare ad eiusdem religionis uberius incrementum fideique catholice stabilimentum Collegium predictum de uno presidente et certo numero scolarium inibi altissimo iugiter famulari et in scienciis pluribusque liberalibus presertim sacrosancta theologia studere debencium in universitate Oxon predicta necnon ad ipsorum presidentis et scolarium in dicto Collegio pro presenti et imposterum commorancium incorporandorum in eodem incrementum verum etiam ad omnium et singulorum tam secularium quam regularium

Cuiuscumque ordinis undecumque illuc confluere pro salubri doctrina valencium utilitatem multiplicem et promerendo virtutum. Ita quod omnes et singuli absque personarum seu nacionum delectu illuc accedere volentes lecturas publicas tam in philosophiis morali et naturali quam in sacra theologia in eodem Collegio perpetuis futuris temporibus oportunis continuandas libere et gratis audire valeant et possint ad laudem gloriam et honorem domini nostri Jhesu Christi et eciam sue sancte exaltacionis necnon ad honorem intemerate virginis matris eiusdem sancte Marie Magdalene sancti Johannis Baptiste et aliorum sanctorum nuper fundavit et stabilivit. Et quia ex parte eorundem presidentis et Scolarium nobis suggestum fuit quod fructus redditus et proventus dicto Collegio assignati adeo tenues sunt et exiles quod ad exhibicionem dictorum presidentis et Scolarium ceterorumque ministrorum et aliorum onerum eidem Collegio incumbencium minime sufficiunt nisi aliunde super hoc provideatur. Et quod hospitale sive Cantaria beatorum martirum Stephani et Thome quondam Cant Archiepiscopi quod in villa de Romenale nostre Cant dioc situatur in quo sive qua prelibatus frater noster Willelmus Winton Episcopus plenum ius obtinet patronatus ad tantam devenit ruinam quod ex fructibus et proventibus ipsius presbiteri ibidem exhibendi ac alia onera eidem incumbencia iuxta exigenciam ordinacionis eiusdem hiis diebus sustentari aut exhiberi nequeunt et supportari. Edificia quoque ipsius hospitalis sive Cantarie antiquitus constructa fuerunt et sunt diruta et collapsa Ita quod ad ipsorum reedificacionem proventus possessionum et redditus dicto hospitali sive Cantarie pertinencium minus sufficiunt. Extabat tamen et extat ut ex parte eorundem presidentis et Scolarium nobis expositum fuit quod eisdem presidenti et Scolaribus atque dicto Collegio eorumque et eiusdem Collegii necnon prefati hospitalis mutue necessitati competenter subveniri posset. Et si casu quo idem hospitale sive eandem Cantariam cum suis iuribus et pertinenciis universis dicto Collegio presidentique et Scolaribus necnon eorum successoribus in suos proprios usus pro perpetuo possidendum per nos et nostra auctoritate contigerit debite appropriari. Nobis igitur pro parte dicti Collegii presidentisque et Scolarium eiusdem humiliter extitit supplicatum quatinus ex causis premissis ipsum hospitale sive Cantariam eis et dicto Collegio canonice unire annectere appropriare et incorporare dignaremur. Cumque tandem in negocio appropriacionis huiusmodi ad supplicacionem dictorum presidentis et Scolarium per nos et auctoritate nostra adeo fuerit et sit legitime processum. Quod servatis primitus de iure servandis premissa veritati fulciri dinoscantur. Nos cupientes in negocio illo ad finalem expedicionem eiusdem procedi debere quia tamen unionem annexionem appropriacionem et incorporacionem huiusmodi absque consensu vestro finaliter expediri non intendimus sicut nec de iure debemus. Sed quod per omnia rite et legitime et absque vestri et iuris vestri preiudicio in hac parte procedatur vos exhortamur in domino et requirimus quatinus tractatu super premissis inter vos diligenti primitus habito de consensu vestro Capitulari super unione annexione appropriacione et incorporacione dicti hospitalis sive Cantarie prefato Collegio occasione premissorum faciendis prestito. Et hoc in premissis facere decreveritis per literas vestras patentes Sigillo vestro communi roboratas quam primum ad commode facere poteritis nos aut Commissarium nostrum in hac parte certos reddere curetis. Datum in Manerio nostro de Knolle sub Sigillo Archiepiscopatus nostri xxvj° die mensis Novembris Anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo primo Et nostre translacionis Anno xxvij°. **Quibus** itaque literis domini Reverendissimi in eadem domo nostra Capitulari primo plenius auditis et per nos plene intellectis habitis inter nos de et super causis fiende appropriacionis in eisdem literis suis specificatis tractatu diligenti causasque illas racionabiles iustas et legitimas fore censentes ex causis ipsis nos merito in ea parte moventibus huiusmodi unioni annexioni appropriacioni et incorporacioni fiende omnibusque et singulis eidem appropriacioni necessariis quomodolibet et oportunis unanimem nostrum verum et expressum consensum adhibemus per presentes Necnon omnia et singula in negocio illo ac eidem necessaria et quomodolibet oportuna per vos et vestra auctoritate facta et facienda ordinataque et ordinanda quatinus ad nos attinet et de iure possumus pro nobis et successoribus nostris servata nobis indempnitate congrua iuris quod ad nos in ipso hospitali sive Cantaria spectare posset et deberet temporibus vacacionum sedis Archiepiscopalis Cant quam petimus auctoritate paternitatis vestre ad summam viginti denariorum per dictos presidentem et Scolares prefati Collegii et suos successores nobis in ecclesia Cantuar annuatim singulis annis perpetuis futuris temporibus solvendorum limitari cum sufficienti cohercione ad huiusmodi solucionem nobis ut premittitur faciendam per eandem Reverendissimam paternitatem vestram ordinanda rata et grata habemus ac pariter et accepta. Proviso tamen quod huiusmodi unio annexio appropriacio sive incorporacio vestra auctoritate fienda ita ordinetur et fiat ut ex eorum tam dicti hospitalis quam predicti Collegii mutue necessitati competenter subveniatur quod fieri posse nobis per partem dictorum presidentis et Scolarium fuit expositum ut in premissis literis vestris continetur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium Sigillum nostrum commune presentibus apposuimus. Datum in domo nostra Capitulari quarto die Decembris Anno supradicto. **Quibus** premissis sic itaque factis ad peticionem prefati magistri Johannis Emlyn procuratoris eciam dicti magistri David procuratoris Reverendi in Christo patris et domini domini Willelmi Winton Episcopi fundatoris et patroni predicti consensus et assensus expressis dictorum ac deposiciones atque attestaciones testium supranominatorum per nos ut prefertur inquisitorum in hac parte et examinatorum publicavimus. Et quia per inquisicionem et examinacionem nostras huiusmodi necnon per dictorum testium deposiciones et attestaciones per aliaque legitima testimonia et documenta coram nobis in hac parte producta et exhibita quibus fidem merito adhibuimus et adhibemus de iure requisitam et que ad omnem iuris effectum exinde sequitur pro hic insertis et expressis habemus et haberi volumus atque decernimus Invenimus manifeste omnia suggesta et contenta in premissis commissione literis atque articulo fore vera et omnino fulciri veritati. **IDEO NOS** Commissarius auctoritate dictus de licencia regia Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Edwardi dei gracia Regis Anglie et Francie et domini Hibernie Illustrissimi prehabita auctoritateque dicti Reverendissimi patris Thome Cant Archiepiscopi loci illius ordinarii nobis commissa eciam ad peticionem instantem prefati magistri Johannis Emlyn procuratoris antedicti. Et de eius supplicacione Necnon de consensu et assensu expressis dominorum Prioris et Conventus sive Capituli ecclesie Christi Cant ac aliorum omnium in hac parte interesse habencium servatis omnibus et singulis de iure in hac parte servandis ad nostram sentenciam sive decretum in negocio predicto procedendum fore decrevimus ac processimus Sentenciamque nostram huiusmodi sive decretum tulimus et promulgavimus in scriptis in hunc qui sequitur modum. **In dei nomine amen.** Auditis visis et intellectis ac plenarie discussis per nos Humfridum Hawardyn in decretis licenciatum et legum doctorem Reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome miseracione divina tituli sancti Ciriaci in thermis sacrosancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis Cant Archiepiscopi tocius Anglie primatis et apostolice sedis legati Commissarium ad infrascripta una cum aliis cum illa clausula vobis coniunctim et divisim et cetera sufficienter et legitime deputatum meritis et circumstanciis cuiusdam negocii fiende unionis annexionis incorporacionis et appropriacionis hospitalis sive Cantarie beatorum martirum Stephani et Thome quondam Cant Archiepiscopi in villa de Romenale Cant dioc cum suis iuribus consuetudinibus et pertinenciis universis venerabilibus viris presidenti et Scolaribus Collegii beate Marie Magdalene extra portam orientalem ville Oxon atque eidem Collegio et suis in illo Collegio futuris successoribus in eorum proprios usus pro perpetuo possidendum quod coram nobis aliquamdiu vertebatur et pendebat et adhuc pendet indecisum parte dictorum venerabilium virorum presidentis et Scolarium Collegii antedicti sufficienter et legitime in hac parte coram nobis comparente ac huiusmodi unionem annexionem incorporacionem et appropriacionem instanter fieri atque nostrum decretum desuper interponi petente. **Quia** per acta inactitata allegata deducta inquisita probataque et confessata atque per alia documenta et testimonia quibus merito fidem adhibuimus et adhibemus de iure requisitam et que ad omnem iuris effectum qui exinde sequi poterit aut debebit pro hic insertis habemus et haberi volumus Invenimus evidenter causas in quodam articulo per partem dictorum presidentis et Scolarium atque Collegii sancte Marie Magdalene coram nobis in huiusmodi negocio iudicialiter proposito. Cuius articuli tenor talis est. **In dei nomine amen.** Coram vobis Reverendissimo in Christo patre et domino domino Thoma miseracione divina tituli sancti Ciriaci in thermis sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Cant Archiepiscopo tocius Anglie primate et apostolice sedis legato vestro vel Commissario sive vestris Commissariis quibuscumque seu quibuscumque in hac parte deputato seu deputandis pro parte venerabilium virorum magistri Ricardi Mayhewe sacre theologie et proposuit presidentis Collegii sancte Marie Magdalene in universitate Oxon extra portam orientalem ville Oxon et eiusdem Collegii Scolarium dicti allegat et in hiis scriptis in iure proponit prout sequitur. In primis videlicet quod Reverendus in Christo pater et dominus dominus Willelmus dei gratia Wynton Episcopus zelans religionis augmentum et veraces fidei cultores satagens ampliare ad eiusdem religionis debitum incrementum fideique catholice stabilimentum Collegium predictum de uno presidente et certis scolaribus in mundo nobis altissimo regi famulari et in scientiis ac artibus liberalibus presertim sacrosancta theologia studere debentibus in universitate Oxon extra portam orientalem ville Oxon predicte ordinavit ad ipsorum presidentis et Scolarium in dicto Collegio pro presenti et imposterum commorantium incorporandum in eodem incrementum ad omnes et singulos tam scolares qui ecclesiarum quarumcumque erudiuntur undique quoque illuc confluere pro salubri doctrina valentium utilitatem multiplicem et incrementa virtutum. Ita videlicet quod omnes et singuli absque personarum seu nationum delectu illuc accedere volentes lecturas publicas tam in philosophia morali et naturali quam in sacra theologia in eodem Collegio perpetuis futuris temporibus oportunis continuandas libere et gratis audire valeant et possint ad laudem gloriam et honorem domini nostri Ihesu Christi et ecclesie sue sancte exaltationem necnon ad honorem intemerate virginis matris eiusdem sancte Marie Magdalene sancti Johannis Baptiste et aliorum sanctorum nuper fundavit et stabilivit. Item quod inter alia loca quoddam hospitale sive Cantaria beatorum martirum Stephani et Thome quondam Cant Archiepiscopi in villa de Romenale in quo sive qua Reverendus in Christo pater et dominus dominus Willelmus dei gratia Wynton Episcopus predictus plenum ius obtinet patronatus et sic fuit et est verum publicum notorium dictum hic et reputatur palam publice et notorie. Item quod idem hospitale sive dicta Cantaria ad tantam ruinam devenit quod ex fructibus et proventibus ipsius onera ibidem exhibenda iuxta exigentiam ordinationis eiusdem ac alia onera eidem incumbentia hiis diebus nequeunt sustentari aut exhiberi. Item quod edificia dicti hospitalis sive Cantarie antiquitus constructa fuerunt et sunt diruta et collapsa. Ita quod ad ipsorum reedificationem proventus possessionum et redditum plurimum dicti hospitalis sive Cantarie minime sufficiant. Item quod fructus redditus et proventus dicto Collegio assignati adeo tenues sunt et exiles quod ad exhibitionem dictorum presidentis et Scolarium eorum studentium et aliorum onerum eidem Collegio incumbentium minime sufficiunt. Item quod premissa omnia et singula fuerunt et sunt vera publica notoria manifesta et famosa et super eisdem ac de eis laborarunt et adhuc laborant publica vox et fama. Unde sancte fidei quod requirit in hac parte petit pars eorundem presidentis et Scolarium dictum hospitale sive predictam Cantariam cum suis iuribus et pertinentiis universis presidenti et Scolaribus dicti Collegii et eorum successoribus ac eidem Collegio annectendum et appropriandum fore decerni et eum eisdem uniri annecti et appropriari. Ita quod magistro sive custode dicti hospitalis sive Cantarie predicte cedente aut decedente seu quomodolibet dictum hospitale sive Cantariam dimittente liceat extunc dictis presidenti et Scolaribus ac eorum successoribus ipsum hospitale sive ipsam Cantariam cum suis iuribus et pertinentiis universis propria auctoritate sua ingredi ac corporalem et realem possessionem eiusdem cum suis iuribus et pertinentiis huiusmodi per se et suos apprehendere ac in usus eorum perpetuo possidere et tenere alterius cuiuscumque licentia in ea parte minime petita seu obtenta. Ulteriusque fieri statui et decerni in premissis et ea concernentibus quibuscumque quod iuris fuerit et fieri in hac parte convenit. Premissa proponit et fieri petit pars dictorum presidentis et Scolarium coniunctim et divisim non arctans se ad omnia et singula premissa probanda nec ad onus superflue probationis de quo protestatur iuris beneficio in omnibus salvo. **Deductas** et suggestas quo ad effectum infrascriptum veras ac iustas legitimas et a iure approbatas fuisse et esse. **Idcirco** nos Humfridus Hawardyn Commissarius antedictus in hac parte legitime procedentes. Ac servatis primitus per nos de iure servandis seu quomodolibet requisitis prehabita in hac parte licentia regia Serenissimi in Christo principis et domini nostri domini Edwardi dei gratia Regis Anglie et Francie ac domini Hibernie Illustrissimi de qua licentia nobis satis constat et quam pro hic inserta habemus et haberi decernimus. Presidentisque tractatu Cant in hac parte de iure requisito. Dictorum eorum atque omnium aliorum in hac parte interesse habentium etiam ad instantiam petitionem et supplicationem partis dictorum presidentis et Scolarium. Dictique consilio Iurisperitorum cum quibus communicavimus in hac parte Christi nomine primitus invocato ac solum deum oculis nostris preponentes predictas causas quatenus de iure possumus atque debemus ad omnem iuris effectum exinde sequentium approbamus Ac eas veras legitimas iustas atque canonicas fuisse et esse pronuntiamus decernimus et declaramus. Necnon ex causis huiusmodi premissis et aliis nos iuste moventibus de licentia regia consensuque et assensu atque ad petitionem et supplicationem supradictam prefatum hospitale sive Cantariam beatorum martirum Stephani et Thome cum suis iuribus consuetudinibus et pertinentiis universis prefatis presidenti et Scolaribus dicti Collegii sancte Marie Magdalene atque eidem Collegio necnon suis in Collegio illo futuris successoribus in et ad eorum proprios usus pro perpetuo possidendum uniendum annectendum incorporandum et appropriandum fore decernimus atque unimus annectimus incorporamus et appropriamus.

Decernentes etiam et decernimus de licentia regia assensuque et consensu supradictis etiam ad partes dictorum presidentis et Scolarium petitorum quod liceat eisdem presidenti et Scolaribus et suis predictis successoribus cedente vel decedente aut dictum hospitale sive Cantariam quomodolibet dimittente magistro eiusdem hospitalis moderno quotiensque sive eodem hospitali qualitercumque pro nunc aut deinceps vacante per se et eorum procuratorem ad hoc constitutum idem hospitale necnon realem actualem et corporalem possessionem eiusdem auctoritate presentium apprehendere adipisci et nancisci Ac ipsam possessionem sic nactam adeptam et apprehensam libere et licite sibi et successoribus suis pro perpetuo retinere. Fructusque quoque redditus et proventus atque obventiones iura quoque et emolumenta quecumque ipsius hospitalis libere percipere retinere et habere ad de et cum eisdem ad usus commodum et utilitatem eorundem presidentis et Scolarium pro perpetuo libere disponere. Nulla alia auctoritate vel licentia dicti Reverendissimi patris aut suorum successorum ecclesie metropolitane Cant Archiepiscoporum seu alterius cuiuscumque super hoc petita aliqualiter vel obtenta. **Et quia** ex predictis unione annexione incorporatione et appropriatione prefati hospitalis sive Cantarie interque huiusmodi decreti desuper facta interpositione Reverendissimo patri antedicto et suis prefatis successoribus necnon dictis dominis Priori atque Conventui sive Capitulo ecclesie sue metropolitane Cant antedictis et suis successoribus dampna et incommoda provenire possunt nisi eisdem Reverendissimo patri Priorique et Conventui sive Capitulo ac eorum predictis successoribus super hoc debite provideatur. **Nos** igitur Humfridus Hawardyn Commissarius antedictus pro eorum indempnitatibus in premissis providere volentes statuimus diffinimus ac statuendo et diffiniendo in ea parte ordinamus quod prefati presidens et Scolares Collegii sancte Marie Magdalene qui nunc sunt et sui inibi successores qui pro tempore erunt prelibato Reverendissimo in Christo patri et suis successoribus ecclesie metropolitane Cant durante prefata appropriatione pro eius et eorum indempnitatibus in hac parte viginti denarios monete Anglie ad festum sancti Michaelis Archangeli vel infra xxx dies festum huiusmodi proximo et immediate sequentes annuatim singulis annis fideliter persolvant aut persolvi faciant imperpetuum. **Providemus** insuper et ordinamus pro indempnitatibus prefatorum venerabilium ac Religiosorum virorum dominorum Prioris et Conventus sive Capituli ecclesie Christi et metropolitane Cant predicte et eorum in illo prioratu successorum quod presidens et Scolares dicti Collegii sancte Marie Magdalene proprietarii prefati et eorum predicti successores quotienscumque et quandocumque dictam ecclesiam metropolitanam Cant vacare Archipresule suo solatio viduari et destitui deinceps contigerit Ac ipsa ecclesia metropolitana sic totiens quotiens vacante et vacatura in vacatione illa et ante intronizationem ac installationem novi Archiepiscopi ibidem prefatis dominis Priori et Conventui sive Capitulo et suis pro tempore successoribus viginti denarios monete Anglie fideliter persolvant imperpetuum aut sic faciant persolvi. **Et in** casu quo dicti presidens et Scolares proprietarii antedicti pro tempore existentes in solutione vel aliquo premissorum circa solutionem supradictam annuatim negligentes fuerint aut remissi liceat extunc Officiali

Cur Cant aut eiusdem Cur presiden cuiuscumque pro tempore existen fructus redditus proventus et obventiones quoscumque dicti hospitalis sive Cantarie Sanctorum martirum Stephani et Thome ubicumque infra provinciam Cantuar et in quorumcumque manibus existentes sequestrare ac eos sub arto et tuto custodire et custodiri facere sequestro donec et quousque nostra ordinacio premissa et decretum huiusmodi in omnibus et singulis premissis realiter et cum effectu fuerint perimpleta / **Premissa** insuper omnia et singula modo et forma atque effectu supradictis per nos sic ordinata provisa et decreta per hanc nostram sententiam sive hoc nostrum decretum quam sive quod ferimus in hiis scriptis pronunciamus decernimus et diffinimus perpetuis futuris temporibus inviolabiliter debere observari / **In quorum** omnium et singulorum premissorum sic ut premittitur coram nobis et per nos habitorum gestorum et factorum fidem et testimonium presentes literas decisionis testimoniales sive presens publicum instrumentum nostrum huiusmodi processum in se continentes sive continens exinde fieri mandavimus et fecimus. Necnon quia sigillum de propriis autenticum ad manus promptum non habemus ideo sigillum Reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome presbiteri Cardinalis Archiepiscopi primatisque et legati prenominati sui Archiepiscopatus presentibus apponi procuravimus et obtinuimus una cum dicto providi viri magistri Richardi Collys Notarii et huiusmodi nostri processus et in eo actorum Scribe nostri prefati signo ac nomine et subscriptione signari fecimus et subscribi. **Data et acta** fuerunt hec premissa prout supra scribuntur et recitantur sub anno domini Indictione pontificatu mense diebus et ecclesia parochiali predictis Presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistro Johanne Newton Rectore ecclesie parochialis sancte marie Magdalene in Milkstrete London et Johanne Hattersale notario publico Cay ac London dioc testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis /

Et ego Richardus Collys clericus Lincoln dioc publicus sacra auctoritate apostolica Notarius ac Cur Cant procurator generalis necnon prefati venerabilis viri magistri Humfridi Hawardyn Commissarii et coram eo actorum Scriba in hac parte sufficienter assumptus Omnia predicta sic unionem annexionem incorporacionem et appropriacionem ac decisionem et in parte statutis ordinatis provisisque et decretis ac ceteris premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur sub Anno domini Indictione pontificatu mense diebus et ecclesia parochiali predictis coram prefato magistro Humfrido Commissario sic et prout agebantur et fiebant una cum prenominatis testibus presens personaliter interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideo presentes literas sive hoc presens publicum instrumentum manu aliena in hiis xii pergamenti foliis scriptum exinde confeci et publicavi atque in hanc publicam formam redegi de mandato dicti domini Commissarii Signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum prelibati Reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome presbiteri Cardinalis Cantuar Archiepiscopi primatisque et legati predicti sigilli appensione signavi et hic me subscripsi manu propria In fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus /

Et ego Johannes Symonds clericus Lincoln dioc publicus auctoritate apostolica Notarius suprascriptam unionem annexionem appropriacionem et incorporacionem dicti hospitalis sive Cantarie beatorum martirum Stephani et Thome ad prefatum Collegium beate marie magdalene in universitate Oxon per dictum Reverendum virum Humfridum Hawardyn in decretis licenciatum et legum doctorem dicti Reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome miseracione divina tituli sancti Ciriaci in Thermis sacrosancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis Cant Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati in ea parte Commissarium factam promulgatam exaratam ac sigillo Reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome presbiteri Cardinalis archiepiscopi primatisque et legati prenominati sui Archiepiscopatus una cum subscriptione suprascripti Richardi Collys notarii publici in ea parte scribe munitam et signatam vidi palpavi legi et perlegi ac ad mandatum et requisicionem venerabilis viri Johannis Higdon presidentis dicti Collegii beate marie magdalene in presencia discretorum virorum Willelmi Gryce Antonii Molyneux et Willelmi Dyar in artibus magistrorum hoc exemplar in hiis sex foliis aliena manu scriptum ad originalia comparavi utraque legi et ac collacione et examinacione fideliter cum eisdem originalibus antedictis habita ea in nullo quod sciam substantiam deroget aut discrepare sed in omnibus convenire inveni Signo itaque et nomine meis solitis et consuetis signavi meque hic subscripsi rogatus et requisitus in firmam fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum /

Ecclesia appropriacion de Boxley /

Ecclesia de Estchurch

Universis sancte matris ecclesie filiis pateat per presentes quod Nos Henricus permissione divina Prior ecclesie Christi Cantuarie et eiusdem loci Capitulum literas patentes venerabilis patris domini Walteri dei gratia Cant Archiepiscopi totius Anglie primatis non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas inspeximus et diligenter examinavimus tenorem qui sequitur continentes. **Walterus** permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas dilectis filiis Abbati et Conventui de Boxley nostre dioc Cist ordinis Salutem graciam et benedictionem. Cum Religiosus vir Abbas Clarevallensis Cist ordinis nobis sub literis significasset quod nuper in congregatione et capitulo totius ordinis annuo generali de statu condicione salute et utilitate Monasteriorum dicti ordinis sibi subditorum mota mencione eodemque solicitudine cum Abbatibus eiusdem ordinis inibi congregatis tractatu diligenti inter cetera reformanda deliberationibus compertum fuerat quod vos qui eiusdem ordinis estis et Religionis et Monasterium vestrum de Boxley variis subiecta fructibus et estis [illegible] et hospitalitatibus precipue fratrum dicti ordinis vel ad ipsum vestrum Monasterium versus Capitulum generale eundo et inde redeundo et multociens declinantium aliisque oneribus primis insolitis multipliciter oppressi Volens itaque ut dicebat quibus poterat remediis vobis et Monasterio vestro predicto prospicere et pro ut fraterna tenebatur caritate dei et nostra rogante gratia vestras necessitates supportare considerans quod Abbas et Conventus de Dunis in Flandria Monasterii dicti vestri ordinis et Religionis quedam bona et inter cetera ecclesiam parochialem de Estchurche in Shapeya nostre dioc suis usibus appropriatam in Regno Anglie adhuc tenuerunt et hucusque tenent et habent in presenti ex quibus deductis deducendis plerumque modica et quandoque nulla eisdem Abbati et Conventui de Dunis hactenus excreverunt et provenerunt utilitates aut excrescere sive provenire verisimiliter credebantur in futurum necnon quod ex huiusmodi bonis et ecclesia vobis si ea optineretis multo maiora comoda forent successivis temporibus profutura vestrisque inopie et indigencie non modice poterat, dictam Ecclesiam de Eastchirch jure et proprietatem eiusdem quatenus in ipso extitit de unanimi consensu eiusdem Capituli generalis ac Abbatis et Conventus de Dunis predictorum disposuit et ordinavit, quatenus de iure et permissione incluta fieri posset in vos et Monasterium vestrum, per nos et alios ad quos hoc spectaret imperpetuum transferendam nobis humiliter et instanter supplicando quatenus sua et eorum vota vellemus in ea parte quatenus ad nos spectabat effectui debito mancipare. **Nos** igitur predictis literis una cum literis Abbatis et Conventus de Dunis consensum suum et omnia premissa testantibus et similiter per easdem suas literas in ea parte nobis supplicancium necnon literis domini Edwardi dei gracia Regis Anglie Illustris, ipsius ecclesie patroni, sub magno ipsius sigillo per quas de consensu suo et licencia in ea parte habitis apparebat manifeste nobis oblatis receptis et diligenter inspectis facta quoque nobis nichilominus de appropriacione que facta pretenditur necnon et de causa translacionis huiusmodi per inquisicionem quam per viros fidedignos clericos et laicos per quos rei veritas melius sciri poterat presente procuratore eorundem Abbatis et Conventus de Dunis fieri fecimus fide pleniori habita eciam super hiis cum consilio nostro tractatu diligenti votis dictorum Religiosorum nobis supplicancium que pie promoue quoque consideracione ac fraterne caritatis innumine conspicimus consonari favorabiliter annuentes et attendentes eciam quod vos Abbas et Conventus de Boxley et ceteri ordinis vestri predicti fratres Dunis et eiusdem ordinis tanquam unius indivisi quoque corporis membra constitutis corpus unum unique et eidem capiti et Abbati estis immediate subiecti sic quoque translacio huiusmodi sub alienacionis nomine per omnia dici non debet continere dictam ecclesiam de Eastchirche cum suis Juribus et pertinenciis sicut ad ipsos Abbatem et Conventum de Dunis spectabat vicaria in dicta ecclesia instituta et Juribus ecclesie Cantuar' nobis et Successoribus nostris Jure diocesano salvis vobis et monasterio vestro et successoribus vestris juxta consensum dictorum Abbatis Clarevall' et Capituli ordinis supradicti generalis ac Abbatis et Conventus de Dunis predictorum in Monasterium vestrum de Boxley ad usus proprios Monachorum eiusdem monasterii vestri quatenus ad nos attinet perpetuo transferimus et assignamus et vos de ipsa ecclesia investimus. Decernentes vos vel procuratorem vestrum nomine vestro inducendos fore in possessionem ipsius ecclesie corporalem. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Lamehith xvj kl' Augusti Anno domini M° ccc° xvj°. **Nos vero** premissa pio intuitu considerantes habita quoque super hiis informacione pleniori et tractatu diligenti qui requiritur in hac parte predictis translacioni assignacioni et induccioni nostrum prebemus assensum et eas quatenus ad nos spectat ratas habentes pariter et acceptas tenore presencium confirmamus Salvis nobis et ecclesie nostre predicte omnibus Juribus libertatibus dignitatibus privilegiis et consuetudinibus nostris tam sede Cant' vacante quam eciam ipsa plena In cuius rei testimonium presentem paginam Sigillo nostro fecimus communiri. Dat' in Capitulo nostro iiijto kl' Junij Anno domini M° ccc° quintodecimo.

Edwardus dei gratia Rex Anglie dominus Hibernie et dux Aquitanie Omnibus ad quos presentes litere pervenerint Salutem. Licet de communi consilio Regni nostri statutum sit quod non liceat viris religiosis seu aliis ingredi feodum alicuius Ita quod ad manum mortuam deveniat sine licencia nostra et Capitalis domini de quo res illa Immediate tenetur Ad requisicionem tamen dilecti clerici nostri Willelmi de Hilkom concessimus et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est Dilectis nobis in Christo Abbati et Conventui de Dunys in Flandria ordinis Cisterciensis, quod ipsi unum mesuagium cum pertinenciis in Dovor et Bigunt et tres acras terre cum pertinenciis in Scapeia et viginti et sex acras terre cum pertinenciis in Eastchirch et advocacionem ecclesie de Eastchirche quam iidem Abbas et Conventus tenent in proprios usus dare possint et concedere Dilectis nobis in Christo Abbati et Conventui de Boxley eiusdem ordinis habendum et tenendum sibi et Successoribus suis imperpetuum Et eisdem Abbati et Conventui de Boxley quod ipsi mesuagium et terram predicta cum pertinenciis et advocacionem predictam a prefatis Abbate et Conventu de Dunys recipere et ecclesiam illam appropriare et eam in proprios usus ac mesuagium et terram predicta cum pertinenciis tenere possint sibi et Successoribus suis imperpetuum tenore presencium similiter licenciam dedimus specialem Nolentes quod predicti Abbas et Conventus de Dunys vel Successores sui aut prefati Abbas et Conventus de Boxley seu Successores sui racione statuti predicti per nos vel heredes nostros inde molestentur in aliquo seu graventur. Salvis tamen Capitalibus dominis feodi illius serviciis inde debitis et consuetis In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Westmonasterium xxv° die Marcij Anno regni nostri Septimo.

Sixtus Episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Abbati et Conventui Monasterij de Boxley in Cancia Cisterciensis ordinis Cant' dioc' Salutem et apostolicam benediccionem. Sacre vestre religionis sub qua devotum et sedulum exhibetis altissimo famulatum promeretur honestas ut humiles preces vestras quantum cum deo possumus ad exaudicionis graciam favorabiliter admittamus. Cum itaque sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra peticio continebat parrochialis ecclesia de Estchirch Cant' dioc' Monasterio vestro de Boxley in Cancia Cisterciensis ordinis Cant' dioc' perpetuo canonice annexa sit illiusque parrochianorum cura per perpetuum vicarium gubernari consueverit ac predictum vestrum Monasterium exigue dotatum existat. Nos vestris in hac parte supplicacionibus inclinati vobis quod cedente vel decedente moderno ipsius ecclesie vicario aut alias illius perpetuam vicariam quomodolibet dimittente per unum ex Monachis dicti Monasterij ad nutum vestrum ponendum et amovendum eidem ecclesie perpetuo deserviri et curam ipsam exercere facere libere et licite valeatis auctoritate apostolica tenore presencium de speciali gracia indulgemus Non obstantibus Constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus Monasterij et ordinis predictorum iuramento confirmacione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibuscumque. Proviso quod ecclesia ipsa debitis propterea non fraudetur obsequiis et animarum cura in ea nullatenus negligatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei ac beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo Tercio Idus marcij pontificatus nostri Anno Secundo.

Celestinus Episcopus servus servorum dei Dilectis filiis Elie Abbati et fratribus Monasterij de Dunis Salutem et apostolicam benediccionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit racionis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij vestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu Ecclesiam de Eastchirche cum pertinenciis suis sicut eam iuste ac pacifice possidetis vobis et ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat' Lateran' vij kl' Januarij pontificatus nostri Anno Sexto.

Ecclia appropriat' Mon' Sci Sepulcri Cant'

Ecclia de Radingat'

Ric' dei gra Cant' Archiepc' totius Angl' primas et aplice sedis Legatus universis sancte matris
ecclie filiis ad quos presentes littere pervenerint eternam in dno salutem. Notum fieri volumus universitati vestre quod
Hamo miles de Stureie in nra presentia constitutus ius patronatus in ecclia sci Edmundi de Radingat' quod
possidebat spontanea voluntate in manum nram resignavit postulans a nob humiliter ut pietatis intuitu patronatus
prelibate ecclie in ecclam sci Sepulcri Cant transferremus. Nos itaque ipsius petitioni annuentes universitati vestre
advocat' quod prefatus Miles Hamo de Stureie iam dicta habebat ecclia memorate ecclie sci Sepulcri in subsidium monialium ibidem
deo militant' famulantium in perpetuam contulimus elemosinam, ita libere plenarie et honorifice possidendum sicut antiqui
idem Hamo vel eius antecessores plenius et melius possedisse dinoscitur. Ut autem hec nra donatio firma in perpetuum et inconvulsa
permaneat presentis eam scripti patrocinio communimus et sigilli nri appositione roboramus sub interminatione anathematis
districtius inhibentes ne quis prefatas moniales in iure suo in prescripta ecclia temere perturbare presumat. Hiis Test'
Benedicto Abbte Burgi, Alano priore Cant, Willmo Blouer, Richard', Magro Rad' de sco Mart', magro Rob' de
Inglesham, Willmo de Sotind', Ric' filio de Lund', Hamone clerico Alex', Rogero Sacerdote, Ivone de Marci, Godefrido
de Tamut, Rad' pincerna, Willmo de Ysfeld, Ric' Cant' Fornib', Helia de Eling', Johe Haringod et fratribus eius Alex',
Wattus', Rogero decano Salyb.

Hub' di gra Cant Archiepc totius Angl' primas Omnibus sce matris ecclie filiis ad quos presens
scriptura pervenerit Eternam in dno salutem. Cum ex officii nri debito omnibus subiectis nris et precipue viris
Religiosis in suis necessitatibus adesse debeamus circa ipsos et ipsorum comoditates promovendas benigniori et maiori
affectu volumus intendere quos religionis comendat sinceritas et quam maiorib' gerunt insignia honestatis. Ea propter
ad universitatis vre notitiam volumus devenire quod nos ob religionis sinceritatem et honestatis munificentiam
quibus dilecte filie nre Moniales de sco Sepulcro Cantuar' pollent et ob specialem dilectionem quam hoc intuitu
erga eas gerimus eis ad sue sustentationis augmentum indulsimus concessimus et presenti scripto confirmavimus
ut ipse de ecclia sci Edmundi de Redingat et de Capella sce Marie Bredene ad eandem ecclam sci Edmundi
pertinente viginti solidos nomine pensionis annuatim percipiant. Concessimus etiam eis et confirmavimus totam
liberam terram ad dictas ecclam et Capellam pertinentem ad proprios usus habendam et possidendam. Porro
ad earundem monialium instantiam et petitionem dilectum filium nrm Godardum presbiterum ad perpetuam vicariam
dictarum ecclie et capelle admisimus et eam ad ipsarum presentationem ei pietatis intuitu concessimus. Ita quod
idem G. nominatam pensionem viginti solidorum de prefatis ecclia et capella memoratis monialibus solvet
annuatim ad duos terminos videlicet ad festum sci Augustini Angl' Apli decem sol' et ad natale dni decem sol'.
Habebunt quoque insuper dicte moniales totam liberam terram ut predictum est ad suos usus quique ad prefatas
ecclam et Capellam noscitur pertinere. Ut igitur hoc ratum in perpetuum maneat et inconvulsum tam sigilli nostri
appensione quam testium subscriptione duximus roborandum. Hiis test' magro Ric' Cancellar' nro Rann' Chanvar'
Say, magro S. de Scat', Galfro de Bocland, magro Willo de Sumdet, Johe de sco Laurentio, magro Reinero,
Thoma de Stokingebir', Jacobo fre eius, magro Sym' de Sywell, Magro Elya Fulchio, magro Ada.

Ecclia appropiat' hospital' Sci Thome Martir' de Estburg' in Cant

Ecclia de Blen

Omnibus sce matris ecclie filiis ad quos littere presentes pervenerint. S. permissione divina Cant ecclie
minister humilis totius Anglie primas et sce Roman' ecclie Cardinalis eternam in domino salutem. Ad omnium vrm
notitiam volumus pervenire nos intuitu dei ad presentationem dilecti filii Hamonis de Crevequer militis veri
patroni ecclie scorum Cosme et Damiani de Blen contulisse eandem ecclam cum omnibus ad ea pertinentibus Magro
hospitalis beati Thome martiris de Estbregge in Cant' et fribus ibidem deo servientibus in proprios usus imperpetuum possidendam.
In cuius rei testimonium presentibus litteras fieri fecimus et sigillo nro signari. Dat' anno secundo Translationis bti Thome
martiris mense Februarii xiiiᵒ kl' Marcii.

Omnibus Xpi fidelibus presentes litteras inspecturis J. prior humilis et Conventus ecclie Xpi Cantuar
Salutem in dno. Ad universitatis vre notitiam volumus pervenire nos inspexisse Cartam confirmationis venerabilis
patris nri S. Cantuar' Archiepi totius Anglie primatis et sce Romane ecclie Cardinal'. In qua dilectis in Xpo Rectori
hospitalis beati Thome martiris de Estbregge in Cantuar' et fribus ibidem deo servientibus Ecclam scorum Cosme et
Damiani de Blen in proprios usus habendam, quam dns Hamo de Crevequer miles verus patronus iam dicte ecclie
eisdem contulit, dignat' misericordit' confirmavit. Propter quod predictorum Rectoris et fratrum securitati providere
volentes prememorat' venerabilis S. patris nostri confirmationem et iam dicti H. militis donationem sicut rationabiliter
et canonice eisdem facte sunt ratas habemus et quantum in nobis est confirmamus. In cuius rei testimonium presentibus
litteras fecimus fieri et sigilli nri appensione roborari. Dat' Anno dni Mᵒ CCᵒ xxxᵒ mense Februarii.

Ecclie appropriacion de Langdon

Transsumptum bullarum et munimentorum domus de Langdon

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere pervenerint et quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum innotescat per presentes. Quod cum venerabilem virum dominum Johannem Yorke abbatem exempti monasterii beate Marie ac sancti Thome martiris de Langdon Cant dioc ordinis premonstratensis et eiusdem loci conventum certas bullas apostolicas aliasque literas nonnullas originales et quarundam ecclesiarum appropriaciones et pensiones predicto suo monasterio factas et concessas concernentes seu saltem veram earum copiam sub forma autentica quo fides eisdem adhibeatur ad loca inter se distancia traducere illique presentare ostendere et exhibere ut asserunt oporteat. Innotescat nos Edwardum Broughton reverendi domini archiepiscopi Cant officialis in ecclesia domus fratrum predicatorum in civitate Cant situat iudicialiter et pro tribunali sedentem pro parte prefatorum abbatis et conventus bullas et literas huiusmodi coram nobis iudicialiter exhibitas instanter requisitos et interpellatos fuimus quatinus easdem nostra auctoritate et decreto per Thomam Laurence notarium publicum fideliter extrahi transsumi exemplari et in publicam formam redigi precipere et mandare vellemus. Quarum quidem bullarum literarumque dictarum tenor sequitur et est talis. **Baldewinus** Cant archiepiscopus totius Anglie primas universis Christi fidelibus ad quos presens carta pervenerit salutem in domino. Noverit universitas vestra inspexisse et manu propria contrectasse cartam dilecti filii mei Willelmi de Auberuill sub hac forma. Universis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus de Auberuill salutem. Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse deo et beate Marie et beato martiri Thome et canonicis ordinis premonstratensis concensu et assensu Matildis uxoris mee et heredum nostrorum totam villam meam de Langdon ad faciendum ibi abbaciam ordinis premonstratensis per manum Roberti abbatis de Leyston. Hanc autem villam dedi et concessi eis totam cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano et pastura et cum omnibus aliis aisiamentis ad eandem villam pertinentibus et cum omnibus serviciis omnium hominum meorum in eadem villa manencium. Preterea eis dedi et concessi ecclesiam beate Marie de eadem villa et ecclesiam beate Marie de Walemere et ecclesiam sancti Nichi de Oxenia et ecclesiam beate Marie de Leden. Hec autem omnia eis concessi pro anima cari domini mei Regis Henrici secundi et pro anima Willelmi filii mei et Emme filie mee et pro anima Hugonis patris mei et Romare matris mee et Ranulphi de Glanvill et Berte uxoris sue et pro salute anime mee et Matildis uxoris mee et heredum meorum et pro animabus predecessorum et successorum meorum. Quare volo et firmiter precipio quod prefati canonici habeant et teneant omnia prenominata que eis dedi et concessi libere et quiete integre et plenarie et honorifice in puram et perpetuam elimosinam liberam et quietam ab omni seculari servicio et exaccione. Ita quod si aliquod servicium de predicta villa exigatur ego et heredes mei domum canonicorum quod meum fuit in omnibus erga omnes homines et feminas acquietabimus warantizabimus et defendemus imperpetuum. Hiis testibus Johanne Norwic episcopo Huberto Sarum electo Henrico abbate de Ayeldune G. priore de Butteley Ranulpho de Glanvill Willelmo de Glanvill clerico Ranulpho capellano Alano de Valeines Joseph clerico Philippo capellano. **Nos** igitur peticionem iam dicti Willelmi et intendentes predicte ecclesie et canonicorum in ea ministrancium serenitati et tranquillitati imposterum providere volentes que iam dicta et subscripta sunt auctoritate nostra confirmamus et sigilli nostri apposicione communimus. Testibus G. Roffensi episcopo H. Cant archidiacono magistro Silvestro magistro Radulpho de Sancto Martino magistro Willelmo de Sancta Fide magistro H. de North magistro Radulpho Fort magistro Johanne. **Edwardus** dei gracia Rex Anglie et dominus Hibernie et dux Aquitanie. Omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Sciatis quod nos ob specialem devocionem quam ad beatum Thomam martirem gloriosum in cuius honore abbacia de Langdon iuxta Dover ordinis premonstratensis fundata existit necnon sinceram affeccionem quam ad fratrem Willelmum abbatem eiusdem loci et canonicos ibidem deo servientes gerimus et habemus dedimus et concessimus eisdem abbati et canonicis advocacionem ecclesie de Tong in comitatu Kancie que fuit Bartholomei de Badilismere inimici et rebellis nostri et que per forisfacturam eiusdem ad manus nostras tanquam escaeta nostra devenit habendam et tenendam eisdem abbati et canonicis et successoribus suis de nobis et heredibus nostris in liberam puram et perpetuam elimosinam imperpetuum. Concessimus eciam et licenciam dedimus pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est eisdem abbati et canonicis ut ipsi ecclesiam illam appropriare et eam appropriatam in proprios usus tenere possint sibi et successoribus suis predictis imperpetuum sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum iusticiariorum escaetorum vicecomitum aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Langdon xxviij° die Augusti anno regni nostri xvj°. **Universis** Christi fidelibus has literas inspecturis Johannes permissione divina Cant archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus salutem in domino sempiternam. Cum nuper in visitacione nostra Cant dioc per nos ibidem actualiter exercita religiosi viri abbas et conventus monasterii de Langdon ordinis premonstratensis ecclesias parochiales beate Marie de Westlangdon beate Marie de Walmere beati Nichi de Oxenya beate Marie de Ledem et capellam beate Katerine de Newsole ac ecclesias de Walwarshare et de Tong nostre dioc antedicte tanquam eis appropriatas tenentes iuxta citacionem sibi factam per procuratorem suum sufficientem coram nostro commissario comparentes suas appropriacionem dictarum ecclesiarum de Westlangdon de Walmere de Oxenya de Ledem et capelle prefate literas bone memorie Huberti olim Cant archiepiscopi confirmatorias super donacione et concessione dictarum ecclesiarum et capelle factis per Willelmum de Auberuill primum fundatorem monasterii supradicti in proprios usus imperpetuo possidendum ad ipsorum religiosorum sustentacionem et pauperum elemosinam confluencium ad monasterium antedictum ac confirmacionem generalem Innocencij pape quarti quatenus iuste et pacifice possident ecclesias supradictas. Necnon super appropriacione dictarum ecclesiarum de Waldershare et de Tong literas bone memorie Walteri dudum Cant archiepiscopi unacum confirmacione prioris et capituli Cant in hac parte exhibuissent ac eciam ostendissent districtius viz magistro Johanne de Leech canonico Cicestren auditori causarum et negociorum curie nostre ac nostro commissario in hac parte in termino ipsis religiosis ad faciendum fidem exhibitorum huiusmodi peremptorie assignato coram ipso in iudicio per procuratorem suum sufficientem comparentibus nostra auctoritate obiecit ex officio nostro mero quod ipsi super detencione et appropriacione dictarum ecclesiarum de Westlangdon et Walmere de Oxenya de Ledem et capelle pretense iure sufficientem titulum canonicum seu assercionem legittimam nullatenus habuerunt pro eo et ex eo quod per exhibita huiusmodi de consensu in ea parte necessario tractatu et consensu legittimo ipsorum quorum consensus requirebatur in hac parte non apparuit ut deberet causis quoque cognitis et alia iuris sollempnia deficiebant que in alienacione rei ecclesiastice requiruntur de iure quodque super assercione dictarum ecclesiarum de Waldershare et Tong nullum sufficientem titulum habuerunt qui quo ad easdem ecclesias prescripcione temporis non poterunt se

Westlangdon
Walmere
bti Nichi Oxenya
Ledem
Newsole
Walmarshare
Tong

Inmare idem procurator litem in ea parte contestando ad premissa iudicialiter allegavit quod ipse dictas parochiales ecclesias de
Westlangdon de Walemere de Oxenya et de Ledeny et Capellam prefatam virtute premissorum canonice assecuti
k ✱ a tempore assecucionis huiusmodi possiderunt cuius contrarii memoria hominum non existit. Necnon ecclesias de Waldershare et
Tong predictas ipsis et eorum monasterio appropriatas concurrentibus in appropriacione predicta que requirebant de iure a
tempore appropriacionis huiusmodi huiusmodi canonice possiderunt et possident in presenti et super hiis et aliis premissa tangentibus
quibusdam proposicionibus in scriptis per partem dictorum religiosorum propositis quarum tenores tales sunt. **In dei
nomine amen** In causa seu negocio que vel quod coram venerabili in Christo patre et domino domino Johanne dei gratia
Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato ex officio dicti patris occasione appropriacionis seu detentionum
ecclesiarum beate Marie de Westlangdon, beate Marie de Walemere beati Nicholai de Oxenya beate Marie de Ledeny et Capelle beate
Katerine de Nevessole Cantuariensis diocesis mota compta et detecta in visitacione dicti patris in diocesi Cantuariensi per ipsum proxime nuper
exercita vertitur contra religiosos viros Abbatem et Conventum Monasterii beate Marie de Langdon dicte diocesis. Dicit et
in iure proponit procurator dictorum religiosorum virorum nomine procuratorio pro eisdem et eorundem monasterio quod dicte ecclesie et
Capella omnes et singule fuerunt et sunt dictis religiosis viris et eorundem monasterio concurrentibus omnibus que de iure
in hac parte requirebantur canonice appropriate ac ad eosdem religiosos viros et eorundem monasterium tanquam eis canonice
appropriate dicte ecclesie et Capella pertinent et pertinebant ab antiquo fueruntque dicti religiosi viri predecessores et predecessores
sui eorundem monasterii nomine in possessione iuris vel quasi dictarum ecclesiarum et Capelle omnium et singulorum bona fide et iusto
titulo tanquam eisdem religiosis viris et eorundem monasterio canonice appropriatarum a diu et etiam a tempore et per tempus
cuius contrarii hominum memoria non existit pacifice et quiete. Necnon fructus et proventus ad dictas ecclesias et Capellam
pertinentes et inde provenientes dicti religiosi viri per se et suos nomine monasterii predicti tanquam veri Rectores ecclesiarum et
Capelle predictarum porcionibus vicariarum earundem duntaxat exceptis perceperunt et habuerunt et de eisdem fructibus
et proventibus libere disposuerunt per totum tempus supradictum Archiepiscopis Cantuariensibus prioribus et conventu ecclesie Christi eiusdem
premissa scientibus et tolerantibus expresse et tacite confirmantibus per totum tempus supradictum. **Insuper** dicit
supra dicit et in iure proponit dictus procurator dictorum religiosorum virorum et eorundem monasterii nomine quod ecclesia de
Tong et de Waldershare dicte Cantuariensis diocesis fuerunt et sunt dictis religiosis sibi et eorundem monasterio concurrentibus
omnibus que de iure in hac parte requirebantur. Et precipue tractatu prehabito diligenti qui requirebatur in hac parte
ex causis veris sufficientibus et legitimis concurrente consensu Archiepiscopi et Capituli sui Cantuariensis aliisque iuris solemnibus
adhibitis requisitis in hac parte canonice appropriate et ad eosdem religiosos viros et eorundem monasterium tanquam eisdem
canonice appropriate a tempore appropriacionis earundem pertinent et pertinebant fueruntque dicti religiosi viri predecessores
et predecessores sui eorum monasterii nomine a tempore appropriacionis predictarum ecclesiarum in possessione vel quasi iuris retinendi
et habendi dictas ecclesias tanquam appropriatas eisdem et huiusmodi continue bona fide et iusto titulo. Necnon fructus
et proventus ad dictas ecclesias pertinentes et inde provenientes dicti religiosi viri nomine monasterii predicti tanquam veri Rectores
ecclesiarum predictarum perceperunt et habuerunt et de eisdem fructibus et proventibus libere disposuerunt per totum tempus
supradictum porcionibus vicariarum ecclesiarum predictarum duntaxat exceptis Archiepiscopis Cantuariensibus prioribus et Conventu
ecclesie Christi eiusdem premissa scientibus et tolerantibus expresse seu tacite confirmantibus per totum tempus
supradictum. **Que** omnia et singula sunt publica notoria et famosa quare probatis in hac parte probandis vel
alia via iuris detectis que sufficere debeant in hac parte petit procurator predictus dictas ecclesias et Capellam omnes et singulas
ad religiosos viros predictos tanquam eisdem appropriatas pertinuisse et pertinere debere finaliter et diffinitive per vos domine Judex
pronunciari. Necnon eosdem religiosos viros super detencione seu occupacione ecclesiarum et Capelle predictarum sufficienter munitos
fuisse et esse declarari et decerni. Ipsosque viros religiosos ab officio dicti patris fore dimittendos in hac parte decerni seu dimitti
cum effectu premissa proponit et petit dictus procurator nomine dictorum religiosorum et monasterii predicti coniunctim et divisim prout melius
videbitur expedire non artans se ad omnia et singula premissa probanda sed quatenus probaverit de premissis eatenus
obtineat in petitis beneficio iuris in omnibus semper salvo. Prescriptisque proposicionibus quatenus de iure fuerant admittende admissis
Et ad probandum easdem dato dictis religiosis termino competenti in quo productis quibusdam testibus quibusque in forma iuris
admissis iuratis et examinatis eorumque attestacionibus publicatis ac omnibus aliis in ea parte rite peractis. **Que** omnia dictus
Commissarius noster invenit habita cause cognicione sufficienti servatoque iuris ordine qui requirebatur in hac parte per exhibita
huiusmodi et attestaciones testium productorum ipsos religiosos dictas ecclesias de Westlangdon de Walemere de Oxenya et de
Ledeny et Capellam prefatam nostre diocesis antedicte eis ut premittitur appropriatas per tam longa tempora tenuisse ac etiam
possedisse quod prescripcionem sufficientem que dictis religiosis merito sufficere debeat in hac parte. Ecclesiasque de Waldershare
et Tong dicte nostre diocesis ipsis et eorum monasterio fuisse et esse tractatu prehabito diligenti qui in ea parte requirebatur de iure ex causis
veris sufficientibus et legitimis consensu Archiepiscopi et Capituli sui Cantuariensis concurrente aliisque iuris solemnibus adhibitis requisitis appropriatas
Et quod a tempore appropriacionis ecclesiarum predictarum ipsas tanquam sibi appropriatas huiusmodi possiderunt fructus redditus et proventus
earum nomine suo et monasterii sui predicti perceperunt et habuerunt et de ipsis libere disposuerunt porcionibus vicariarum ipsarum ecclesiarum
duntaxat exceptis legitime probaverunt dictos religiosos super prefatis ecclesiis et Capella omnibus et singulis fuisse et esse sufficienter
munitos et tam ipsas ecclesias de Westlangdon de Walemere de Oxenya et de Ledeny ac Capellam prefatam quam prefatas
ecclesias de Waldershare et de Tong diocesis antedicte ipsis et eorum monasterio ut premittitur appropriatas canonice possedisse seu possidere
debere perpetuis temporibus finaliter et diffinitive pronunciavit declaravit et decrevit in scriptis. Ipsosque religiosos tanquam
in ea parte sufficienter munitos ab officio nostro dimisit iudicialiter per decretum. **Nos igitur** Johannes Archiepiscopus supra
dictus huiusmodi acta Judicii recensentes et ea omnia et singula debite ponderantes. Que omnia prefatum Commissarium in premissis
omnibus et singulis rite et legitime invenimus processisse ac sententiam huiusmodi debite protulisse. Nos pronunciacionem declaracionem
et decretum huiusmodi approbantes premissa omnia ex certa scientia ratificamus et auctoritate nostra ordinaria confirmamus. **In**
quorum omnium premissorum testimonium Sigillum nostrum fecimus hiis apponi. **Dat'** Cant' ij Marcii Anno domini Millesimo
CCCCxl° Et nostre Translacionis octavo. **Et** nos officialis memoratus iusta requisicionem huiusmodi que iuri non dissonat litteras
originales predictas per nos receptas et tenore quo supra nostro mandato per notarium supranominatum extractas copiatas
et exemplatas nullo modo suspectas et tenorem earum suprascriptum eisdem facta collacione debita concordare reperientes
decrevimus quantum in nobis est non minorem huic presenti transumpto fidem quam ipsis originalibus esse adhibendam. **In**
quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium. Nos officialis antedictus huic presenti transumpto sive publico
Instrumento per notarium publicum predictum presentibus testibus subscriptis confecto Sigillum officii nostri apposuimus. **Dat'**
xxiiij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo xix° Indictione septima pontificatus Sanctissimi in Christo
patris et domini nostri domini Leonis divina providentia pape decimi Anno Septimo presentibus tunc et ibidem Thoma Fairebarn
notario publico et Nicholao Broker literatis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. // k tenuerunt et de fructibus earum ✱
disposuerunt pro sue libito voluntatis a tempore et per tempus k ✱ /

Et ego Thomas Laurence Cant' dioc' publicus auctoritate apostolica Notarius predictus predictarum litterarum exhibitioni et receptioni inspectioni examinationi collationi atque decreto omnibusque aliis et singulis dum sic ut premittitur agebantur et fiebant sub anno domini indictione pontificatu die mense et loco predictis una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, Et ideo hoc presens publicum instrumentum sive transumptum exinde confeci et per alium scribi feci In hanc quoque publicam formam redegi Ac signo et nomine meis solitis et consuetis signavi Rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum // Et constat michi de appositione signi ubi due membrane signo meo sunt consute etc.

Ecclesie appropriat' domui dei Dovor

Universis sancte matris Ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint et quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum Innotescat per presentes Quod cum venerabilem virum magistrum Johannem Clarke custodem sive magistrum domus dei sive hospitalis infirmorum et peregrinorum Dovorie et eiusdem domus confratres Cant' dioc' certas bullas apostolicas aliasque litteras nonnullas originales quarundam ecclesiarum appropriationes et pensiones predicte domui sive hospitali factas et concessas continentes seu saltem veram earundem copiam sub forma autentica cui fides eisdem adhibeatur ad loca inter se distantia traducere, illasque presentare ostendere et exhibere ut asseruerunt oporteat Quocirca nos Edwardus Broughton Reverendi domini Archiepiscopi Cant' officialis In ecclesia domus fratrum predicatorum in civitate Cantuariensi situata iudicialiter pro tribunali sedentes pro parte prefatorum custodis sive magistri et confratrum bullas et litteras huiusmodi coram nobis iudicialiter exhibitas instanter requisiti et interpellati fuimus quatinus easdem nostra auctoritate et decreto per Thomam Laurence Notarium publicum fideliter extrahi transumi exemplari et in publicam formam redigi precipere et mandare velimus Quarum quidem bullarum litterarumque verus tenor sequitur et est talis **Omnibus** sancte matris Ecclesie filiis ad quos presens carta pervenerit Hugo de Burgo comes Kancie Salutem in domino / Noverit universitas vestra nos pro salute nostra et pro anima Regis Johannis et pro animabus antecessorum et successorum suorum et pro salute anime nostre et Margarete uxoris nostre et pro animabus antecessorum et successorum nostrorum et heredum nostrorum dedisse et presenti carta nostra confirmasse Magistro hospitalis beate marie Dovorie et fratribus ibidem deo servientibus et servituris Ecclesiam beate marie Dovorie cum omnibus pertinentiis suis salvis priori et monachis sancti martini Dovorie xx solidis annuis quos percipere solent de eadem ecclesia. habendam et tenendam dictis Magistro et fratribus et successoribus suis in puram et perpetuam elemosinam Et nos et heredes nostri predictam Ecclesiam cum pertinentiis suis sicut predictum est predictis Magistro et fratribus et successoribus suis warantizabimus imperpetuum. Et ut hec nostra donatio firma et inconcussa permaneat presenti carte sigillum nostrum apposuimus hiis testibus domino J. Bathon'. H. Lincoln'. W. Cicestren'. A. Coventren' et Lichefeld'. H. Roffen'. W. London' Episcopis. Stephano de Segrave. Bertramo de Criol. Willelmo Buton. Ranulpho Buton et multis aliis //. **Universis** sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit J. prior et conventus ecclesie Christi Cant' Salutem in domino Noverit universitas vestra nos cartam venerabilis patris nostri Ricardi dei gratia Cant' Archiepiscopi et totius Anglie primatis Inspexisse sub hac forma **Omnibus** Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Ricardus permissione divina Cant' ecclesie Christi minister humilis totius Anglie primas Salutem in domino Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire **Nos** Ecclesiam beate marie Dovorie cum omnibus pertinentiis suis Magistro domus hospitalis Dovorie qui pro tempore fuerit et fratribus hospitalis eiusdem ad sustentationem pauperum infirmorum ibidem existentium necnon et aliorum hospitalitatis gratia illuc divertentium caritatis intuitu contulisse Ipsosque instituisse canonice in eadem. In cuius rei testimonium dictis Magistro et fratribus hanc cartam nostram sigillo nostro signatam duximus faciendam hiis testibus magistris Willelmo Archidiacono Stowie. R. Archid' Middelsex' tunc Cancellario. W. de Clondinia. R. de Warlingeton clericis. R. de Sotyndon. R. de Newporth. Waltero de Waltham et aliis Valete in domino. **Nos** igitur quia pium est iustorum desideriis consentientibus piis quoque eorum postulationibus assensum prebere ipsam collationem supradicte ecclesie ratam habentes et acceptam dictis Magistro et fratribus ipsius domus hospitalis Dovorie quantum in nobis est confirmamus. In cuius rei testimonium presentes litteras fecimus fieri et sigilli nostri appositione roborari. **Henricus** dei gratia Rex Anglie dominus Hibernie dux Normannie Aquitanie et comes Andegavie Venerabili patri in Christo Stephano eadem gratia Cant' Archiepiscopo totius Anglie primati Salutem. Sciatis nos intuitu dei concessisse et quantum ad nos pertinet dedisse Magistro et fratribus hospitalis sancte marie de Dovor ad sustentandum pauperes eiusdem hospitalis Ecclesiam de Sellinge que vacat et ad nostram spectat donationem ratione terre que fuit Rogeri de Planes Normanni in manu nostra existentis. Et ideo ipsum Magistrum et fratres per has litteras nostras patentes ad dictam ecclesiam vobis presentamus rogantes quatinus eosdem Magistrum et fratres ad eandem Ecclesiam admittatis et eos canonice instituatis in eadem. In cuius rei testimonium has litteras nostras patentes vobis mittimus Teste Huberto de Burgo Justiciario nostro apud Hawinge vicesimo quarto die Augusti Anno Regni nostri sexto per eundem coram Winton' Episcopo. **Universis** sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint **Willelmus** permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Salutem in domino. Et presentibus fidem indubiam adhibere Universitati vestre tenore presentium intimamus Quod scrutato Registro bone memorie domini Johannis de Stratford quondam dum vixit Archiepiscopi Cantuariensis predecessoris nostri quandam ordinationem super congrua portione vicarie parochialis ecclesie de Sellinge decanatus nostri de Lymne nostre dioc' per eundem predecessorem factam sub forma que sequitur invenimus contineri. **Johannes** permissione divina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus. Cunctis Christi fidelibus has litteras inspecturis Salutem in domino Jhesu Christo. Ex officio officii nostri debito nuper Magistrum et confratres domus dei Dovorie Ecclesiam parochialem de Selling' decanatus de Lympne nostre Cant' dioc' in proprios usus tenentes, iuxta iuris exigentiam moneri fecimus et induci ut infra certum terminum per nos eis prefixum domino Johanni Kenyt perpetuo eiusdem Ecclesie vicario et vicarie sue ad quam eum vocavit iidem magister et confratres debent ut dicitur secularem clericum presentatum sufficientem assignarent de ipsius ecclesie fructibus et redditibus et proventibus portionem de qua ipse vicarius et successores sui in dicta ecclesia vicarii possent congrue sustentari Jura episcopalia solvere Ac alia ipsi vicarie et vicariis eiusdem incumbentia onera supportare. Cum quidem magister et confratres pretextu nostre monitionis predicte portionem huiusmodi in et de certis oblationibus obventionibus et aliis rebus infrascriptis prefato Johanni vicario et ipsius successoribus in dicta Ecclesia vicariis quatenus in eis extitit assignaverint et per partem ipsorum et dicti vicarii iudicialiter petitum extitit portionem ipsam per nos in ea parte commissarium in certis oblationibus obventionibus proventibus et rebus infrascriptis consistentem perpetualiter ordinari. Ac eisdem vicariis

Transumptum munimentorum domus dei de Dovor.

Ecclesie Beate marie Dovorie appropriatio 14

Ecclesia de Selling decanatus Lympne.

taxatio vicarie de Sellinge.

fo 332

Imponi onera infrascripta. Cum idem Commissarius noster quod per ipsum sic racionabiliter actum fuit prout decuit approbat de ipsarum consensu expresso et ipsis presentibus decreuit ac ordinauit iudicialiter sub hac forma quod videlicet Vicarius prefatus ecclesie de Sellyng et successores sui in dicta ecclesia vicarie habeant mansionem solitam dicte vicarie cum gardino adiacente eidem et viginti quinque acras terre inderabiles de gleba ecclesie supradicte. Item omnes decimas maiores et minores prouenientes de Centum viginti quatuor acris terre iacentibus apud Tebenhamme. Habeant etiam annuatim dicti vicarii et omnes agistiones depascentes sive Iure depascendi easdem Inderabiles in pastura de Strabrookleste vulgariter nuncupata. Item necnon decimas prouenientes de terris prope fossatis infra dictam parochiam existentibus quas vicarii dicte ecclesie hucusque hactenus perceperunt et habeat idem vicarius et successores sui ibidem vicarii recipiant et percipiant octo bussellos frumenti a dictis Priore et Confratribus ipsorum ex eorum apud Sellyng singulis annis in festis sancti Michaelis et Natalis domini per porciones equales dictis vicariis persoluendos. Item recipiant et percipiant ipsi vicarii nomine quo supra omnes omnimodas oblaciones in dicta ecclesia de Sellyng et in quibuscumque locis infra fines et limites dicte ecclesie situatis qualitercumque factas aut faciendas sive ad eam vel ipsa prouenientes et Imposterum prouenturas valentes modo causa occasione vel colore quibuscumque. Necnon et omnes decimas agnorum lane pullorum vitulorum aucarum porcellorum anatum apium columbarum lactis lacticiniorum negociacionum mercimoniorum ortorum lini canabi pistacionum pastinarum pomorum cepe allearum piscarie ac omnes et omnimodas alias decimas minores infra dictos fines et limites sive decimaciones dicte ecclesie de Sellyng quomodolibet prouenientes sive in futurum prouenturas valentes decimam quecumque legata relicta Imposterum ecclesie antedicte et speciale decimas solite cedunt quandocumque existit infra parochiam memoratam et omnes alios prouentus ad dictam spectantes ecclesiam decimas maiores garbarum et feni aliis quibuscumque supranominatis totius parochie exceptis quas idem magister et confratres sibi ipsis retinuerunt duntaxat. Subeant autem vicarii prefati onus deseruiendi eidem ecclesie per se vel per alium presbiterum et clericum idoneum in diuinis onus etiam ministracionis panis vini et aliorum que ad celebracionem diuinorum ibidem fuerint necessaria ac inuencionis duorum cereorum processionalium suis sumptibus subeant in ecclesia memorata. Necnon et omnibus solucionibus septem denariorum debitorum Archiepiscopo Cantuariensi de ipsa ecclesia nomine annue pensionis. Onera vero reparacionis et refectionis cancelli prefate ecclesie de Sellyng intus et extrinsecus Necnon Inuencionis et reparacionis librorum vestimentorum et ornamentorum eiusdem ecclesie que per ecclesiarum Rectores inueniri et reparari debent aut solent de consuetudine vel de Iure ac cetera onera ordinaria et extraordinaria eidem ecclesie incumbentia dicti magister et confratres subeant perpetuo et agnoscant. Que omnia et singula Nos prefatus Johannes Archiepiscopus approbantes ea auctoritate nostra ordinaria confirmamus Reseruantes nobis et successoribus nostris Archiepiscopis Cantuariensibus dictam vicariam augmentandi et diminuendi si et quando nobis et eis expedire videbitur plenariam potestatem. In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in manerio nostro de Lamehith xxv° kalendas Maii Anno domini Millesimo CCCC° quadragesimo secundo Et nostre Translacionis Anno Nono. In Cuius rei testimonium Sigillum nostrum fecimus hiis apponi. Datum in manerio nostro de Lamehith x° die mensis Februarii Anno domini Millesimo CCCC° nonagesimo tercio Et nostre Translacionis Anno Terciodecimo. Et nos vero officialis memoratus iuxta registrorum huiusmodi Iuris non dissonat bullas litteras quoque predictas per nos receptas et tenores quo supra nostro mandato per notarium supranominatum extractas copiatas et exemplatas nullo modo suspectas et tenorem earum subscriptum eisdem facta collacione debita concordare reperientes decreuimus quantum in nobis est non minorem huic presenti transumpto fidem quam ipsis originalibus esse adhibendam. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium Nos officialis antedictus huic presenti transumpto sine publico Instrumento per Notarium predictum presentibus testibus subscriptis confecto Sigillum officii nostri apposuimus. Datum xxvij° die mensis Augusti Anno domini Millesimo quingentesimo xix°. Indiccione septima Pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Leonis diuina prouidencia pape decimi Anno Septimo. presentibus tunc ibidem Thoma ffaunbary notario publico et Nicholao Broker literato testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Thomas Laurence Cantuariensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius prescriptarum litterarum exhibicioni recepcioni Registri examinacioni collacioni atque decreto omnibusque aliis et singulis dum sic ut premittitur agebantur et fiebant sub Anno domini Indiccione pontificatu die mense et loco predictis vna cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audiui. Et ideo hoc presens publicum Instrumentum per alium scriptum confeci et in hanc publicam formam redegi Signoque et nomine meis solitis et consuetis signaui Rogatus et Requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum. Et constat michi de apposicione signi mei in margine supra. Item de interlineacione horum verborum maiores et sub linea octogesima a principio computando et illius verbi concordare supra octauam lineam ab vltima computando.

Ecclesie appropriate Mon. Sancti Martini Dovorr'

Transsumptum munimentorum mon. Sancti Martini Dovor.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere peruenerint et quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum Innotescat per presentes. Quod cum venerabiles viros dominum Thomam domus siue prioratus Monasterii noui operis beate Marie virginis et Sancti Martini confessoris Dovorr' Cantuariensis diocesis ordinis sancti Benedicti Priorem et eiusdem loci Conuentum certas litteras nonnullas originales quasdam ecclesiarum appropriaciones et pensiones predicto suo Monasterio factas et concessas concernentes seu saltem veram earum copiam sub forma autentica quo fides eisdem adhibeatur ad loca ultra se distancia traducere Illasque presentare ostendere et exhibere vt asseruerunt oporteat. Quocirca nos Edwardus Broughton Reuerendi domini Archiepiscopi Cantuariensis officialis In ecclesia domus fratrum predicatorum in Ciuitate Cantuariensi situata Iudicialiter et pro tribunali sedentes pro parte prefatorum Prioris et Conuentus literas huiusmodi coram nobis Iudicialiter exhibentes instanter requisiti et interpellati fuimus quatenus easdem nostra auctoritate et decreto per Thomam Laurence Notarium publicum fideliter extrahi transumi exemplari et in publicam formam redigi precipere et mandare vellemus, quarum quidem litterarum verus tenor sequitur et est talis. Simon permissione diuina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus. Religiosis viris Priori et Conuentui ecclesie siue Monasterii sancti Martini Dovorrie ordinis sancti Benedicti nostre diocesis nobis Immediate subiectis. Salutem graciam et benedictionem. Assidue sollicitudinis excitamur instancia vt virorum Religiosorum necessitati &c.

Quam mente conspicimus et animi compassione sentimus presidium quod possumus promoveremus ne forte huius necessitate inductos vos a sumpto proposito retorqueat retro quod absit sacre religionis infringatur. Sane vestra peticio nobis nuper exhibita continebat quod idem monasterium vestrum in villa Dovor maritima et iuxta stratam publicam ad quam Reges proceres et magnates necnon populares divites et pauperes Regni Anglie et aliarum diversarum nacionum de diebus in dies confluunt et ibidem mare transeunt notorie situatur hospitum recepcione elemosinarum largicione plurimum oneratur. Ac propter sterilitatem terrarum vestrarum olim singularum vobis in dicto vestro monasterii fundacione assignatarum modernis temporibus notorie [illegible] [illegible] aliud vestrarum pestilenciis et ruinis domorum dicti monasterii inevitabilibus. Necnon variis et importabilibus aliis oneribus vestris adeo sit depressum quod nisi necessitatibus eiusdem monasterii per oportune subvencionis presidium celerius succurratur idem monasterium ad irreparabile dissolucionis opprobrium deducetur. Quare nobis humiliter supplicastis ut ex causis predictis per nos diligentius ponderatis ad relevamen onerum premissorum et divini cultus augmentum Ecclesiam parochialem de Bukland iuxta Dovor supradictam nostre diocesis cuius patronatus cum suis Juribus et pertinenciis universis vobis et vestro monasterio supradicto appropriare unire et annectere curaremus. Nos igitur vestri Monasterii supradicti indigencie notorie paterno compacientes affectu vestris justis in hac parte supplicacionibus inclinati super causis supra expressatis ac veritate earum vocatis omnibus de jure vocandis per viros fidedignos inquiri fecimus diligenter habito quoque in ea parte cum Religiosis viris filiis et confratribus nostris in Christo dilectis priore et Capitulo nostre Cant. ecclesie solempni et diligenti tractatu quem in concessionibus huiusmodi et Ecclesiarum alienacionibus sive appropriacionibus de jure exigit dictis causis iustis per nos Inventis et sufficienter probatis [illegible] et sufficientibus ac veris [illegible] interveniente etiam consensu omnium illorum quorum interfuit in hac parte ac concurrentibus omnibus et singulis que in premissis et ea contingentibus requirebantur de jure dictam Ecclesiam de Bukland ipsius quoque fructus redditus et proventus omnes in usus vestros et vestri monasterii et successorum vestrorum perpetuo convertendos ex causis supradictis vobis et Successoribus vestris et dicto vestro monasterio nostra auctoritate ordinaria predicta concedimus annectimus et univimus in usus vestros proprios et monasterii vestri supradicti perpetuo retinendos. attentaque eiusdem beneficii exilitate vobis specialiter Indulgemus quod eandem Ecclesiam per aliquem Capellanum idoneum stipendiarium quem ad hoc duxeritis eligendum congrue in divinis valeat deserviri et animabus parochianorum eiusdem salubriter consulatur. Salvis semper nobis et Successoribus nostris Juribus et dignitatibus ecclesie nostre Cant. supradicte. Dat. apud Charryng viij Idus Novembris Anno domini Millesimo cccmo lxiiij et nostre Consecracionis quintodecimo. **Et nos** Robertus permissione divina prior ecclesie Christi Cant. supradicte et eiusdem loci Capitulum habita primitus cum venerabili patre nostro domino Simone dei gracia Cant. Archiepiscopo antedicto solempni et diligenti tractatu quem de jure exigitur in hac parte concurrentibus quoque omnibus et singulis que in huiusmodi concessionibus et ecclesiarum appropriacionibus requirebantur in quantum nobis est pro nobis ac Successoribus nostris imperpetuum unacum venerabili patre nostro predicto constituimus ac omnia et singula premissa utpote rite facta ratificamus approbamus et eciam confirmamus. Salvis nobis et ecclesie nostre predicte omnibus Juribus libertatibus dignitatibus privilegiis et consuetudinibus nostris. In cuius rei testimonium presentibus literis commune sigillo nostro fecimus communiri. Dat. Cant. in Capitulo nostro vij Idus Novembris Anno domini supradicto.

ecclesia de Burkland iuxta Dovor.

Celestinus episcopus servus servorum dei Dilectis filiis ffelici priori Monasterii sancti Martini de Dovoria eiusque fratribus tam presentibus quam futuris. Regularem vitam professis imperpetuum religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefatam Ecclesiam in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. **In primis** siquidem statuentes ut ordo monasticus qui in eodem Monasterio a bone memorie Theobaldo quondam Cant. Archiepiscopo et Henrico quondam Rege Anglie prebente assensum secundum deum et sancti Benedicti regulam institutus dinoscitur esse et per felicis memorie predecessores nostros Innocencium Anastasium Eugenium Adrianum Alexandrum et Lucium Romanos pontifices postmodum confirmatus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresenciarum racionabiliter possidet aut in futurum concessione pontificum largicione Regum vel principum oblacione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque Successoribus et illibata permaneant in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis locum ipsum in quo prefatum Monasterium situm est cum omnibus pertinenciis suis de dono memorie Theobaldi concessione bone memorie Henrici quondam Anglorum Regis quecumque idem Archiepiscopus ad veterem Ecclesiam sancti Martini pertinere in dominio suo habuit aut ad canonicos quondam in eadem ecclesia servientes pertinuisse noscuntur et ad nos racionabiliter pervenisse. Specialiter autem partem theolonii sive illam que ad predictum Archiepiscopum sive que ad memoratos canonicos pertinebat. decimamque de omni genere piscacionis burgencium Dovorie per totum annum sive ipsi burgenses in mari Dovorie sive in alia remociori [illegible] piscacionis exercitacione invenerint. veterem Ecclesiam beati Martini cum parochiis libertatibus et omnibus aliis sive in terra sive mari ad eam iuste spectantibus. Ecclesiam sancte Marie. Ecclesiam sancti Petri. Ecclesiam sancti Jacobi que in burgo Dovorie consistunt. Ecclesiam de Guston. Ecclesiam de Apuldore prebendam de Deale quam primus fundator monasterii pie recordacionis Willelmus quondam Cant. Archiepiscopus eidem loco contulit et carta propria confirmavit quam eciam successor eius Ricardus Archiepiscopus nichilominus per scriptum proprium confirmavit. Ecclesiam quoque eiusdem loci scilicet de Deale. Ecclesiam de Bukland. Ecclesiam sancte Marie de Castello Dovorie. Ecclesiam sancte Margarete de Clyve cum omnibus pertinenciis suis de donacione predicti Archiepiscopi Theobaldi et concessione nobilis viri Alueredi de Bendeville et Sibille uxoris eius. Ecclesiam de Bromlynge cum molendino quod ibi Aluredus propriis construxit expensis ex concessione eiusdem Archiepiscopi et nobilis viri Hugonis filii ffulberti donacione et [illegible] confirmacione. Ecclesiam de Hougham cum omnibus ad eam spectantibus. **Item** ex concessione eiusdem Archiepiscopi et donacione nobilis viri Walkelini Mamynothe Ecclesiam de Colrede cum Capella de Popesshale et omnibus ad eam spectantibus. hoc autem sciendum quod ecclesie omnes que in Burgo Dovorensi site sunt que omnes Capelle sunt ecclesie de Colrede cum Capella de Popesshale ad opus Sacristarie vestre concesse sunt [illegible] et nos eidem Sacristarie presenti pagina confirmamus. Terram quoque de Hertra terram de le Clyghe que est iuxta burgum Dovorie. Decimam Acrarum terre ante Januam Curie monachorum quas monachi ab Hugone filio ffulberti in excambium receperunt. Decimam similiter aliarum acrarum terre ex alia parte Curie quas Adelina uxor Roberti de Vere ecclesie vestre in elemosina dedit. Capellanos quoque vestros de Burgo Dovorie ab Archidiacono Cant. vel eius vicario contra antiquam consuetudinem in nullo gravari prohibemus sed sicut hactenus observatum est Clerici de Dovoria ordinandi a priore ecclesie annuente Archiepiscopo presententur. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. In parochialibus vero ecclesiis quas habetis liceat vobis sacerdotes eligere et diocesano Episcopo presentare quibus si idonei fuerint Episcopus animarum curam committat.

ecclesie beate marie
Sancti Petri
Sancti Jacobi } Dovor
Guston
Apuldori
Deali Prebenda et ecclesia
Burkland
Sancta Maria de Castello Dovor
Sancte Margarete de Clive
Bremling
Hougham
ad Colrede

vel ei de spiritualibus, nobis autem de temporalibus debeant respondere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque loci ipsius liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva sedis apostolice auctoritate et Cant. archiepiscopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Dat. Lat. per manum Centii sancte Lucie in Orthea diaconi cardinalis domini pape camerarii x kl. Augusti indictione xv anno dominice incarnationis millesimo c xc vii pontificatus vero domini Celestini pape tertii anno septimo.

Omnibus Christi fidelibus ad quos notitia presentis scripture pervenerit Johannes prior humilis quoque conventus ecclesie Christi Cant. eternam in domino salutem. Noveritis nos inspexisse cartam venerabilis patris nostri Stephani dei gratia Cant. archiepiscopi sub hac forma. **Omnibus** Christi fidelibus presentes litteras inspecturis S. permissione divina Cant. ecclesie minister humilis totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie cardinalis salutem in domino. Noverit universitas vestra quod nos viginti solidos de ecclesia beate Marie undecim solidos de ecclesia beati Petri et sex solidos de ecclesia beati Jacobi in Burgo Dovorie quos monachi sancti Martini de Dovoria annuatim consueverunt percipere ab antiquo similiter et pensiones quas percipere consueverunt antiquitus de ecclesiis in quibus habent ius patronatus videlicet de ecclesia de Buston ii marcas de ecclesia de Hougham iii marcas de ecclesia de Bukelond dimidiam marcam de porchia sancti Johannis dimidiam marcam de porchia sancti Nicholai xx s. nomine et omnes decimas quas in presenti pacifice possident et antiquitus perceperunt et adhuc percipiunt in quatuor porchiis sicut iuste canonice et pacifice possident in proprios usus possidendas concedimus et presentis scripti munimine confirmamus. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus et sigillo nostro signari. Dat. anno domini millesimo ccxxvii mense Julii. Valete. **Nos igitur** predictam piam ipsius concessionem et confirmationem ratam habentes et acceptam eam presenti scripto sigilli nostri munimine roborato communimus. Et nos officialis per nos recepti ^ ✱ et tenore quo supra nostro mandato per notarium supranominatum extractas copiatas et exemplatas nullo modo suspectas et tenorem earum suprascriptum cum eisdem facta collatione debita concordare reperientes decernimus quantum in nobis est non minorem huic presenti transumpto fidem quam ipsis originalibus esse adhibendam. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem et testimonium nos officialis antedictus huic presenti transumpto sive publico instrumento per notarium predictum presentibus testibus subscriptis confecto sigillum officii nostri apposuimus. Dat. xxiii° die mensis Augusti anno domini millesimo quingentesimo xix° indictione septima pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Leonis divina providentia pape decimi anno septimo. Presentibus tunc et ibidem Thoma Ffaverbary notario publico et Nicholao Broker litterato testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. J. K. memoratis inspecta registrorum huiusmodi que iuri non dissonat bullas litteras que predictas etc. ✱

Et Ego Thomas Laurence Cant. dioc. publicus sub auctoritate apostolica notarius predictarum litterarum exhibitioni et exhibitarum registrationi examinationi collationi atque decreto omnibusque aliis et singulis dum sic ut premittitur agebantur et fiebant sub anno domini indictione pontificatu die mense et loco predictis una cum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi. Et ideo hoc presens publicum instrumentum sive transumptum per alium scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum specialiter rogatus et requisitus. Et constat michi de signo apposito super utraque membrana simul consuta altera alteri etc.

Ecclesie appropriat. Mon. sancte Sexburge in Scapeia

Sanctissimo patri et domino Innocentio sancte Romane ecclesie summo pontifici sui in Christo filii T. monasterii sancti Augustini Cant. minister humilis T. prior ecclesie Christi Cantuar. et R. prior sancti Gregorii Cant. beatorum pedum oscula cum cordis et corporis inclinatione devota. Noverit sanctitas vestra nos cartas venerabilium patrum Willelmi et Theobaldi Cant. archiepiscoporum priorisse de Scapeya et eiusdem loci conventui concessas sub hac forma inspexisse.

Ecclesia de Gillingham

Willelmus dei gratia Cant. archiepiscopus et apostolice sedis legatus universis sancte matris ecclesie filiis salutem et dei benedictionem. Tam presentibus quam post futuris notescat nos dedisse et in elemosinam concessisse ecclesiam de Gillingeham cum capellis et omnibus redditibus et proventibus suis tam in marisco quam in terris ecclesie beate dei genitricis Marie et sancte Sexburge in Scapeya tam victus quam vestitus ancillis dei ibidem commorantibus in tali conventione solana et quam imperpetuum quod super hoc actum est firmam decernimus de cetero ex auctoritate dei et beatorum apostolorum principis et nostra penitus inhibemus ne quis predictis dei ancillis super hoc iniuriam faciat seu aliquid auferat vel minuat quod prefate ecclesie de Gillingeham conferre debeat. Si quis vero huius nostre donationis elemosinam quam usibus ancillarum dei contulimus erogavimus temere surripiendo violare presumpserit iram dei incurrat quousque ad iustitie satisfactionem de iniustis existat et in iram maledictionem incidat nisi trina citatione commonitus peniteat quod si in temeritate sua perseuerando diabolo obligari magis quam deo deique ancillis satisfaciendo reconciliari elegerit perpetuo mulctetur anathemate. Teste Johanne episcopo Roffensi /

Confirmacio Archiepiscopi Cant. super appropriacione ecclesie sancte Sexburge de Scapeia cum capellis de Esthurch, Leysdon, Wardon

Willelmus dei gratia Cant. Archiepiscopus apostolice sedis legatus. Omnibus sancte matris ecclesie filiis. Salutem et dei benedictionem. Sciant tam presentes quam posteri, quod nos suscepimus ecclesiam sancte Marie et sancte Sexburge de Scapeya et moniales ibidem deo famulantes earumque possessiones in dei et Cant. ecclesie et nostram protectionem et omnes donationes tam a nobis quam ceteris fidelibus eidem ecclesie factas pietatis intuitu et quecumque bona memorate ecclesie iuste et canonice a quolibet adipisci poterint presentis scripti patrocinio confirmamus. In quibus dignum duximus propriis hec exprimenda vocabulis. predictam scilicet ecclesiam sancte Sexburge de Scapeya cum capellis scilicet cum capella de Eastchirche cum omnibus decimis et appendiciis suis et cum capella de Leysdone cum decimis et omnibus appendiciis suis. Et cum capella de Wardone cum decimis et omnibus appendiciis suis. Et ecclesiam de Gillingeham cum capellis et decimis et omnibus appendiciis suis, et terras in insula sitas et terras de Eryeth que ex nostra concessione predicte ecclesie contulimus cum maristis et pertinentiis suis. Statuimus autem ut prefata ecclesia liberam et canonicam de conventu suo habeat electionem. Et tam in hiis que prelibavimus quam in ceteris iam habitis vel postmodum habendis secundum canonicam constitutionem dispositionem plenariam optineat dignitatem. scilicet in decimis in terris maristis in pratis et pascuis et bosco et plano. Preterea ab omnibus exactionibus quas archidiaconi sui et ministri a subiectis ecclesiis exigere solent quemadmodum conventualem decet ecclesiam et ut antiquitus constat fuisse. liberam et quietam fore decernimus. preterea quemadmodum tempore predecessorum nostrorum tempore [illegible] totius insule sepulturam optinuit ut ita in perpetuum optineant, nostra auctoritate precepimus et ne aliter fiat inhibemus. Rogamus itaque et obsecramus in domino omnes successores nostros [illegible] quatinus predictam ecclesiam pro dei amore et nostro in animarum suarum salute in eundem statum libertatis et eandem reverentiam relinquimus quam nobis statuimus post decessum nostrum illius commissam tueri et manutenere studeant ut [illegible] quam nobis speramus et institutores eandem et ipsa ab omni honore [illegible] assignant pro tuitione. Si quis vero contra hanc nostre institutionis formam venire temptaverit anathemate mulctetur quousque de ingratitudine sua satisfaciendo peniteat. Quod si contumax et impenitens decesserit et temeritatem suam ad heredes perpetuandam transfuderit iram maledictionis divine et ultionis sententiam incurrat. Teste Johanne Roffensi episcopo. Elmero priore Cant. ecclesie et Ffulcone priore de sancta Osytha et Ffulcone priore de Ledes /

Protectio sive tuicio Dominorum Archiepiscoporum Cant.

Theobaldus dei gratia Cant. Archiepiscopus et totius Anglie primas Idonee priori conventuique monialium sancte Marie et sancte Sexburge de Scapeya in perpetuum. Sollicitudo nobis officii iniuncti nos admonet ut paci et tranquillitati commissarum nobis ecclesiarum omnimodo providere studeamus. Quod in vestra ecclesia specialiter tanto diligentiori cura facere compellimur quanto illam a predecessore nostro bone memorie Willelmo archiepiscopo ancillarum dei usibus assignatam et a nobis consequenter in id ipsum confirmatam ad nostre tamquam tuitionis custodiam pertinere dinoscitur. Sit ergo ab omni nostra omnique potestatis subiectione liberam esse volumus ne prioratus vester cura alterius constitutus conventus proprii et electioni canonica committi possit. Tibi igitur filia prior idonea et hiis qui tibi canonice substituentur eidem loco prioribus locum vestrum in Scapeia et ecclesiam sancte Marie et sancte Sexburge cum omnibus ad eam pertinentibus confirmamus et presentis scripti pagina communimus. Inter que hec propriis duximus exprimenda vocabulis dimidium sulingum terre de feodo Ricardi de Luci de Newenton ex adquisitione Willelmi archiepiscopi per Auelinam matrem eiusdem Ricardi. Et terram de Ripanea. In insula de Scapeya. In insula de Eryeth redditus vi librarum quas predictus Willelmus archiepiscopus emptus est de ipsis habere salvis consuetudinibus. Curiam de Gillingham terram de Readefeld quam predictus archiepiscopus emptus est ab Aldiva et Ordina et heredibus suis. Terram quam [illegible] cum filiabus Gotelini. In maristo de Lyffledehope pasturam lx ovium quam Osbertus de Wardone dedit cum uxore et filia sua. Terram de Eastlonde quam Eluova femina Hardingi dedit quando sanctimonialis facta est. In insula de Eryeth redditus xx solidorum et iiij denariorum quos Galfridus de Ross dedit cum filia sua maristum quod adiacet novo ponti quem Radulfus de Swyneshethe dedit cum aliis terris quas prothiam in dote dederint quando ecclesia a nobis dedicata fuit. Dimidiam terre et dimidium maristum de Sedune cum sorore Hunici de Orre. Terram quam emistis de Osberto [illegible] et Cadilda amita eius. Terram de Milstede quam emistis de Eluro Gosshune et Cadwardo Maynard et aliis heredibus. Terram de Readfelde quam Osbertus de Wardone dedit cum filia sua. Terram et Wynd terram Godardi de Tumbes. Et vi solidos de [illegible] quos Hugo de Gnuges dedit cum Agneta filia sua facta monialia. Quecumque autem in presentiarum iuste et canonice possidetis vel postmodum largitione regum. Donatione principum oblatione fidelium. Seu aliis iustis modis adipisci poteritis sub nostram tuitionem et presentis privilegii confirmationem suscepimus. Nemo igitur ecclesiam illam aut ipsius bona temere perturbare diminuere distrahere aut quibuslibet molestiis fatigare presumat. Si quis vero ausu nefando hiis nostre constitutionis decreti contraire attemptaverit a principibus apostolorum Petro et Paulo anathematis gladio feriatur et in extremo examine districte ultioni subiaceat. Teste Waltero Cant. archidiacono. Phillippo Cant. /

Thomas dei gratia Cant. ecclesie minister humilis. Venerabili fratri W. eadem gratia Roffensi episcopo. Wiberto priori Cant. ecclesie. Galfrido eiusdem ecclesie archidiacono. Omnibusque sancte matris ecclesie filiis ad quos littere iste pervenerint Salutem. Noverit universitas vestra quod nos ecclesiam beate Marie et beate Sexburge de Scapeya compacientes inopie sanctimonialium ibidem deo militantium ab auxilio animo quod archidiaconus ab eadem ecclesia exigere solebat et exactione liberam et quietam constituimus prohibentes sub anathemate ne quis de cetero sive archidiaconus sive alius procuraverit auxilium ab ipsis sanctimonialibus vel a monasterio suo exigere presumant. Teste Roberto Capellano. Eilberto Capellano. Magistro Lumbardo. Magistro [illegible]. Rogero cancellario. Alano et aliis /

Prima dni Reg.

Henricus Dei gratia Rex Anglie, Dominus Hibernie, Dux Normannie et Aquitannie, Comes Andegavie, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis S[alutem]. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse, intuitu Dei et pro salute anime nostre et animarum antecessorum et heredum nostrorum, ecclesie Sancte Marie et Sancte Sexburge de Scapeya et sanctimonialibus Deo ibidem servientibus in liberam et perpetuam elemosinam locum suum in Scapeya et ecclesiam Sancte Marie et Sancte Sexburge cum omnibus pertinentiis. Et ecclesiam de Gillingeham cum capellis et decimis et omnibus pertinentiis et terras in Insula et terras de Greyen quas Willelmus Cant. Archiepiscopus eis dedit de emptione sua cum maristis et omnibus pertinentiis. Et dimidium sulingum terre de feodo Ricardi de Lucy ex adquisitione eiusdem Willelmi Archiepiscopi per Aveliniam matrem eiusdem Ricardi de Lucy de Newenton. Et terram de Rypped In Insula de Scapeia Et in Insula de Greyen redditus vj librarum quas predictus Archiepiscopus mercatus est de ipsis heredibus, salvis consuetudinibus curie de Gillingeham. Et terram de Bradefeld quam idem Archiepiscopus mercatus est ab Aldina et Ordina et heredibus suis. Concedimus et eis ecclesiam de Bobbyng cum pertinentiis et terram de Woode scilicet xl septem acras et iij acras et dimidiam de grava in Pinegane ex dono Willelmi de Ross. et terram de Holt quam Ealher tenuit scilicet triginta et unam acram. Et in Godyncfeld septem acras et triginta duas acras nemoris in Kingesdun quas habent ex dono Henrici Regis avi nostri. Et terram quam receperunt cum filiabus Gotlini de marisco de Lefsledehop. pasturam et sexaginta ovium quam Osbertus de Bordeni dedit eis cum uxore sua et filia. Et terram de Castelonde quam Aucluma femina Hardingi dedit quando sanctimonialis facta est. Et in Insula de Greyen redditus xx solidorum et iiij denariorum quos Galfridus de Rob. dedit cum filia sua. Marisium quod adiacet novo portui quem Radulfus de Swynesheth dedit cum aliis terris quas parochiani in dotem dederunt quando ecclesia dedicata fuit. Dimidiam terram et dimidium marisium de Sedin cum sorore … Terram quam ipse moniales emerunt de Osberto Safin et Eadyld amita eius. terram et de Milstede quam emerunt de Alureo Gosselin et Eadwardo Maynard et aliis heredibus. Terram de Berdefeld quam Osbertus de Wardon dedit cum filia sua. Terram Wynd. Terram Godard de Tunbes et vij solidos de … quod Hugo de Gingeh dedit cum Anguida filia sua. Et totum Essartum quod habent in Northwoode cum pertinentiis et omnes alias terras et tenura et homines et possessiones suas secundum cartas rationabiles vel cyrographa donatorum vel venditorum vel escambitorum suorum. Quare volumus et firmiter precipimus quod prenominate sanctimoniales prefatas ecclesias cum capellis et ceteris pertinentiis et omnes terras et homines et possessiones suas habeant et teneant libere et quiete et integre et plenarie in liberam elemosinam et quecumque alia in futuro pia devotione fidelium vel commencione venditorum illis de consensu … feodo fuerint rationabiliter collata, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et consuetudinibus in terris et in excambiis et emptionibus terrarum et maristis et grangiis et virgultis In civitatibus et villis stagnis piscariis In bosco et plano in pratis et pasturis In aquis et molendinis in viis et semitis et in omnibus aliis locis et rebus cum saca et soca et tol et theam et Infangethef, soluta et libera ab omni seculari servicio, salvis conventionibus erga dominos secundum rationabiles cartas vel cyrographa sua. Et quiete sint de sectis comitatuum lethis et hundredis et auxiliis vicecomitum et omnium ministrorum et de omnibus ad eas pertinentibus. Prohibemus et quod nullus eas aut possessiones aut res suas vexet vel disturbet contra libertates cartarum suarum super decem libras forisfacturam sicut carta Ricardi Regis avunculi nostri quam inde habent rationabiliter testatur. hiis testibus S. de Segrave Justiciario Anglie, S. Comite Lincoln.

Bobbing

Universis sancte matris ecclesie filiis Willelmus de Marc. Salutem. Noverit tam futurorum posteritas quam presentium etas me in perpetuam elemosinam cum omni integritate concessisse et presentis carte attestacione roborasse ecclesie Sancte Sexburge et monialibus ibidem Deo servientibus donationem dimidii … de Elmore quam Willelmus pater meus et Beatrix mater mea pro salute animarum suarum et suorum prefato loco in perpetuum duraturam pius dederunt superaddo et redditum duorum solidorum annuatim solvendum medietatem infra octo dies pasche medietatem infra octo dies pentecoste pro anima matris mee ibidem monacate facte. hiis testibus Roberto de Laydon, Wolfrydo Capellano etc.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod Ego Juliana filia Ade de Adry concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate Marie et beate Sexburge de Scapeia et monialibus ibidem Deo servientibus In liberam puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum meorum totum illud tenementum quod fuit Ade patris mei in Scapeia cum omnibus pertinentiis videlicet in domibus terris pasturis redditibus homagiis viis semitis et omnibus rebus aliis ad idem tenementum de iure spectantibus tenendum et habendum de me et heredibus meis predicte ecclesie et eiusdem loci monialibus Nomine libere pure et perpetue elemosine cum omnibus pertinentiis in perpetuum. Sicut in plenius et liberius Iure hereditario tenendum accidit post decessum predicti patris mei. Et ego Juliana et heredes mei warantizabimus predictum tenementum cum omnibus pertinentiis et cum omni iure quod in eodem tenemento habui vel iure eiusdem tenementi michi et heredibus meis accidere poterit in perpetuum predicte ecclesie et eiusdem loci monialibus contra omnes homines et omnes feminas tanquam liberam puram et perpetuam elemosinam. Ita tamen quod predicte ecclesie moniales defendent predictum tenementum cum pertinentiis versus curiam domini Regis de Middeltun de omnibus serviciis inde ad eam de iure annuatim spectantibus. Et ut hec mea donatio et concessio warantizacio et presentis carte mee confirmatio rata et stabilis et inconcussa perpetuis temporibus permaneat presens scriptum sigilli mei impressione legittime corroboravi. hiis testibus domino T. decano de ffavresham etc.

Grauene
Tolinges

Hamo de Grauenell omnibus hominibus suis et amicis et vniuersis sancte dei ecclesie filiis tam presentibus quam futuris salutem. Notum sit vniuersitati vestre me concessisse et presenti scripti pagina confirmasse donacionem quam Ricardus de Grauenell pater meus fecit deo et ecclesie sancte marie de Suth[werk] et canonicis ibidem deo seruientibus in elemosinam eternam videlicet ecclesiam de Graueny cum terra quam sacerdotes predecessores habuerant et marisco quod est vltra fossam in parte aquilonis et in Marisco dni sui hominum et duorum arietum pastura cum decimis bladi sui et vini et pomorum et piscarie et agnorum et vellerum et caseorum et vniuersorum animalium suorum cum ceteris omnibus prenominate ecclesie pertinentiis similiter et ecclesiam de Tolinges cum terris et vniuersis decimacionibus que deo et sancte ecclesie soluende sunt. Et volo et heredibus meis firmiter precipio quatinus hanc confirmacionem meam quam pro anima patris mei et aliorum predecessorum meorum et salute mea et vxoris mee et heredum et omnium amicorum meorum deo et sancte marie et prefatis canonicis facio ratam habeant. T. etc.

Grauene

T. dei gracia Cant' Archiepiscopus. Gualt' Archid' toti q3 capitulo de Tenha salutem. Concedimus et presentis carte pagina confirmamus ecclesiam omnium sanctorum de Graueni canonicis regularibus sancte marie de Southwerk in elemosinam cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus siue in terris siue in decimis vel aliis quibuslibet beneficiis. Testibus Rogero de ponte episcopo Wolstano de Wrotha Alano de Welles Johanne de Cant' Thoma de Lond' clericis Ric' de Grauenell Hugone Paynforer Johanne comiss.

Grauene

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere peruenerint Thomas permissione diuina prior ecclesie christi Cantuar' et eiusdem loci capitulum humilem salutem in domino sempiternam. Noueritis nos cartam venerabilis patris T. dei gracia Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie primatis non cancellatam non abolitam nec in aliqua sui parte viciatam in hec verba inspexisse. T. dei gracia Cantuar' Archiepiscopus Gualtero Archidiacono toti q3 capitulo de Tenha salutem. Concedimus et presentis carte pagina ecclesiam omnium sanctorum de Graueni canonicis regularibus sancte marie de Suthwerke in elemosinam cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus siue in terris siue in decimis vel aliis quibuslibet beneficiis. Testibus Rogero de ponte episcopo Wolstano de Wrotha Alano de Welles Johanne de Cant' Thoma de London clericis Rico de Grauenell Hugone Paynforer Johanne comiss laycis. Nos igitur dictos canonicos super appropriacione et retencione dicte ecclesie reputantes sufficienter esse munitos sicut in priuilegiis summorum pontificum Adriani Alexandri et Clementis plenius continetur necnon et in prescripta carta diligenter inspeximus dictam ecclesiam cum suis appendiciis appropriacionem quatenus canonice facta est confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri presentibus est appensum. Dat' Cant' in capitulo nostro xvij kal' Januarij Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo.

Carta dni Regis de ecclesia de Grauene concessa canonicis bte marie Southwerk

Ricardus dei gracia Rex Anglie et Francie et dominus Hibernie omnibus ad quos presentes litere peruenerint salutem. Inspeximus quoddam scriptum confirmacionis Thome quondam prioris ecclesie christi Cant' et eiusdem loci capituli in hec verba. Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere peruenerint Thomas permissione diuina prior ecclesie christi Cantuar' et eiusdem loci capitulum humilem salutem in domino sempiternam. Noueritis nos cartam venerabilis patris T. dei gracia Cantuar' Archiepiscopi totius Anglie primatis non cancellatam non abolitam nec in aliqua sui parte viciatam in hec verba inspexisse. T. dei gracia Cantuar' Archiepiscopus Gualtero Archidiacono toti q3 capitulo de Tenha salutem. Concedimus per presentis carte pagina ecclesiam omnium sanctorum de Grauene canonicis regularibus sancte marie de Suthwerke in elemosinam cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus siue in terris siue in decimis vel aliis quibuslibet beneficiis. Testibus Rogero de ponte episcopo Wolstano de Wrotha Alano de Welles Johanne de Cantuar' Thoma de London clericis Rico de Grauenell Hugone Paynforer Johanne comiss laycis. Nos igitur dictos canonicos super appropriacione et retencione dicte ecclesie reputantes sufficienter esse munitos sicut in priuilegiis summorum pontificum Adriani Alexandri et Clementis plenius continetur necnon et in prescripta carta diligenter inspeximus dictam ecclesiam cum suis appendiciis appropriacionem quatenus canonice facta est confirmamus. In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri presentibus est appensum. Dat' Cant' in capitulo nostro xvij kl' Januar' Anno domini Millesimo ducentesimo octuagesimo. Nos autem cartas literas et scripta predicta ac omnia et singula in eis contenta rata habentes et grata ea pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus ratificamus et approbamus ac dilecto nobis in christo Henrico de Colyngbourne nunc priori ecclesie beate marie de Suthwerke et conuentui eiusdem loci et successoribus suis imperpetuum concedimus et confirmamus sicut carte litere et scripta predicta plenius testantur. Et prout idem prior et conuentus et predecessores sui ecclesias capellam siue altare decimas terras tenementa et redditus predicta hactenus rationabiliter tenuerunt et habuerunt ac libertatibus ac quietanciis predictis rationabiliter vsi sunt et gauisi. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westm' vicesimo die Augusti Anno regni nostri Terciodecimo.

Ecclie appropriacion de Combewell

Staplehurst et Losherst

Omnibus xpi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit . . de sancto Johanne et . . de sancto Botulfo Colecestr' priores iudices a domino papa delegati salutem eternam in domino. Noueritis vniuersitas vestra quod cum auctoritate domini pape causa verteretur coram nobis auctoritate predicta cognoscentibus inter J. capellanum rectorem ecclesie de Stapelherst nomine ecclesie sue ex parte vna et inter priorem et conuentum de Cumbewell ex parte alia super decimis septuaginta septem acrarum de villenagio de Losshirst et super minutis decimis tenentium prioris et conuentus in Lossherst lis tandem inter partes de consilio virorum prudentum et consensu nostro amicabiliter conquieuit in hec verba videlicet quod predictis decimis ecclesie de Cumbwell nomine ecclesie sue de Thornham integre reseruatis, Prior et Conuentus pro bono perpetuo parti solvant annuatim ecclesie de Stapelherst quatuor solidos sterlingorum infra octavas Pasche. Ita tamen quod si aliquis successorum prouocati Rectoris dictam composicionem in toto vel in parte forsitan expugnare nitetur predictorum quatuor solidorum percepcio nullum prefatis priori et conventui faciat preiudicium quoad ius vel possessionem predictarum decimarum. Sed solucio predicta quam pro litibus redimendis sustinuerunt non obstante omnibus defensionibus suis uti valeant cum effectu. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Dat' in ecclesia sancti Egidii Colecestr' anno gracie m° cc° xl° in crastino sancti Gregorii pape.

Memorandum quod Religiosi de Cumbwell super percepcione decimarum in parochia de Stapelherst ad instanciam Rectoris eiusdem et nobis ex officio citatis et per procuratorem comparentibus et dicto Rectore sufficienter non comparuit prefiximus partibus Religiosorum terminum ad dicendum et proponendum ut primus super dicta percepcione secundum formam in littera certificatoria dicte citacionis contentam ad quartum diem iuridicum post festum sancti Hillarii ubicumque tunc etc. Quo die adveniente prefato Rectore personaliter et dictis religiosis per procuratorem ut prius comparentibus nichil exhibito vel proposito per dictos Religiosos secundum formam premissam, quia tamen ut asserebant nullum habebant ad presens consilium, prefiximus partibus eisdem terminum ad faciendum quod erit iustum in negocio memorato ad quartum diem iuridicum post conversionem sancti Pauli ubicumque tunc etc. Quo die adveniente partibus ut prius comparentibus nichil exhibito vel ostenso dicti Religiosi possessionem dictarum decimarum allegarunt diutinam a tempore cuius non extat memoria propter quod prefiximus eisdem Religiosis terminum ad probandum dictam possessionem et partibus utrisque ad faciendum ulterius quod erit iustum ad sextum diem post festum sancti Gregorii pape. Quo die adveniente productis per eosdem decem testibus quibus admissis iuratis et examinatis parte dicti Rectoris quosdam articulos per prefatum Rectorem probandos contra dictos Religiosos proponente quibus receptis et ut eatenus valeant etc. admissis productisque super eisdem sex testibus quibus admissis iuratis ac omnibus huiusmodi examinatis prefiximus partibus eisdem terminum ad amplius probandum ad quintum diem iuridicum post dominicam qua cantatur Quasi modo geniti. Quo die adveniente partibus ut prius comparentibus productisque per dictos Religiosos triginta testibus et per partem dicti Rectoris triginta quatuor testibus quibus omnibus admissis iuratis et examinatis prefiximus partibus eisdem terminum ad videndum publicacionem attestacionum testium productorum ad quintum diem iuridicum post festum Ascensionis domini ubicumque tunc etc. Quo die adveniente partibus per procuratores comparentibus exhibito quod per partem dictorum Religiosorum quodam instrumento ad illum effectum ad quem dicta exhibicio valere poterit et postmodum ipsis attestacionibus huiusmodi publicatis prehabita potestate huiusmodi prefiximus partibus eisdem terminum ad dicendum et proponendum contra testes mutuo productos et eorum dicta et instrumentum predictum pro termino peremptorio ad quintum diem iuridicum post festum Commemoracionis sancti Pauli. Quo die adveniente ut prius partibus comparentibus propositis quibusdam excepcionibus prefiximus eisdem terminum ad faciendum super illis et ulterius in negocio quod erit iustum ad tercium diem iuridicum post festum sancti Jacobi Apostoli. Quo die adveniente partibus per procuratores comparentibus die dato eisdem partibus ad faciendum super quibusdam excepcionibus contra testes huiusmodi propositis quod erit iustum ac omnibus excepcionibus partis utriusque quatenus per processum apparere poterit de eisdem reservatis ceteris in facto consistentibus reiectis exhibitisque per partem dictorum Religiosorum duobus instrumentis ut eatenus valeat exhibicio quatenus de iure valere debebit prefiximus partibus eisdem terminum ad audiendum finalem diffinitivam ad proximum diem iuridicum post festum Apostolorum Simonis et Jude. Quo die adveniente partibus ut prius comparentibus quia copiam cuiusdam instrumenti prius exhibiti non habebamus ideo assignavimus partibus predictis proximum diem iuridicum post festum Commemoracionis animarum ad idem quod predictum. Quo die adveniente et usque in crastinum continuato pars prioris et conventus dimissa erat ab officio. Salvis tamen Rectori ecclesie de Stapelherst quatuor solidis sibi a dictis priore et conventu annuatim et libera multura sibi similiter in molendino prioris et conventus prestandis.

Stapelherst.

In dei nomine amen Cum venerabilis pater dominus R[illegible]tus dei gracia Cantuariensis Archiepiscopus tocius Anglie primas. In decanatu de Sutton officium visitacionis exercens fama publica referente invenisset quod Religiosi viri prior et conventus de Cumbwell infra limites parochie de Stapelherst decimas de dominico de Losherst contra ius commune percipere dicebantur. eisdem vero Religiosis ex officio ad promocionem tamen Rectoris de Stapelherst super huiusmodi percepcione coram dicto venerabili patre ad iudicium evocatis obiectum exstiterat quod cum ydem Religiosi omnes decimas tam maiores quam minores de manerio de Losherst infra limites parochie de Stapelherst situato contra commune percepissent in nostri officii contemptum et Rectoris ecclesie de Stapelherst preiudicium non modicum et gravamen. Unde nobis ex officio per dictum tunc Rectorem de Stapelherst promoto contra dictos Religiosos super percepcione huiusmodi decimarum intendimus ordinare exequi statuere decernere et facere quod est iustum. lite vero negative ad dictum articulum per dictos Religiosos contestata eidem contestacioni adiecerunt quod dictas decimas nomine ecclesie sue de Thornham eisdem appropriate infra limites cuius parochie dicte decime existere dinoscuntur a tempore cuius memoria non existit pacifice perceperunt. Dictus vero Rector ad promocionem officii nostri contra dictos ipsos Religiosos replicavit quod eedem decime infra limites parochie de Stapelherst situate in cuius possessione ipse et predecessores sui per tempora non modica extiterunt per solucionem videlicet quatuor solidorum quos annuatim nomine decimarum idem Rector ab eisdem Religiosis percipere consuevit. quodque ydem Religiosi dictum Rectorem et ecclesiam suam huiusmodi decime spoliarunt spoliari ve mandarunt seu spoliacionem nomine suo factam ratam habuerunt et acceptam possessorium et petitorium simul proponendo. Una cum libera multura cuiusdam molendini dictorum Religiosorum quam habere debebat ut dicebat. Quare petiit declarari etc. Et insuper exhibita lite super huiusmodi proposicione seu replicacione contestata iurato quod de calumpnia seu de veritate dicenda. productis utrimque testibus iuratis et examinatis eorumque attestacionibus publicatis. ac et quibusdam instrumentis ex parte dictorum Religiosorum exhibitis ac ceteris que in hac parte requiruntur rite peractis et demum in ea conclusio dies certa partibus ad audiendum finalem diffinitivam assignata. Nos Willelmus de Chadleshunt Willelmus de Gloucestria et Ricardus de Worcestria venerabilis patris supradicti Commissarii seu causarum auditores rimato processu inter partes supradictas quia invenimus dictos Religiosos quantum ad percepcionem decimarum manerii de Losherst sufficienter fuisse et esse munitos ipsos ab officio nostro per Rectorem eciam de Stapelherst promoto. Salvis tamen eidem Rectori quatuor solidis annuis a dictis Religiosis prestandis et libera multura eiusdem Rectoris in molendino ipsorum que ei prestari volumus et decrevimus per finalem dimittimus diffinitivam et sic per nos fuisse et esse dimissos fore decernimus nunciandum. Datum apud Lamhethe ij Non' Novembris Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono. Consecracionis nostre Sexto.

Confirmacio capituli Cantuariensis super ecclesiis S. Marie de Thornham, sancti Petri de Aldyngtone, S. Petri de Boarnsfyld, S. Georgii de Benyngden.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis J. prior humilis que Conventus ecclesie Christi Cantuariensis eternam in Domino salutem. Cum divine pietatis affectu sanctis locis et viris religiosis Deo famulantibus tribuuntur munera debent stabilitate consistere et nullius imposterum intencione revocari. Hinc est quod donacionem ac concessionem ecclesiarum sancte Marie de Thornham cum pertinenciis, sancti Petri de Aldyntone cum pertinenciis, sancti Petri de Boarnsfeld cum pertinenciis, sancti Georgii de Beningden cum pertinenciis factam priori et canonicis de la Cumbewell a venerabili patre nostro S. Cantuariensi Archiepiscopo et predecessoribus suis H. et R. prout in ipsorum instrumentis perspeximus contineri ac eisdem canonicis de consensu patronorum in proprios usus assignatam ratam habemus et acceptam. Et in huius rei testimonium sigilli nostri munimine presens scriptum communimus.

Composicio inter priorem et conventum de Ledes et domum de Cumbbewell

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Edmundus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos composicionem inter dilectos in Christo filios priorem et conventum de Ledes ex una parte et priorem et conventum de Cumbwell ex altera initam inspexisse sub hac forma. Cum ex officio caritatis viri precipue religiosi communibus negociis intendere et mutuis utilitatibus diligenciam teneantur efficacem adhibere, inter priorem et conventum de Ledes ex una parte et priorem et conventum de Cumbwell ex altera, utriusque ecclesie utilitate considerata et indempnitate observata, ad instanciam et de auctoritate venerabilis patris nostri E. Cantuariensis Archiepiscopi de consensu utriusque capituli ita amicabiliter confederatos convenit. Ad predictos priorem et conventum de Ledes omnes decimas maiores videlicet et minores dimiserunt et quietas clamaverunt prior et conventus de Cumbwell que proveniunt aut provenire poterunt de terris que vocantur Cumbwell et Heule de feodo de Thornham simul cum decimis provenientibus de quadam parte terre que vocatur Esbroke quam tenuit Willelmus filius Normanni que quondam fuit de dicto de Heule et de terris Reuboti et Oldinge de feodo de Sutton que iacent iuxta terram de Chyukle et Sarensolde ex parte orientali et iuxta terram que fuit Lewini Lantike et terram de Bromle ex parte occidentali et iuxta terram que fuit Roberti de Regebery et Nicolai de Herkele ex parte australi et iuxta terram que fuit Radulfi filii Emme et Osberti ffullonis et terram Wan ex parte aquilonali que aliquo iure parochiali spectabant ad ecclesiam suam de Enherst, prenominatis priori et conventui de Cumbwell habendas et possidendas imperpetuum plene et integre et pacifice simul cum oblacionibus et obvencionibus de famulis sub provenientibus qui in dicta parochia de Enherst proprium domicilium non habent. Prefati quoque prior et conventus de Cumbwell predictis priori et conventui de Ledes omnes decimas provenientes de terris quas habent de dono Rogeri et Alienore filie Stephani de Thornham uxoris sue et de dono Willelmi filii Wather cum pratis de Capella et de terra quam habent de dono Turgodi Coker que contigua est terre prefati Willelmi, que ad ipsam ecclesiam de Thornham aliquando iure parochiali pertinebant, adiacentibus in parochia sua de Thornham simili modo possidendas. Et insuper sepedicti prior et conventus dimiserunt et quietas clamaverunt eisdem imperpetuum. Pro decimis et oblacionibus provenientibus de Cumbwell refundent prefatis priori et conventui de Ledes nomine decimarum et oblacionum proveniencium de terris et famulis prenominatis annuatim quinque solidos sterlingorum infra octavas beate Marie Magdalene in ecclesia conventuali de Ledes sub pena decem solidorum solvendorum simul cum principali si in solucione prenominata dictis loco et termino defecerint. Ita quidem quod solutis dictis quinque solidis nichil amplius licebit prefatis priori et conventui de Ledes vel vicario ecclesie sue de Enherst qui pro tempore fuerit a prenominatis priore et conventu de Cumbwell exigere in futurum. Si vero dicti prior et conventus de Cumbwell aliquos de novo infra limites parochie predictorum priori et conventui de Cumbwell iure parochiali salvis dictis priori et conventui de Ledes prenominatos infeodaverint, subiacebunt ecclesie de Enherst iure parochiali. Simili modo si prior et conventus de Ledes aliquos infeodaverint in terris supradictis ecclesie de Thornham subiacebunt, et decimis maioribus de ipso feodo provenientibus. Renunciant autem partes utreque omni actioni appellacioni et omni iuris beneficio super premissis sibi competentibus et omnia supradicta fideliter et sine fraude et dolo servare promiserunt imperpetuum. Et ne aliquo in posterum quod absit mencione dissolvantur, in cuius rei geste signa utriusque capituli huic scripto cyrographato apposita. Actum apud Ledes Anno gracie M° CC° vij° x kl. Marcii. Nos igitur dictam composicionem ratam habentes eam auctoritate Cantuariensis ecclesie confirmamus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi. Dat. apud Hallow quarto Idus Januarii Pontificatus nostri Anno quinto.

Composicio super ecclesia de Hene.

Universis presentes litteras inspecturis ffrater Johannes permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos vidisse et diligenter examinasse quasdam litteras et munimenta religiosorum virorum prioris et conventus de Cumberwell non cancellata non abolita non abrasa nec in aliqua sui parte viciata utriusque sigillis et integris sigillata que etiam ad perpetuam rei memoriam fecimus presentibus annotari. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Stephanus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis salutem in Domino. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire quod cum ex inspectione carte Almarici de Landis dilectis filiis canonicis de Cumberwell de ecclesia sancti Georgii de Benyngdenn confecte nobis manifeste liqueret quod idem A. tanquam patronus ecclesiam illam cum pertinenciis suis et quicquid iuris in ea habuit dictis canonicis in puram et perpetuam elemosinam concessisset et eadem carta confirmasset, intelligentes quod ex donacione eiusdem A. memorati canonici ius tantum patronatus predicte ecclesie fuissent consecuti, cogitavimus quod ipsis canonicis propter honestatem religionis ipsorum in qua eos novimus in temporalibus esse tenues de eadem ecclesia graciam facere volumus ampliorem. Ideo quoque ecclesiam illam cum pertinenciis suis eis in proprios usus pia consideracione concessimus. Statuentes ut fructus et proventus decimarum in usus suos convertant. Salva vicaria centum solidorum quam ad sustentacionem capellani qui in eadem ecclesia tanquam vicarius ministrabit et ad presentacionem ipsorum canonicorum curam habebit animarum ac omnia onera eiusdem ecclesie racionabiliter sustinebit fecimus cum deliberacione secundum estimacionem ecclesie assignari. Quod ut ratum permaneat et inconcussum ad perpetuam eiusdem concessionis nostre firmitatem eam duximus presenti scripto et sigilli nostri apposicione muniendam. Hiis testibus magistro W. de Bardeney, Magistro R. de Tylu Cicestrensi Archidiacono, Magistro Helia de Derham, Roberto de Bristollia, Magistro Thoma Officiali nostro, Magistro Waltero de Eynesham, Magistro Willelmo de Branton, Willelmo de Fosto, Karolo de Kent, Rogero de ponte Aldemari, Johanne de Walham et aliis.

Benyngdenn

Capenesse.

Item Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis E. permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius

Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis salutem in domino. Noveritis nos quantum ad nos pertinet deo et ecclesie beate Marie Magdalene de Cumbewell canonicis ibidem deo servientibus decimas de Capenesse caritatis intuitu contulisse. In cuius rei testimonium has litteras nostras sigillo nostro signatas eisdem canonicis duximus concedendas. Valete.

Henere

Item Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis S. permissione divina Cantuariensis ecclesie minister humilis totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis salutem in domino sempiternam. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire quod cum vacante nuper ecclesia de Henere dilecti filii prior et conventus de Cumbwell quibus bone memorie Willelmus de Henere contulit ius patronatus ecclesie illius sicut in ipsius carta prospeximus contineri. Accedente postmodum consensu communi fratrum eiusdem Willelmi qui concessioni ille adhibuerunt consensum suum clericum quem ad eandem ecclesiam presentarent poterent admitti. Nos quamvis ad nos diceretur ius illud patronatus spectare nihilominus concessioni illi consensum duximus adiungendum. Unde ad presentationem ipsius prioris et conventus tanquam legitimorum patronorum ecclesie illius admisimus dilectum filium Robertum de Bristollis capellanum ad ecclesiam illam. Ordinantes nihilominus intuitu caritatis et ob favorem gloriose Magdalene patrone eorum ut idem prior et canonici perpetuo percipiant nomine beneficii viginti solidos annuos a persona qui pro tempore fuerit ecclesie memorate, ita quod decem solidi solvantur in Natale Domini et alii decem solidi in Nativitate sancti Johannis Baptiste. Et quod hanc solutionem fideliter faciet iurabit quilibet qui persona fuerit ecclesie de Henere in institutione sua. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus et sigillo nostro signari. Testibus magistris Stephano de Ekton cancellario, Thoma officiali Cantuariensi, Elia de Derham, priore sancti Gregorii Cantuariensis, Johanne capellano nostro, R. de Pening, Egidio de Bristollis, Huberto capellano de Plukele et multis aliis. Actum anno domini millesimo ducentesimo vicesimo quinto. Nos autem predecessorum nostrorum vestigiis inherentes ut dictorum religiosorum quieti et prosperitati salubrius in posterum consulatur, prescripta omnia et singula sicut rationabiliter acta sunt rata habentes et firma ea auctoritate metropolitica confirmamus et presentis scripture patrocinio communimus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud Otteford iij Nonas Aprilis anno domini millesimo ducentesimo octogesimo septimo, ordinationis nostre nono.

De con[illegible]matione
super ecclesia parochiali
de Aldyngton.

Universis presentes litteras inspecturis frater Johannes permissione divina Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra nos inspexisse et diligenter examinasse quasdam litteras et munimenta religiosorum virorum prioris et conventus de Cumbwell non cancellata non abolita non abrasa nec in aliqua sui parte viciata et veris ac integris sigillis sigillata, que etiam ad perpetuam rei memoriam fecimus presentibus annotari. Universis sancte matris ecclesie filiis Ricardus dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus salutem. Cum exquisitis calumpniantium versutiis veritas multipliciter impugnatur, vix invenitur hodie qui sic possessionis quietem obtineat, necesse est instrumentis autenticis ea roborari que ex aliquorum munificentia rationabiliter fuisse collata noscuntur. Ea propter dilectos filios nostros abbatem de Cumbewell et fratres ibidem deo et sancte Marie Magdalene canonice servientes caritatis sinceris brachiis amplectentes in Christo omnia que ipsis sub nostra iurisdictione rationabiliter donata sunt integra eis et illibata servare volentes confirmamus eis omnia que Robertus de Thornham eisdem fratribus rationabiliter dedit in liberam et perpetuam elemosinam scilicet Henle que est sedes ecclesie, et ecclesiam sancte Marie de Tornham et ecclesiam sancte Marie de Buthelle cum omnibus earundem ecclesiarum pertinentiis et in Tornham quandam terram que vocatur Hoc et Easthyre et super montes de Tornham viginti acras. Preterea ex propria donatione Stephani filii predicti Roberti quam ipse concessit et dedit predicte ecclesie et fratribus ibidem deo servientibus in liberam et perpetuam elemosinam decem acras in Buchelle de proprio dominio suo et in Tornham super montes duas acras. Hec autem omnia sicut eis concessa sunt et donata a predictis dominis fundi et cartis eorum rationabiliter confirmata sicut carte eorundem testantur, ita ea nostre auctoritatis munimine roboramus quatinus predicte ecclesie et memoratorum fratrum possessio tot instrumentorum vallata presidiis nulla in posterum calumpniatorum malicia vacillatur. Quecumque etiam in posterum prefata ecclesia iuste et canonice poterit adipisci sub protectione dei et sancte Cantuariensis ecclesie et nostra suscipimus, prohibentes ut quis eis vel possessionibus suis iniuriam aliquam seu molestiam inferre presumat. Testibus Waltero abbate de Boxle, Roberto de Novo Burgo, Benedicto cancellario, magistro Gerardo, Helewyno et Radulfo monachis, Amicio archidiacono Rothomagensi, magistro Thoma Ebroicensi, magistro Petro Blesensi, Radulfo de Wyngeham, Willelmo de Northale, Herberto elemosinario, Willelmo Wynt, Willelmo Cadom, Amicio et Rogero clericis, Stephano de Tornham, Michaele de Tornham. **Item** Ricardus dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas universis sancte matris ecclesie filiis ad quos littere iste pervenerint eternam in domino salutem. Adeo modernorum temporibus execrabilis ardor ambitionis invaluit ut ea que canonice acta sunt calumpniantium versutias vitari non possint nisi memorialibus scriptis et testium ydoneitate muniantur. Ea propter ad omnium volumus pervenire notitiam quod cum Dyonisia advocata ecclesie de Bransfeld dilectos filios nostros abbatem et canonicos de Cumbewelle nobis ad eandem ecclesiam presentasset, nos de concessione et plena voluntate dilecti filii nostri Thome clerici filii et heredis memorate Dyonisie qui ultima eiusdem ecclesie persona fuerat facta prius resignatione eiusdem ecclesie per prefatum Thomam in manum nostram predictos abbatem et canonicos de Cumbewell ad supradictam ecclesiam liberam et vacantem admisimus et eos in ea canonice sine omni contradictione instituimus. Volumus itaque et ea qua fungimur auctoritate precipimus quod idem canonici prescriptam ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus ita bene et plene libere et in pace possideant imperpetuum sicut eam aliquis unquam ante illos melius et plenius ac liberius possedisse dinoscitur. Et ut hec nostra institutio firma imperpetuum et inconvulsa permaneat nos eam presentis scripti nostri annotatione et sigilli nostri munimine duximus roborari. Hiis testibus magistro Petro Blesensi archidiacono Bathoniensi, Willelmo archidiacono Glocestrensi, magistro Henrico de Northampton, magistro Roberto de Inglesham, magistro Rogero de Rolvest, magistro Rogero Norwycensi, Willelmo de Sotyndon, Petro de Lund, Ganfrido Forti, Rogero decano de Cranebroc et aliis. **Item** Ricardus dei gratia Cantuariensis archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint eternam in domino salutem. Que a nobis canonice gesta sunt ne posteris temporibus in dubium revocentur presentis scripti memorie duximus commendanda. Ea propter ad omnium notitiam volumus pervenire nos ad petitionem et presentationem Willelmi filii Heltonis concessisse et dedisse in liberam et perpetuam elemosinam ecclesie beate Marie Magdalene de Cumbewell et fratribus ibidem divino mancipatis servicio ecclesiam beati Petri de Aldyngton cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus. Quare volumus et ea qua fungimur auctoritate precipimus ut predicta ecclesia de Cumbewell et fratres eiusdem loci prelibatam ecclesiam de Aldyngton cum universis cum pertinentiis in liberam et perpetuam possideant elemosinam. Et ut hec donacio firma et inconcussa permaneat eam presenti carta confirmamus Statuentes et sub interminacione anathematis prohibentes ne quis hanc nostre confirmacionis paginam infringere vel ei aliquatenus temere et contra iuris ordinem obviare presumat. Testibus hiis Waltero Baiocensi, Willelmo Glovernie archidiaconis; Willelmo et Mauricio capellanis; Henrico Baiocensi; Magistro Rogero Norwic'; Ricardo et Galfrido clericis; Willelmo Sotewayne; Benedicto; Johanne; Willelmo Bernino et aliis pluribus clericis ac laicis. Nos autem predecessorum nostrorum vestigiis inherentes ut eorum religiosorum quieti et prosperitati salubrius imposterum consulatur, prescripta omnia et singula sicut racionabiliter acta sunt rata habentes et firma ea auctoritate metropolitica confirmamus et presentis scripture patrocinio communimus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Vale. Dat' apud Maghefeud iiijto Idus Marcii Anno Domini Millesimo Ducentesimo Octogesimo sexto, Ordinacionis nostre Nono.

Confirmacio Clementis

Clemens Episcopus Servus servorum dei Dilectis filiis Abbati de Cumbwell eiusque fratribus tam presentibus quam futuris Regularem vitam professis imperpetuum. Quociens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur animo nos decet libenti concedere et petencium desideriis effectum congruum impertiri. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam de Cumbwell in qua divino estis obsequio mancipati sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini Regulam in eadem ecclesia noscitur institutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia impresenciarum iuste et canonice possidet aut infuturum concessione pontificum, largicione Regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinenciis suis ex donacione Roberti de Turnham et Stephani filii sui. Ecclesiam sancte Marie de Turnham. Ecclesiam sancte Marie de Buthelle cum omnibus earum pertinenciis. In Turnham terram que vocatur Hoc et Esthreia et super montem de Turnham viginti acras terre, decem acras in Buthelle et in Turnham super montem duas acras ex donacione predicti Roberti et Stephani filii eius. De dono Roberti filii Wolfanni et confirmacione Hilarii Cicestrensis episcopi quicquid habetis in ecclesia sancti Petri de Hastynge. Ecclesiam sancte Trinitatis de Wolliestune ex donacione Willelmi filii Heltonis terram de Heremdenne in boscis et planis et pascuis et pasturis in viis et semitis in aquis et in omnibus aliis locis. Ecclesiam sancti Petri de Aldintun cum pertinenciis suis ex donacione Johannis comitis de Augo. Redditum de mansura de Hiham videlicet unam marcam argenti et duos solidos quos Sansun de Estlyng annuatim reddere. Et ex donacione eiusdem Johannis comitis Augi et Adeliz uxoris eius terram de Crohcrst cum omnibus pertinenciis suis. Ex donacione Walteri Mamnot terram que vocatur Eilchewisle cum pertinenciis ad luminaria ecclesie vestre. Ex donacione Danielis de Crevequer terram de Hertle quam Frewinus tenuit. Ex donacione Michaelis de Turnham terram que vocatur Rathele cum pertinenciis suis in boscis planis aquis et aliis locis. Ex donacione Alani de Castellum de assensu Hugonis de Piraris et uxoris eius Adelidis illam partem terre de Colrede que defendit se pro quarta parte unius militis quam Walo Mamnot eidem Alano dederat pro servicio suo. Ex donacione Ansfredi de sancto Martino illam virgatam terre quam tenuit Eilwoldus porcarius et Bolemannus filius eius. Ex donacione Walteri filii Ansfredi decimam Leff' de Peat et Edwini de Brigmenden cum prenotata decima et terram que vocatur Pedwoldindenne cum pertinenciis suis. Ex donacione Rogeri de Wadenhale filii Hamonis de Teustede quinque solidos annuos quos Ashetillus filius Ansfredi et heredes sui imperpetuum reddere tenentur. Ex donacione Lamberti de Scotenie duodecim denarios de redditu molendini de Smithope et unam acram terre ad capellam sancti Thome Martiris. Ex donacione Ansfredi de Cretune quoddam mesuagium in Tunbrigge proximum quod sunt prope barram scilicet terram quam tenuit Eadwine Hunte et Lunt uxor eius. Ex donacione Eustachii Merewrde quinque solidos in prenotata villa et duodecim denarios apud Elive. Ex donacione Dionisii de Brauffelde et Thome filii sui ecclesiam de Brauffelde cum omnibus pertinenciis suis et assensu diocesani episcopi. Ex donacione Engelrammi de Frestrunella duodecim denarios quos annuatim reddet Henricus de Hadlege et heredes sui. Ex donacione Petri de Buresto quinque solidos de reditu suo de Hida de Home quam tenuit a patruo Petro de Talewrd. Ex donacione Petri de Talewrde duos solidos quos Edwine filius Algar de la Rysse reddere solebat. Ex donacione Wiani de Lamulle consensu Willelmi filii sui et heredibus quinque solidos de molendino de Westreham. Ex donacione Walteri de Scotene duodecim denarios de redditu suo de Cattele. Ex donacione Radulfi de sancto Leodegario duos solidos de censu. Ex dono Henrici de Radmundenne duodecim denarios. Ex donacione Rogeri comitis Clarensis redditum quem reddidit Johannes filius Eadwini de mesuagio quod tenuit in vita sua iuxta portam in exitu burgi de Tunbregge versus nord. Ex donacione Gilleberti de Baillel duodecim denarios de redditu Godardi de Smelham. Ex concessione Willelmi de Wigeselle duo prata quorum unum fuit Wolfwini et aliud Elfwoldi. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos absque contradiccione aliqua retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clausis ianuis non pulsatis campanis exclusis excommunicatis et interdictis suppressa voce divina celebrare. Libertates eciam et immunitates ecclesiasticas secularium personarum racionabiliter vestre ecclesie indultas et antiquas et racionabiles consuetudines in ecclesia vestra hactenus observatas ratas habemus easque perpetuis temporibus illibatas permanere censemus. Prohibemus insuper ne quis in vos vel ecclesiam vestram excommunicacionis suspensionis aut interdicti sentenciam sine manifesta et racionabili causa promulgare presumat. Sepulturam preterea ipsius ecclesie liberam esse decernimus ut eorum devocioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint nullus obsistat salva tamen iusticia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subrepcionis astucia seu violencia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ne quis infra fines locorum seu grangiarum vestrarum furtum rapinamve committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere seu aliquam violenciam temere audeat exercere. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexacionibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacioni ac sustentacioni concessa sunt vsibus omnimodis profutura, Salua sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit secundo tercio ve commonita nisi reatum suum congrua satisfaccione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi quatinus et hic fructum bone accionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen. Dat Lateran per manum Moysi sancte Romane ecclesie subdiaconi vicem agentis cancellarii xj kl aug Indiccione sexta Incarnacionis dominice anno m c lxxxviij. Pontificatus vero domini Clementis pape iij anno primo ./.

Ecclia appropriat Mon de Tyntern

Ecclia omnium Scorum de Lydd.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere siue presens transumptum peruenerint frater Edmundus permissione diuina Abbas Monasterii Westmon prope London sedi apostolice nullo medio pertinentis Jurium et priuilegiorum Religiosorum virorum abbatum singulorum et Conuentuum ordinis Cisterciensis In anglia a dicta sede apostolica Indultorum Conseruator et Judex ab eadem sede vna cum certis collegis nostris cum illa clausula quatinus vos vel duo aut vnus vestrum per vos seu alium vel alios legitime deputatus. Salutem in domino sempiternam et fidem indubiam presentibus adhibere ad vestre vniuersitatis noticiam deducimus per presentes quod ex parte Religiosorum virorum Abbatis et Conuentus Monasterii beate Marie de Tinterna ordinis Cisterciensis Landauensis dioc fuit nobis non modica instancia supplicatum Vt cum ipsi Abbas et Conuentus quasdam literas Reuerendi patris et domini domini Oddonis miseracione diuina sancti Georgii ad velum aureum diaconi Cardinalis de columpna vulgariter nuncupati administratoris et commendatarii Monasterii beate Marie de gloria fflorum ordinis anagnine dioc per sedem apostolicam deputati sub sigillo suo oblongo necnon literas apostolicas literarum ipsius domini Oddonis confirmatorias more Romane curie bullatas coram nobis pro tribunali sedentibus realiter exhibitas et ostensas ipsos Abbatem et Conuentum contingentes quas non habuerunt nec habent vt asserunt nisi duplicatas ipsas In diuersis mundi partibus non modicum abinuicem distantibus portare et exhibere necesse habent et etiam eis vti possent quod huiusmodi litere dum pro earum portacione exhibicione et vsu huiusmodi portarentur propter pericula viarum discrimina maris pericula aliosque aduersos et diuersos casus fortuitos qui frequenter accidunt deperire. Prefatique Abbas et Conuentus propter dictarum literarum difficilem aut forsan impossibilem exhibicionem simul et semel in diuersis mundi partibus et multum distantibus vt prefertur graue periculum Incurrere possent et Jacturam ipsas literas et earum sigilla diligenter inspicere palpare et examinare curauimus et si ipsas literas sic inspectas palpatas et examinatas non viciatas non abolitas non cancellatas nec ipsas aut earum sigilla viciatas aut viciata nec in aliqua sui parte suspectas aut suspecta sed sana et integra Inuenerimus ipsas literas auctoritate nostra publicare et per Notarios publicos subscriptos transsumi transcribi siue exemplari Subscribi et in publicam formam redigi mandare eisque nostrum decretum Interposicionem dignaremur ad effectum vt huiusmodi transumpto sicut dictis literis originalibus in omnibus stetur et fides plenaria adhibeatur valeat vbilibet in agendis Quarum literarum verus tenor sequitur et sunt tales. Oddo miseracione diuina sancti georgii ad velum aureum diaconus Cardinalis de Columpna vulgariter nuncupatus administrator et commendatarius monasterii sancte marie de gloria florum ordinis anagnine dioc per sedem apostolicam deputatus Vniuersis et singulis ad quos presentes litere nostre peruenerint Salutem in domino. Dum in mente reuoluimus et attenta consideracione pensamus quantum meritis efficitur particeps qui bonorum operum se constituit adiutorem dignum ymo meritorium reputamus vt illis qui monasteriorum et piorum locorum ac personarum in ipsis sub religionis obseruancia assidue vacancium studio pie vite comodum et vtilitatem respiciunt oportunum fauorem auxilium Impendamus Sane cum olim pie memorie Gregorius papa nonus fundator Monasterii sancte marie de gloria florum ordinis anagnine dioc quod ex concessione sedis apostolice ad presens tenemus In commendam omnium sanctorum de Lydde et sancti Leonardi de Magor Cant et Landauensis dioc ecclesias cum omnibus Juribus et pertinenciis suis per priuilegium apostolicum speciale eidem monasterio inperpetuum concessisset et postmodum pro parte Abbatis et Conuentus eiusdem Monasterii qui tunc erant felicis recordacionis Johanni pape xxij dicti gregorii pape successori expositum fuisset fructus redditus et prouentus ecclesiarum predictarum fore diminutos et quod ad vtilitatem dicti Monasterii de gloria quasi annichilatos prefatus Johannes papa eisdem Abbati et Conuentui de gloria vt ecclesias predictas Abbati et Conuentui de Tinterna Cisterciensis ordinis dicte Landauensis dioc pro certa summa pecunie ipsis Abbati et Conuentui Monasterii de gloria annuatim soluenda inperpetuum affirmare possent liberam concessit facultatem. Cum autem sicut nobis Innotuit ecclesie predicte propter guerras et malicias temporum aut alias calamitates que partes illas diutius afflixerunt eidem monasterio de gloria quasi nullius vtilitatis seu comodi fuerint seu existant Nos igitur et conuentus dicti monasterii de gloria considerantes ex hac Indempnitate nullimodo eidem monasterio prouenire ac cupientes idem monasterium de gloria a cura earum et earum oneribus penitus exonerare ex certis racionabilibus causis animum nostrum mouentibus et vtilitatem dicti Monasterii de gloria concernentibus ex certa sciencia matura deliberacione et diligenti tractatu super hiis vna cum dilectis nobis in Christo fratre Johanne priore et fratre paulo suppriore totoque conuentu dicti Monasterii de gloria prehabitis et ad id ipsorum Conuentus accedente consensu pro euidenti vtilitate eiusdem monasterii de gloria ecclesias prefatas ac omnimodas acciones reales et personales iura et debita in illis dicto monasterio de gloria ab eius primeua fundacione competencia ab eodem monasterio de gloria auctoritate nostra ordinaria et apostolica nobis in hac parte commissa penitus abdicantes illa iura et dicti Monasterii de gloria eiusque conuentus et successorum nobis in eodem monasterio succedencium in Jus et proprietatem monasterii de Tinterna prelibati pro perpetuis futuris temporibus eisdem auctoritatibus transferimus ac nichilominus ecclesias prefatas que per perpetuos vicarios gubernantur cum omnibus Juribus et pertinenciis

eidem Monasterio de Tinterna auctoritatibus predictis imperpetuum appropriamus annectimus unimus et incor-
poramus Ita quod liceat extunc eisdem Abbati et Conventui Monasterii de Tinterna per se vel alium seu alios corporalem
possessionem ecclesiarum Juriumque et pertinenciarum predictorum auctoritate propria libere apprehendere et perpetuo retinere ipsasque
ecclesias cedentibus vel decedentibus perpetuis vicariis earundem vel vicarios huiusmodi quomodolibet dimittentibus
per idoneos Monachos dicti Monasterii de Tinterna ad nutum abbatis eiusdem Monasterii pro tempore existentis ponendos
et amovendos qui parochianorum earundem ecclesiarum animarum curam gerant et deo inibi deserviant laudabiliter
in divinis regere facere et gubernari Omnesque fructus redditus et proventus dictarum ecclesiarum in usus eorum
et ipsius Monasterii de Tinterna convertere et etiam deputare ordinariorum locorum vel cuiuscumque alterius licencia super
hoc minime requisita proviso tamen quod ecclesie prefate debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis nulla-
tenus negligatur Quodque abbas et conventus de Tinterna predicti episcopalia Jura solvere aliaque earundem ecclesiarum
onera consueta supportare teneantur eorundem tamen privilegiis in omnibus semper salvis In quorum omnium fidem et
testimonium presentes literas fieri nostrique sigilli appensione mandavimus communiri Dat' Urbeveteri in palacio episcopali quinta
decima die mensis May Anno domini millesimo quadringentesimo terciodecimo Indictione sexta pontificatus sanctissimi
in christo patris et domini nostri domini Johannis divina providencia pape xxiij anno tercio **Johannes** episcopus
servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam Sedis apostolice providencia circumspecta personas sub religionis
observancia vacantes assidue studio pie vite benigno favore prosequitur et ea que pro conservacione ipsarum comodi-
tatibus provida deliberacione gesta sunt ut illibata persistant apostolico consuevit Munimine roborare Sane petitio
pro parte dilectorum filiorum Abbatis et Conventus Monasterii beate Marie de Tinterna Cisterciensis ordinis Laudanensis dioc'
nobis nuper exhibita continebat quod cum olim felicis recordacionis Gregorius papa duodecimus predecessor noster ac
fundator Monasterii sancte Marie de Gloria Florensis ordinis [illegible] dioc' quod dilectus filius noster Oddo sancti Georgii
ad velum aureum diaconus Cardinalis ex concessione sedis predicte ad presens tenet in comendam cum sanctorum de
Lede et sancti Leonardi de Mayor Cantuariensis et Laudanensis dioc' ecclesias eidem Monasterio de Gloria imperpetuum
concessisset Et postmodum pro parte Abbatis et Conventus ipsius Monasterii de Gloria qui tunc erant pie memorie
Johanni pape xxiij etiam predecessori nostro expositum fuisset fructus redditus et proventus ecclesiarum predictarum
fore diminutos et quo ad utilitatem dicti Monasterii de Gloria quasi adnichilatos prefatus Johannes predecessor eisdem
Abbati et Conventui de Gloria ut ecclesias predictas Abbati et Conventui Monasterii de Tinterna prefati qui tunc erant
pro certa pecunie summa dictis Abbati et Conventui Monasterii de Gloria promittendis soluta imperpetuum affirmare
possent liberam concesserat facultatem quodque eidem Cardinali innotuerat ecclesias predictas propter guerras et
malicias temporum ac alias calamitates que partes illas diucius afflixerant ipsi Monasterio de Gloria quasi
nullius utilitatis seu comodi fore dictus Cardinalis ex certis racionabilibus causis animum suum moventibus matura
deliberacione et diligenti tractatu super hiis una cum dilectis filiis Johanne priore et paulo Supriore totoque
Conventu dicti Monasterii de Gloria prehabitis et ad id ipsorum accedente consensu pro evidenti utilitate eiusdem
Monasterii de Gloria ecclesias prefatas ac omnia actiones reales et personales Juraque debita in illis dicto
Monasterio de Gloria ab eius primeva fundacione competencia ad eodem Monasterio de Gloria penitus abdicando
illa suo et dicti Monasterii de Gloria eiusque Conventus et successorum suorum in eodem Monasterio nominibus in Jus et
proprietatem Monasterii de Tinterna prelibati pro perpetuis temporibus transtulit ac nichilominus ecclesias
prefatas que per perpetuos vicarios gubernantur cum omnibus Juribus et pertinenciis suis eidem Monasterio de Tinterna
imperpetuum appropriavit annexuit univit et incorporavit prout hec et alia quibusdam autenticis literis
inde confectis eiusdem Cardinalis sigillo munitis plenius continetur Quare pro parte Cardinalis et
Conventus Monasterii de Gloria necnon Abbatis et Conventus de Tinterna predictorum nobis fuit humiliter supplicatum
ut pro firmiori subsistencia premissorum abdicacioni translacioni appropriacioni annexioni unioni et incorporacioni
predictis ac aliis in eisdem literis contentis robur apostolice confirmacionis adicere ac alias ipsis abbati et Conventui
Monasterii de Tynterna super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur huiusmodi
supplicacionibus inclinati abdicacionem translacionem appropriacionem annexionem unionem et incorporacionem
predictas et quecumque inde secuta necnon omnia et singula in dictis literis contenta rata habentes et grata
illa auctoritate apostolica ex certa sciencia de consilio fratrum nostrorum confirmamus et presentis scripti presidio communimus
Supplentes omnes defectus si qui forsan intervenerint in eisdem Ita quod liceat extunc eisdem Abbati et Conventui
Monasterii de Tinterna per se vel alium seu alios ecclesiarum Jurium et pertinenciarum predictorum possessionem corporalem
auctoritate propria libere apprehendere et perpetuo retinere ipsasque ecclesias cedentibus vel decedentibus perpetuis
vicariis earundem qui nunc sunt vel vicarias suas alias quomodolibet dimittentibus per idoneos monachos
ipsius Monasterii de Tinterna ad nutum Abbatis eiusdem Monasterii pro tempore existentis ponendos et amovendos
qui parochianorum earundem ecclesiarum animarum curam gerant et deo inibi deserviant laudabiliter in divinis regere
facere et etiam gubernari Omnesque huiusmodi fructus redditus et proventus dictarum ecclesiarum in usus eorum
et ipsius Monasterii de Tinterna convertere et etiam deputare ordinariorum locorum vel cuiuscumque alterius licencia
super hoc minime requisita non obstantibus constitucionibus et ordinacionibus apostolicis aut legatorum eius ac aliis in
contrarium quibuscumque Volumus autem quod ecclesie predicte debitis propterea non fraudentur obsequiis et
animarum cura in eis nullatenus negligatur quodque Abbas et Conventus Monasterii de Tinterna predicti episcopalia
Jura solvere ac alia ipsarum ecclesiarum onera consueta supportare teneantur eorundem tamen ordinis et Monasterii privilegiis
in omnibus semper salvis Et insuper extunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate
scienter vel ignoranter contigerit attemptari Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis
communicionis supplecionis voluntatis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem
hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit
incursurum Dat' Bononie ij Non' Marcii pontificatus nostri anno quarto Nos igitur Edmundus Abbas et
conservator antedictus dictorum Abbatis et Conventus de Tinterna supplicacionibus inclinati literas dicti reverendi
patris et domini domini Oddonis necnon literas apostolicas more Romane curie bullatas predictarum literarum confirmatorias
earumque sigilla eis appensa in Notariorum subscriptorum et testium infrascriptorum presencia palpavimus inspexi-
mus et examinavimus diligenter Et quia per palpacionem inspeccionem et examinacionem huiusmodi dictas literas non

abrasas non abolitas non cancellatas nec ipsas aut eorum sigilla in aliqua sui parte suspectas seu suspecta viciatas seu viciata sed omni prorsus sinistra suspicione carentes et carens invenimus ne dictis Abbati et conventui propter casus predictos vel aliquem eorundem probacionis copia imposterum auferatur Idcirco ad omnem iuris effectum qui inde sequi poterit pro tribunali sedentes nostris auctoritate et decreto publicavimus literas antedictas ac ipsas per magistros Thomam Manyell curie Cant procuratorem generalem ac Johannem Myll utriusque iuris Bacallarium publicos auctoritate apostolica notarios subscriptos scribas nostros in hac parte assumptos transsumi transcribi sive exemplari subscribi et in publicam formam redigi eorumque signis consuetis signari mandavimus et huic exemplari cuiquidem transumpto transcripto sive exemplato una cum dictis literis originalibus fideliter et collacionato et in publicam formam redacto tantam fidem adhiberi sicut ipsis literis originalibus iudicialiter et extra iure possumus decrevimus et per presentes decrevimus ubilibet in agendis. In quorum omnium testimonium huic instrumento publico sive transumpto sigillum nostrum presentibus apposuimus Dat et acta in camera nostra conventuali Anno domini secundum cursum et computacionem ecclesie anglicane millesimo ~~cccc~~ quadragesimo primo Indiccione quinta pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providencia pape quarti Anno undecimo mensis Februarii die decimo septimo presentibus discretis viris Johanne Bokyngham Johanne Broke et Simone Crowland literatis London dioc testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Thomas Manyell clericus Bathonen et Wellen dioc curieque Cant procurator generalis publicus auctoritate apostolica Notarius predictarum literarum exhibicioni ostensioni palpacioni inspeccioni et examinacioni publicacioni quoque ac decreti interposicioni ceterisque premissis omnibus et singulis suprascriptis dum sic ut premittitur per ipsum reverendum patrem dominum Edmundum Abbatem et Conservatorem predictum et coram eo sub Anno domini Indiccione pontificatu mense die et loco antedictis agebantur et fiebant una cum magistro Johanne Myll in utroque Bacallario et notario publico subscripto et testibus suprascriptis presencialiter interfui eaque sic fieri vidi et audivi ac de mandato ipsius reverendi patris huiusmodi literas transsumi et exemplari scripsi et in hanc publicam formam redegi facta inde diligenti et fideli collacione de prefatis literis originalibus una cum transumpto sive exemplari huiusmodi ea in omnibus concordare inveni hic que me subscripsi signo ac nomine meis solitis et consuetis una cum eiusdem reverendi patris domini Abbatis Conservatoris predicti sigilli appensione signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Henricus dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes littere pervenerint Salutem. Inspeximus litteras patentes domini Henrici nuper Regis Anglie Septimi patris nostri precarissimi factas in hec verba. Henricus dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie. Omnibus ad quos presentes littere pervenerint Salutem. Inspeximus litteras patentes domini E. nuper Regis Anglie quarti post conquestum factas in hec verba. Edwardus dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem. Inspeximus litteras patentes domini Ricardi nuper Regis Anglie secundi post conquestum factas in hec verba. Ricardus dei gracia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes littere pervenerint Salutem. Inspeximus quandam certificacionem nobis in Cancellariam nostram per Thesaurarium et Barones de Scaccario de mandato nostro missam in hec verba. Placita de iuratis et assisis coram Henrico de Stanton Willelmo de Ormesby Henrico Spygurnell Johanne de Mutford et Willelmo de Goldyngton Justiciariis domini Regis itinerantibus apud Cantuar in Comitatu Kanc in Octabis Nativitatis Sancti Johannis Baptiste Anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi sexto. Prior Sancti Martini de Dovorr summonitus fuit ad respondendum domino Regi de placito quo waranto clamat habere visum franciplegii emendas assise panis et cervisie fracte et wreccum maris in manerio suo de Dale et visum franciplegii emendas assise panis et cervisie fracte pillorium et tumbrellum theolonium et wreccum maris in villa Sancte Margarete etc. Et prior per attornatum suum venit et quo ad predictas libertates in predicta villa de Dale dicit quod ipse et predecessores sui a tempore quo non extat memoria habuerunt easdem libertates et illis usi sunt sine interrupcione ut sunt et eo waranto clamant libertates illas etc. Et quo ad predictas libertates in predicta villa Sancte Margarete dicit quod libertates ille allocate fuerunt in ultimo itinere J. de Berewik et sociorum suorum Justiciariorum itinerancium hic etc. Et super hoc scrutatis Rotulis J. de Berewik de itinere predicto etc. Compertum est quod idem Prior clamavit habere visum franciplegii emendas assise panis et cervisie fracte Et ea racione pillorium et tumbrellum tantum et quod ipse et predecessores sui a tempore quo non extat memoria libertatibus illis usi fuerunt. Et quo ad residuas libertates scilicet wreccum maris et theolonium quod idem prior nunc clamat scilicet percipiendi de singulis personis existentibus in navibus applicantibus ibidem ex consuetudine duos denarios etc. Compertum est quod idem Prior in predicto itinere non apposuit clameum de eisdem wrecco maris et theolonio etc. Ideo inde ad iudicium etc. Postea predictus Prior dat viginti solidos pro habenda inquisicione etc. Ideo inquiratur. Jur de hundr de Bewesberghe et Cornilo dicunt super sacramentum suum quod predictus Prior et predecessores sui a tempore quo non extat memoria habuerunt omnes libertates predictas sicut ipsi clamant etc. et illis usi sunt sine interrupcione ut sunt. Ideo predictus Prior inde sine die salvo iure Regis etc. Nos autem certificacionem predictam ad requisicionem dilecti nobis in Christo Johannis Newenham prioris loci predicti tenore presencium duximus exemplificandam. In cuius Rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo nono die Maii Anno regni nostri tercio. **Inspeximus eciam** quasdam alias litteras patentes eiusdem domini R. scđi in hec verba. Ricardus dei gra Rex Anglie et Ffrancie et dominus Hibernie Omnibus ad quos presentes lre pervenerint salutem. Inspeximus litteras patentes domini E. quondam Regis Anglie proavi nri in hec verba. Edwardus dei gra Rex Anglie dominus Hibernie et Dux Aquit. Omnibus ad quos presentes lre pervenerint salutem. Inspeximus cartam quam celebris memorie dns H. quondam Rex Anglie progenitor nr fecit in hec verba. Henricus dei gra Rex Anglie et Dux Norman et Aquit et Comes Andeg. Archiepis Episcopis Abbatibus Comitibus Baronibus Justiciariis Vicecomitibus ministris et universis fidelibz suis francis et Anglis totius Anglie Saltm. Sciatis me concessisse et confirmasse in elemosinam et ppetuam possessionem deo et ecclie Xpi Cantuar et Archiepo Theobaldo et omnibus successoribz eius sibi canonice substituend ecclesiam beati Martini de Dovera cum omnibz que ad eam ptinent in terra et in mari in theolonio cum veteri decima allecium et cum nova decima piscacionis totius anni quam Burgenses Dovor dederunt et super altare optulerunt et cum omnibz aliis ptinen suis quas in presenti possident vel in futur iuste adquirere poterunt pro salute anime mee et parentum meorum et pro remissione peccatorum meorum et pro statu et incolumitate Regni mei et precipue pro anima Regis Henrici avi mei eiusdem ecclie primi donatoris. Statuto ergo et regia auctoritate corroborando precipio ut ordo monasticus in predca ecclia beati Martini aucte bone memorie Innocencii pape et Theobaldi Cantuar Archiepi institutus secundum Regulam bti Benedicti inviolabiliter decetero imperpetuum conservetur. Nec ulli hominum omnino liceat ulterius ecclesiam predictam in alterius religionis ordinem transmutare. Volo etiam et regia auctte precipio ut supedca ecclia beati Martini in manu et dominio Theobaldi Archiepi et omn successorum sibi Archiepiscoporum semp permaneat et nullum nisi Cantuar Archiepm dispositorem ordinatorem exterior vel interior unquam habeat. Quare volo et precipio qd bene et in pace et honorifice et libere et quiete teneant in bosco et in plano in agris et molendinis in viis et semitis in pasturis et exitibz in mercatis et theoloneis in Civitate et extra et in omnibus locis cum soca et saca et thol et them et infangenetheof et cum omnibz aliis libertatibus cum quibus aliqua ecclia melius de me tenet in capite. Teste Rogero Archiepo Ebor. N. Elien Epo. Rodberto Lincoln Epo. Thoma Cancellar Johanne Eboracen Thes Rogero filio Comitis Glouc Rico Pictav Archidiac Ffroger Archidiac. Nicol de Hainun Comit Regin Corn. Hug Henrico de Essex Constabulario Rico de Hum Rodb de Dunstanvil Manasser Biset Dap. Willmo de Bell. Henrico de Pom. Johanne Marisc apud Doveram. Inspexim etiam cartam confirmacionis quam bone memorie Dominus H. dudum Rex Anglie avus nr fecit in hec verba. H. dei gra Rex Anglie Dominus Hibernie Dux Norman et Aquit Comes Andeg Archiepis Episcopis Abbatibus Prioribz Comitibz Baronibus Justiciariis Vicecomitibz Prepositis ministris et omnibus Ballivis et fidelibus suis Salutem. Inspeximus cartam H. Regis avi nri in hec verba. Henricus dei gra Rex Anglie Dux Norman et Aquitan et Comes Andeg preposito et ministris suis de Dovera salutem. Sciatis qd nemini perdono illam partem de theolonio que ptinet ad monachos sancti Martini de Dovera nisi tantummodo illam partem que ad me ipsum pertinet de dominio meo. Quia elemosinam sancti Martini nolo diminuere. T. magro Waltero Const Archid Oxon apud Doveram. NOS igitur predcam concessionem ratam et gratam hentes eam concedimus et sigillo nro confirmamus sicut carta predca H. Regis quam predci Monachi inde hent racionabiliter testatur. Hiis testibus J. Comite Linc Constabul Cestr. Simone de monte forti Amaurico de sancto Amando. Galfro Despens Henrico de Capella Galfro de Caux Willmo Gernun et aliis. Dat per manum venerabilis patris R. Cicestr Epi Cancellarii nri apud Westm vicesimo die May Anno regni nri vicesimo primo.

NOS autem concessiones et confirmationem predcas ratas hentes et gratas eas pro nobis et heredibus nris quantum in nobis est concedimus et confirmamus sicut carte predce racionabiliter testantur. In Cuius Rei testimonium has litteras nras fieri fecimus patentes. Teste me ipo apud Westm quarto die May Anno regni nri octavo. Inspeximus etiam alias litteras patentes domini E. nuper Regis Anglie avi nri in hec verba. Edwardus dei gra Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquit. Omnibus ad quos ptes lre pervenerint salutem. Inspeximus tenorem Recordi et processus habitorum coram Baronibz de Sccio domini E. nup Regis Angl avi nri in hec verba. Recordum coram Baronibus de Sccio de termino sancte Trinitatis Anno tricesimo quarto R. E. fil R. H. Kanc. ss. Rex mand bre suum Thes et Baron in hec verba. Edwardus dei gra Rex Anglie Dominus Hibernie et Dux Aquit Thes et Baronibus suis de Sccio salutem. Ex parte Prioris et Conventus sancti Martini Dovorr nobis est ostens qd licet ipsi per cartas progenitorum nostrorum quondam Regum Anglie que in conflictu inter Angligenas et Francigenas nuper apud Dovorr habito per ipos Francigenas capte fuerant et asportate percipere et here debeant et ipi et predecessores sui Priores et Conventus eiusdem loci semper hactenus a tempore confectionis Cartarum predictarum percipere et here consueverint medietatem exituum portus Dovorr et terciam partem theolonij provenien de mercato ville Dovorr singulis diebus Sabbi. Vos nichilominus iam de novo ipos Priorem et Conventum super percepcione medietat dictorum exituum dicti portus et etiam dicte tercie partis theolonij in ipsorum grave dampnum et exheredationem ecclie sue sancti Martini Dovorr inquietar et impedire ac Robtum de Burghersh Custod quinqz portuum in compoto suo quem ad Sccm predcm de exitibz Ballive sue est redditur tam de prefata medietate exituum dicti portus et predca tercia parte theolonij qm de alia medietate eorum exituum et de residuo dci theolonij ad nos ptinen onerare et illas de prefato Roberto ad opus num levari intenditis minus iuste. Et quia eisdem Priori et Conventui iniuriari seu dictum Robertum indebite pregravari nolumus in hac parte: Vobis mandamus quod si per inspectionem librorum aut aliorum memorandorum de dicto Scaccario seu per legalem inquisitionem inde per vos si necesse fuerit faciendam vobis constare possit prefatos Priorem et Conventum dictam medietatem exituum dicti portus et etiam dictam tertiam partem theolonii ut predicitur percipere et habere debere ipsosque et predecessores suos predictos eas semper hactenus a tempore confectionis cartarum predictarum percepisse et habuisse tunc vos ab huiusmodi inquietatione et impedimento inde prefatis Priori et Conventui faciendis desistatis ipsos medietatem et tertiam partem predictas percipere et habere permittentes prout percipere et habere debent et ipsi et predecessores sui predicti eas semper hactenus a tempore predicto percipere et habere consueverunt prefatum Robertum inde in compoto suo predicto totaliter exonerantes. Teste me ipso apud Wynton decimo die Maii anno regni nostri tricesimo quarto. Et pretextu istius mandati scrutatis libris et memorandis compertum est in Rubeo libro quedam certificatio portus Dovorr' in qua continetur inter cetera quod de theolonio transfretantium et applicantium Dovorr' Prior sancti Martini recepit dimidium. Et de dicto telon' in foro diei Sabbati idem Prior recepit tertiam partem et Rex duas partes et non est aliud inde compertum in libris seu memorandis ad presens etc. hac causa scrutatis et predictus Prior super hoc dicit quod predecessores Priores loci predicti et eiusdem loci Conventus temporibus suis ac ipse tempore suo a tempore quo non extat memoria pacifice habuerunt medietatem exituum portus predicti et tertiam partem theolon' fori diei Sabbati usque nunc etc. Et quod carte progenitorum Regis quas inde habuerunt capte fuerunt et asportate per Francigenas etc. ut in ostensione sua facta domino Regi que in mandato Regis supradicto exprimuntur ad plenum continetur. Et hoc dicit se paratum esse verificare per patriam etc. Et habito inde tractatu per Thesaurarium et Barones visum est eis quod ex quo continetur in mandato Regis predicto quod si per inspectionem librorum aut aliorum memorandorum de Scaccario seu per legalem inquisitionem inde per ipsos si necesse fuerit faciendam reperiri poterit quod per ipsum Priorem suggestum est ostensum etc. tunc eidem Priori inde facerent quod etc. et non est sufficienter compertum in libro predicto etc. qualiter predictus Prior habere debeat medietatem et tertiam partem predictas procedendum est ad inquirendum etc. Et super hoc assignantur Willelmus de Carleton et Rogerus de Hegham Barones quod ipsi vel eorum alter inquirant etc. Et preceptum est vicecomiti Kancie quod venire faciat coram eisdem Willelmo et Rogero vel eorum altero ad certos dies et loca quos idem Willelmus et Rogerus vel eorum alter ei scire faciat tot et tales tam milites quam alios etc. qui predictos Priorem et Conventum nulla affinitate etc. ad certificandum in premissis etc. Postea capta fuit inde inquisitio apud Grenewicum die Iovis in festo apostolorum Petri et Pauli hoc anno coram predicto Willelmo de Carleton quam inquisitionem ipse modo in Octabis sancti Iohannis Baptiste liberavit hic etc. per quam compertum est quod Henricus primus quondam Rex Anglie progenitor Regis nunc per cartam suam dedit et concessit Priori et Conventui sancti Martini Dovorr' medietatem exituum portus Dovorr' et tertiam partem theolon' provenientem de mercato ville sue Dovorr' singulis diebus Sabbati habendum et tenendum ipsis Priori et Conventui et eorum successoribus imperpetuum. Et quod Prior et Conventus loci predicti qui nunc sunt et eorum predecessores a tempore quo non extat memoria pretextu carte predicte pacifice et sine aliquo impedimento semper hactenus habuerunt et perceperunt medietatem et tertiam partem predictas. Et quod in principio guerre inter Regem nunc et Regem Francie nuper suborte quidam hostes Regis de partibus transmarinis apud Dovorr' applicuerunt et Prioratum Dovorr' hostiliter invaserunt depredarunt et spoliarunt et cartam predictam simul cum aliis bonis ipsorum Prioris et Conventus ceperunt et asportarunt et quod constat Iuratoribus predicte Inquisitionis de predicta carta eo quod quidam eorum aliquando eam viderunt et inspexerunt et invenerunt eam continentem ad plenum donum Regis predictum. Et ideo concordatum est quod predicti Prior et Conventus habeant et percipiant absque ullo impedimento etc. medietatem exituum dicti portus Dovorr' et tertiam partem theolon' provenientem de mercato ville Dovorr' singulis diebus Sabbati prout eas hactenus perceperunt et habuerunt etc. Salvo inde semper iure Regis cum aliud inde etc. Et mandatum est Roberto de Burghersshe Constabulario Castri Dovorr' et Custodi dicti portus quod prefatos Priorem et Conventum percipere et habere permittat medietatem et tertiam partem predictas in forma predicta etc. **Nos** autem tenorem Recordi et processus predictorum ad requisitionem dilectorum nobis in Christo nunc Prioris et Conventus loci predicti omnibus et singulis quorum interest vel interesse poterit testificandum duximus per presentes. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo die Februarii anno regni nostri duodecimo. **Nos autem** litteras predictas ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est dilectis nobis in Christo Iohanni Newenham nunc Priori et Conventui loci predicti et successoribus suis concedimus et confirmamus sicut littere predicte rationabiliter testantur et prout idem Prior et Conventus et predecessores sui decimas medietatis exituum et tertiam partem theolonii predictas perceperunt et habuerunt et libertatibus predictis rationabiliter usi sunt et gavisi. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium tricesimo die Maii anno regni nostri tertio. **Nos** autem cartam et litteras predictas ac omnia et singula contenta in eisdem rata habentes et grata ea pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus et approbamus ac dilectis nobis in Christo nunc Priori et Conventui loci predicti et successoribus suis ratificamus et confirmamus prout carta et littere predicte rationabiliter testantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo die Novembris anno regni nostri primo. **Nos** autem cartam et litteras predictas ac omnia et singula in eisdem contenta rata habentes et grata ea pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus et approbamus ac dilectis nobis in Christo Roberto Norbourne nunc Priori et eiusdem loci Conventui et successoribus suis ratificamus et confirmamus prout carta et littere predicte rationabiliter testantur. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo octavo die Novembris anno regni nostri vicesimo. **Nos autem** cartam et litteras predictas ac omnia et singula in eisdem contenta rata habentes et grata ea pro nobis et heredibus nostris quantum in nobis est acceptamus et approbamus ac dilectis nobis in Christo Iohanni Thornton nunc Priori et eiusdem loci Conventui et successoribus suis ratificamus et confirmamus prout carta et littere predicte rationabiliter testantur. **In cuius** rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium secundo die Septembris anno regni nostri tertio.

pro viginti sex solidis et octo denariis solutis in hanaperio. Yong

Ecclie appropriate Prioratui Ecclesie Roffen.

Hubertus. dei gra Cant Archiepus totius Anglie primas et aplice sedis legat9
Omnibus sce matris Ecclie filijs. a[illegible]uos scriptum presens puenit sempiterna in dno salt.
Ad omnium volumus noticiam puenire, Qd Facta inter nos et dilectos filios nros Monachos
Roffen. de voluntate et assensu venabilis fris nri. G. Roffen Epi pmutatoe de Manerio de
Lameh qd eoz fuit, Et de Manerio de Darent. qd erat nrm. ac de Ecclijs eozdem Maneriozum
Dilectus filius nr Nichus tunc tempis psona Ecclie de Derent coram nobis se psentauit ac
Ecclesiam quam possidebat de Darent, in manu nram spontanea ductus voluntate cum -
omnibus ad eam ptinentibus resignauit, renuncians imppetuu omi Juri qd in ea nosce-
bat9 habere,. Nos g hoc facto eandem Ecctiam cum omnibus ad eam spectantibus memoratis
Monachis Roffensibus imppetuu et in pprios vsus habendam et possidendam concessimus
et confirmauimus Jpsos in ea tanq psonam canonice instituentes, Et vt hec imposterum
nulli remant in dubium vmo ppetue stabilitatis obtineant firmamentu. tam Resignatoem
pfati Nichi qm nram concessionem dictis Monachis de pfata Ecclia sicut pdiximus postmod
factam presentis scripti serie et sigilli nri appositione testificari duximus et comunire, hijs
Testibus. Waltero Abbate sancte crucis de Walcham, Galfrido de Bocland Mro Ricardo -
Cancell Ricum Thesaurar Saz Magro Sim de Sidvell, Magro God de Insula, Willmo de
Swincotes Magro Willmo de Reketon Magro Willmo de Calua Sim de Camua Mro Gil.
Mro Elia clici dni Roffen et alijs.,

Ecclia de Derent
cu capella de hilles

Omnibus. xpifidelibus pntes lras inspecturis Johannes prior humilis g Conent
Ecclie xpi Cant. Saltm in dno, Honestas et religio nos inducunt ppentius et mouent vt scdm
deum Religiosoz comodis et profectibus intendamus et ne possint super hijs que rationa
bili possident aliquoz depatoe molestari. benignu quantu in nobis est patrocinium et
fauorem impendamus.,. Ea propter Dilectis nobis in xpo fribus priori et Conuentui -
Ecclie sancti Andree Roffen Ecclias pensiones redditus decimas ad Jurisdicoem Cant Ecclie
spectan a venabilibus pribus nris Cant Archiepis videlicet Ancelmo Willmo Ricardo
Baldewino et Hubto canonice collatas et confirmatas sicut in autenticis eozdem psperim
contineri quantum in nobis est confirmamus. In c. rei testimoniu pntes lras fecimus
fieri et Sigilli nri appositoe Roborari.

Ricardus. dei gra Rex Anglie. Dux Norm Aquiet Comes Andegavie Archiepis
Epis Abbatibus Comitibus Baronibus Justic vicecomitibus. Senescall ppoit omnibus
Ball et fidelibus suis, Saltm. Noueritis qd venabilis pater nr Hubtus Cant Archiepus -
de assensu et voluntate nra fecit Escambiu cum Monachis Roffen auctate et assensu -
Gilbti tunc Roffen Epi de Manerio de Lameh cum ptinen qd Reges antiquit dederunt
et concesserunt et cofirmauerunt Ecclie sancti Andree Roffen in ppetua Elimosina p quo
Manerio cum ptinen Jdem Archiepus dedit et concessit Monachis Ecclie sci Andree -
Roffen Manerium suu de Darent cum Ecclia et capella de helles et omnibus ptinen suis
vnam bercariam in Clive que appellatur Estmersh cum terra certa in eadem villa que
ptinet ad eundem Mariscum et in eadem villa de Clive Henric homan hagenilda
viduam Jocelum Walterum bedellu Gilvinu Martinu Willmu Adam et Almaru.

Escambium Manerij
de Lambehith in
Manerio et Ecclia de
Derent / psona cum
Ecclia de Lambehith

pistatorem cum terris quas tenuerunt de Archiepo redditibus et omnibus servicys et consu
etudinibus suis sine aliquo retenemento ipi Archiepo vel successoribus suis tenenda
pdictis Monachis inppm. Unde volumus qd predict Monachi habeant et possideant pdcm
Manerium de Darent cum ecclia eiusdem Manery et capella de Helles et dominicis et homagiis
et servicys tam in terris cultis qm incultis in bosco in plano in pratis et pastuis in aquis et molen
dinis in stagnis et pistariis in om alia integritate sua. cum omnod dignitate et libtate sua, et
predcam carucatam in Clive cum ptinen suis predcos homines in eadem villa cum terris reddit
servicys et consuetudinibus eorum. Ita bene libe quiete pacifice et plenarie sicut pdict Archiepus H
vel aliquis antecessorum suorum ea omia supdca in Darent in Clive cum ptin melius liberius
quietius plenius et honorificentius tenuit, Ita qd predci Monachi comicant pdca tam in ecclys
qm in alys rebus in usus victualium suorum sicut prius fecerant de pdco Manio et ecclia de
Lambhith salvo jure Epi Roffen in illis excambys sicut prius habuit in pdco Manio de Lameh
Constituimus et firmiter pcipimus, ad maiorem securitatem ecclie sancti Andree Roffen. qd
nullus de ballivis nris vel servientibus aliquo unqm tempe mittat manum in pdict excambia
que predci Monachi receperunt occone mortis alicuius Archiepi Cant vel aliqua alia causa ad
aliquem Archiepum ptinente. Omia vo jura qd habuimus vacante sede Cant in ipis excambys
habebimus in Lameh et excambia quieta remanebunt. Et si forte aliquis aliqu temeritate contra
hoc factum fecerit ome dampnu pdce ecclie sci Andree statim resarciet et de omnibus bonis suis in
nra misericordia remanebit, Et ut hoc firmum sit et stabile inppm. Nos cartam nre cofirmacois
fecimus. Et ad robur maioris firmitatis concessimus. qd dns papa et ecclia romana et pdict
Archiepus et omes Epi et tocius Anglie clerus. excoicaverunt omes quicunq aliquo tempe
contra hoc nrm statutu et cofirmacoem venire temptaverint. Hys testibus. H Archiepo Cant
Magistro Malgo tesaur Rotom. J Archno Norwicen. Magro Rogero de Sco Edm. Ric bruer
Wo. filz. Rad sen Norm R. Comite Augi petro de pratell. Willmo de stagno Roberto de
Tresgoz et alys. Dat p manu Magri E. decani Ebor agent vices Cancellary apud Insulam
Andeliaci, Septimo die aprilis. Anno Regni nri septimo.

Celestinus. Epus servus servorum dei. venabili fri. Hubto Cantuarien Archiepo aplice
sedis legato, Saltm et aplicam ben. Ea que concordia vel iudicio ratione previa statuunt. firma
debent et illibata consistere. et ne recidive contentionis scrupulum relabuntur aplici scripti sunt
munimine roboranda. Ea propter venabilis in xpo frater. tuis iustis postulationibus grato
concurrentes assensu, pmutacoem inter te et priorem et conventum Roffen ecclie. sup duobus
Maneriis videlicet de Lameh et de Darent, de voluntate et assensu charissimi fily nri Ricardi
illustris Regis Anglie et venabilis fris nri. G. Roffen Epi fact sicut rationabilit ipa fca
est, et ab utraq parte recepta et in autentico scripto exinde plenius continetur. auctte aplica
confirmamus, et ptis scripti patrocinio communimus. Ad maiorem autem huius rei
Notitiam autenticu illud de verbo ad verbum. huic nre pagine duximus inserendum cuius
Tenor talis est. **In nomine Sce Trinitatis.** Anno ab Incarnacoe dni M. C.
Lxxxxvy. pro communi utilitate Cantuar ecclie et Roffen ecclie de voluntate et assensu Rici
Illustris Regis Anglie facta est pmutacio de Manio de Lameh cum ptinen inter dnm.
Hubtum Cant Archiepm et conventum cum dce ecclie Roffen. in hunc modum videlicet. qd
predci Monachi Roffen. auctoritate et assensu. G tunc Roffen Epi concesserunt predicto
Archiepo et successoribus suis inppm predictu Manerium de Lameh cum ecclia eiusdem
Manery et cum omnibus libtatibus et liberis consuetudinibus. et cum omnibus alys ptinen
suis tam in eodem Manerio existentibus qm in Sulbert qua in Cotua de London. salva

predco Epo et successoribus suis medietatem eiusdem Socue in London. Sed sciant omnes qd molendinum qd pdci monachi habent extra Sudwerc sup tamisiam et versus orientem contra turrim London et maristus que habent in Grenew. que S. cant. Archiepus eis dedit pro sede capelle bti Thome martiris et area circumiacen apud Lameh non venerunt in hanc pmutacoem set eisdem Monachis quieta remanserunt. Licet prior de Lameh consueuit exitus inde pcipe antequam pmutacio ista facta esset. et econtra pdcus Archiepus dedit et concessit in pmutacoem pdci Manii de Lameh monachis ecclie sci Andree Roffen. totum Manerium de Darent cum ecclia et cum Capella de helles cum omnibus libtatibus et liberis consuetudinibus et omnibus aliis rebus ad ipsum Manerium ptinentibus. saluo iure spuali in ipa ecclia pdco Archiepo et successoribus suis donec ipe vel successores sui illud de mera libalitate Epo Roffen concesserint et unam carrucatam in Clive que appellat. Estmers cum ducentis viginti ouibus cum terra certa in Clive que ptinet ad eundem maristum. et in eadem villa de Clive henricum Chand hagemildam viduam Jozelinum Gualterum Bedellum Gilbertum Martinum Willelmum Adam et Elmerum pistatorem cum terris quas tenuerunt et redditibus et omnibus seruitiis et consuetudinibus suis sine aliquo retinemento ipi Archiepo vel successoribus suis. Ita qd predci Monachi Roffen habebunt in usus victualium suorum pdictas pmutaciones sicut prius habuerunt Manerium et ecclesiam de Lameh. Et sciendum est qd idem Archiepus et successores sui Warantizabunt ipis Monachis Roffen predcum Manium de Darent cum ptinen suis et pdcam carucatam cum suis ptinen et pdcos homines cum terris redditibus et seruitiis suis. Et pdci monachi Waratizabunt ipo Archiepo et successoribus suis ipum Manerium de Lameh cum ptinen suis. Et sciendum est qd nec ipe Archiepus nec aliquis successorum suorum poterit dare alicui aut vendere aut comutare ipum Manerium de Lameh aut aliquo modo a corpe Archiepatus sui alienare. Et similit. monachi Roffen non poterunt dare aut vendere alicui aut comutare aut aliquo modo alienare a sua ecclia Roffen pdcum Manium de Darent nec ecclam nec aliquod tenementum alicui de hiis que p Manio de Lameh in pmutacione receperunt Et ad maiorem pmutacois huius robore pdcus Archiepus et omnes Epi et vniuersus clerus Anglie de assensu et voluntate dni Regis sententiam excomunicationis tulerunt in omnes qui contra hoc venire psumpserint. et tam ipe Archiepus quam Epi et Comites et Bar Anglie sigillorum suorum testimonium apposuerunt Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre confirmacois infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare psumpserit indignacoem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se nouerit incursurum. Dat Lateran iii Non Julii. pont nri Anno septimo

Ecclia de hartlep.

Henricus dei gra Rex Anglie. dns hibern. dux Norm. Aquit et Comes Andeg. venli patri in xpo S. eadem gra Cantuarien Archiepo totius Anglie primati et sce Romane ecce Cardinali salutem. Sciatis qd intuitu dei concessimus et quantum ad nos ptinet dedimus priori sci Andree Roffen et monachis ibidem deo seruientibus. Ecclesiam de hertlep cum ptinen que ad nram spectat donacoem. Ipos quod vobis p has lras paten ad eandem psentamus. Rogantes quatinus. eundem priorem ad eam admittatis et in eadem instituatis. T. me ipo apud Westm. viii° die ffebruar. Anno Regni nri nono. p. Justic coram consilio dni Regis.

Omnibus. xpi fidelibus pntes lras inspecturis. S. pmissione diuina Cantuarien ecclie minister humilis. totius Anglie primas. et sce Romane ecclie Cardinalis. Salutem in dno. Nouerit vniuersitas vra. Nos ad presentacoem dni nri henrici Regis Anglie admisisse dilectos filios monachos Roffen ad Ecclesiam de hertlep in pprios usus habendam de consensu Thome qui nunc est psona ipius ecclie Ipsos quod in eadem ecclia psonas canonice duximus instituend. Ita tamen quod iidem monachi unum sin aureum annuum recipient nomine pensionis a Thoma predicto nichil amplius quamdiu ipse vixerit exigentes. Ipse autem Thomas totum residuum illius ecclesie habebit nomine vicarie. Cum autem mortuus fuit idem Thomas, habebunt ipsi monachi totam ecclesiam memoratam in proprios usus. Salva vicaria viro idoneo, ad presentationem ipsorum conferenda qui onera ipsius ecclesie sustinebit, Reservata et nobis taxatione ipsius vicarie, Salvo etiam in omnibus iure nostro et Cantuar ecclesie dignitate. In cuius rei testimonium has litteras nostras patentes duximus faciend. Dat Anno domini Millesimo CC vicesimo quinto mensis Aprilis.

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis J. prior humilis et conventus ecclesie Christi Cant. Salutem eternam in domino. Honestas et religio nos monent, compellunt et inducunt ut secundum deum religiosorum commodis et profectibus intendamus, et ne possint super hiis que rationabiliter possident a liquorum depravatorum molestari benignum quantum in nobis est patrocinium et favorem impendamus. Ea propter cum venerabilis pater noster S. Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis ad presentationem domini nostri Henrici Regis Anglie admiserit dilectos nobis in Christo priorem et monachos sancti Andree Roffen ad ecclesiam de Hertlep in proprios usus habendam, et in eadem illos instituerit sicut in autentico prenominati patris nostri S. Cant Archiepiscopi conscripto inspeximus, predictam admissionem et institutionem in prefata ecclesia predictorum prioris et monachorum eiusdem sicut provide et rationabiliter sunt concesse quantum in nobis est confirmamus. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri appositione duximus roborandum.

Ecclia de Boxley

Henricus Rex Anglie Ansfrido vic. et omnibus Baronibus suis Francigenis et Anglis de Chent salutem. Sciatis me dedisse ecclesie sancti Andree de Rovecest in dedicatione ipsius ubi presens affui ecclesiam de Boxley et quicquid ad eam pertinet in terris et in decimis et in oblationibus cum omnibus consuetudinibus et libertatibus, vere sicut unquam melius habuit capellanus meus Gifford et Ansfr. clericus ante illum. T. Willelmo Archiepiscopo. Gilberto London Episcopo. Alexandro Linc. Seyfrido Cic. apud London.

Nos Simon permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis Legatus. Notum facimus universis quod cum religiosi viri, prior et capitulum ecclesie cath. Roffen ecclesiam proch. de Boxley nostre dioc. in proprios usus sibi et monasterio suo predicto appropriatam optinentes fuissent coram nobis nostras civitatem et dioc. Cant iure nostro ordinario visitantibus super iure titulo et possessione quibus mediantibus dictam ecclesiam de Boxley sic ut premittitur erant et sunt assecuti nuper iudicialiter impetiti. Ac religiosus vir frater Henricus Sanndes ecclesie cath. predicte commonachus ac procurator et [illegible] nomine prioris et capituli predictorum coram nobis certis die et loco ipsis religiosis super hoc assignatis comparens ipsos religiosos viros priorem et capitulum antedictos super assecutione dicte ecclesie de Boxley sufficienter munitos fuisse et esse tam per litteras appropriationis quam per exhibita et alia documenta huiusmodi in ea parte ministrata legitime docuit et probavit. Unde ipsos religiosos viros tanquam in premissis sufficienter munitos, salva competenti portione vicarii in dicta ecclesia in vicarium eiusdem per nos instituendi ab officio nostro dimisimus et dimittimus per decretum. Dat Cantuar sub sigillo nostro octavo die Junii. Anno domini Millesimo CCC lxviij. Et nostre translationis Anno tertio.

Innocentius Episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis priori et capitulo ecclesie.

Roffen ordinis sancti Benedicti salutem et apostolicam benedictionem. Sincere devotionis affectus quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam promeretur ut petitionibus vestris illis presertim per que vestris obviatur dispendiis quantum cum deo possumus annuamus. Dudum siquidem pro parte vestra felicis recordationis Bonifacio pape viiii predecessori nostro exposito quod licet olim vobis et mense capitulari ecclesie vestre Roffen parrochialis ecclesia de Boxley Cantuarien diocesis in qua ex donatione bone memorie Henrici Regis Anglie vobis canonice facta ius patronatus obtinueratis auctoritate ordinaria incorporata unita et annexa fuisset, vosque vigore incorporationis annexionis et unionis predictarum dictam parrochialem ecclesiam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis diutius tenuissetis in usus vestros, tamen postea ex ordinatione bone memorie Theobaldi Archiepiscopi Cant et etiam propter taciturnitatem et negligentiam prioris et capituli eiusdem ecclesie Roffen qui tunc erant, predicta parrochialis ecclesia per clericos seculares per plures annos recta fuerat, qui tamen vobis nomine ecclesie parrochialis predicte certam annuam pensionem solvere consueverant. Et quod postmodum bone memorie Simon Archiepiscopus Cantuar de consensu dilectorum filiorum prioris et capituli ecclesie Cantuar predicti ordinis eandem ecclesiam parrochialem certo modo de novo auctoritate ordinaria vobis et mense predicte restituerat. Ac vos necnon Mensam eandem quo ad apprehendendum et perpetuo tenendum eandem parrochialem ecclesiam reintegraverat, et ad statum pristinum in quo vos et mensa huiusmodi fueratis ante ordinationem antedictam reduxerat, ac in eadem ecclesia parrochiali perpetuam vicariam instituerat, assignata de fructibus et proventibus eiusdem parrochialis ecclesie pro perpetuo vicario inibi pro tempore domino futuro congrua portione, de qua idem vicarius congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia incumbentia sibi onera supportare posset. Quodque vos dubitabatis huiusmodi unionem annexionem et incorporationem ac restitutionem reductionem et reintegrationem propter aliquas iuris solempnitates omissas iuribus non subsistere, Vosque pro eo quod dicta vestra ecclesia iuxta iter publicum constituta esset magnam hospitalitatem tenere ac diversa alia onera vobis quodammodo importabilia continue subire ac ultra centum personas inter religiosos et seculares clericos, ac etiam alios servitores de fructibus redditibus et proventibus mense predicte ut plurimum haberetis sustentare, et ad huiusmodi hospitalitatem tenendam ac alia onera supportanda et sustentationem fructus redditus et proventus mense predicte non sufficerent condecenter, ac pro parte vestra eidem predecessori humiliter supplicato ut ad cautelam necnon in relevamen onerum predictorum eandem parrochialem ecclesiam cuius quadraginta sex, vobis et mense predicte cuius quingentarum marcharum sterlingorum fructus redditus et proventus secundum communem extimationem valorem annuum non excedebant et sicut asseritis non excedunt de novo incorporare annectere et unire de speciali gratia dignaretur, Idem predecessor dilecto filio Abbati monasterii sancti Augustini extra muros Cantuar suis dedit litteris in mandatis ut si ita esset eandem parrochialem ecclesiam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis vobis et dicte mense auctoritate apostolica uniret annecteret et incorporaret, Ita quod cedente vel decedente dilecto filio Rectore dicte parrochialis ecclesie qui tunc erat, aut ipsam ecclesiam alias quomodolibet dimittente, liceret vobis parrochialis parrochialis ecclesie iuriumque et pertinentiarum predictorum corporalem possessionem libere apprehendere et licite perpetuo retinere, diocesani loci et cuiuslibet alterius licentia super hoc minime requisita, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, licet prefatus Abbas eandem parrochialem ecclesiam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis supradictis vobis et eidem Mense dictarum litterarum vigore incorporasset annexuisset univisset, vosque eandem parrochialem ecclesiam tunc per liberam resignationem dilecti filii Nicholai Julian tunc ipsius parrochialis ecclesie Rectoris per eum de illa quam tunc obtinebat coram certis Notario publico et testibus extra Romanam Curiam sponte factam vacantem earundem litterarum incorporationis annexionis et unionis vigore assecuti fuissetis illamque in usus vestros aliquandiu tenuissetis et teneatis, quia tamen dictus predecessor noster .vj. kl. Januarii pontificatus sui Anno quartodecimo post assecucionem huiusmodi cassavit irritavit et annullavit, omnes uniones parochialium ecclesiarum per eum seu predecessorem suum immediatum seu quosvis alios ordinarios factas quibuscumque Ecclesiis Monasteriis vel aliis locis ecclesiasticis vel mensis Episcopalibus seu capitularibus, que nondum sortite erant effectum et eciam illas que sortite fuerant effectum alias quam per obitus ipsorum qui dicta beneficia unita obtinebant tempore unionum de eis factarum pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum Ut vobis super hoc de benignitate apostolica providere dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati volumus et apostolica vobis auctoritate concedimus quod huiusmodi litterarum unio incorporacio annexio et unio earum vigore per dictum Abbatem ut prefertur facte, et quecumque inde secuta valeant, et in suis roboris firmitate permanere debeant vosque prefatam Ecclesiam prout eam ipsarum litterarum incorporacionis annexionis et unionis vigore rite adepti estis in usus vestros perpetuo retinere libere et licite possitis ac si huiusmodi Cassacio irritacio et annullacio per eundem predecessorem minime facte forent. Ac insuper ea que circa hec per Bonifacium predecessorem et Abbatem provide facta sunt rata habentes et grata ipsa auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis concessionis confirmacionis et communicionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome apud Sanctum Petrum .viij. kl. Junij pontificatus nostri Anno secundo.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint. Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius anglie primas et apostolice sedis Legatus Salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum dilecti filii prior et Capitulum ecclesie Cathedralis Roffensis Ecclesias parochiales de Hertelep decanatus de Sydyngburne Dereuth decanatus de Shorham nostre iurisdiccionis immediate, et de Boxley decanatus de Sutton et Bugtele in Bocton Manchesey ac de Dodingesale et Stalesfeld de Bredene et Ores nostre Cantuariensis diocesis antedicte, ac in Gelyngham et Wrotham nostre iurisdiccionis immediate predictis parochiis decimas parochiales percipientes iuxta citacionem eis factam coram nobis in visitacione nostre diocesis certis die et loco per nos eisdem assignatis sufficienter comparentes literas instrumenta et munimenta quorum iure ut dicebant fulcita ecclesias parochiales predictas tamquam eis appropriatas ut prefertur unacum pensionibus et decimarum porcionibus omnes et singulas ut prefertur tenent percipiunt et possident ac se tenere percipere et possidere pretendunt exhibuerint et ostenderint. Nos visis et examinatis ac diligenter ponderatis huiusmodi exhibitis et ostensis, quia per eadem et alias probaciones in ea parte legitime factas et habitas super prescripcione temporis cuius eciam initii contrarii memoria hominum non existit super premissis coram nobis proposita et allegata, omnibus quorum interest in genere premunitis evocatis eosdem priorem et Capitulum memoratas Ecclesias porciones et pensiones iuste et canonice possidere et percipere invenimus ac sufficienter exhibuisse ac intencionem suam in premissis omnibus et singulis clarissime fundasse et probasse ipsos super appropriacione et retencione licita et canonica dictarum ecclesiarum ac percepcione porcionum pensionum et fructuum omnium et singulorum supradictorum servato iuris ordine qui in hac parte requiritur sufficientibus titulis fuisse et esse munitos, ac eciam pro iure possessione percepcione occupacione retencione licitis et canonicis eorundem in omnibus et singulis ut premittitur superscriptis pronunciamus et pronunciando sententialiter et diffinitive declaramus eosdemque religiosos sic ut premittitur in omnibus et singulis premissis sufficientibus titulis fuisse et esse munitos ab officio nostro et ipsorum officii examine absolvimus et absolutos dimittimus per decretum dictasque ecclesias pensiones porciones et fructus supradictos omnes et singulos eisdem Religiosis et eorum monasterio pacifice quiete ac inconcusse in futurum pertinere debere auctoritate nostra tenore presencium metropolitica confirmamus.

nostre diocesis tamquam eis appropriatas tenentes et a Norton decanatus de Ospryng viginti solidos et a Sturmouth decanatus de Westbere decem solidos et a Penshurst ecclesiis parochialibus duorum solidorum denariorum annuas pensiones unacum de Hamwold in Wodenesbergh decanatus Sandwici et Merle in Henetesham decanatus de Sutton.

manibus In Cuius Rei testimonium Sigillum nrm presentibus est appensum Dat in
Manerio nro de Maydenston vicesimo nono die mensis Aprilis Anno dni Millmo CCC°.
Nonagesimo quarto. Et nre Trans. Anno tercio decimo.

Ecclia appropriata prioratui Sce Trinitatis London.

Ecclia de Beyle.

Willmus. dei gra Cant Archiepus et sedis aplice Legatus Johanni eade gra
Roffen Epo. et omnibus hominibus et amicis suis tam Clericis qm Laicis totius Archiepat
Saltm et dei ben. Sciatis me concessisse et dedisse in Elemosina Ecclam Sce Marie de
Beyle Monaster Sce Trinitatis Londonie et Canonicis ibm deo famulantibus tam
presentibus qm futuris imppm. Teste eodem Epo Johanne Roffen et Helewis Archid Giffard
Capell Willmo et Alano Monachis Simone et Alueredo Canonic Godefr et Lupell
Wulfforto Jord Alano Henrico Moyse Gildewino Godzelmo clericis Willmo de Em
forden pre et Willmo filio eius et Ansfr Dapiferis Osbto Willmo de Albano et Radbto
filio Rad Willmo de Pagehm et Giffr filio eius Radb filio Rico Rado Camer et
Wlmaro cum multis aliis apud Aldintuna.

Willmus. dei gra Cant Archiepus sedis aplice Legatus Johannes eade gra
Roffen Epo et omnibus hominibus et amicis suis Clericis et Laicis totius Archiepatus
Saltm et dei ben. Sciatis me concessisse et dedisse in Elemosina Ecclam Sce Marie de
Beyle Monastr Sce Trinitatis London et Canonic ibm deo famulantibus tam presentibus
qm futuris imppm cum omnibus decimis omn rerum que decimari debent et noiatim de
pasnagio de porcis et de denariis et decem animalia in dominico herbagio nro et decem
porcos in bosco nro sine pasnagio, Et cum omnibus rectis consuetudinibus eidem Ecclie
ptinen. Teste Johe Epo Roffen et Helewis Arch cant Willmo et Alano Monachis Si
mone et Alueredo Canonic Godfr Lupell Wlfrico Alano Capellanis Henrico Moyse
Gildewino clico Willmo de Emsford et Willmo filio eius et Ansfr Dap Osbto Willmo de
Sco Albano Rodbto filio Rad Willmo de Pagah et Giffard filio eius Rad Camer et
Wlmaro cum multis aliis apud Aldint pro benefactoribus suis.

Dopno Johanni dei gra Roffen Epo, et omnibus cfidelibus Elmerus Prior Ecclie Xpi
cant et Monachi eiusdem Ecclie Saltm. Sciatis quia nos audiuimus et testes sumus
quando dopnus Willmus Cantuarien Archiepus dedit Ecclam de Beyle cum omnibus
que ad eam ptinent sicut ipius Archiepi carta testat Ecclie Sce Trinitatis Londonie et Cano
in eadem Ecclia deo famulantibus in Elemosinam. Valt.

Johannes gra dei Roffen Epus, Omnibus prochianis suis Clicis et laicis Saltm.
Sciatis me presentem fuisse et quantum ad me ptinuit assensum pbuisse et confirmasse
donacoem quam dns Willmus Archiepus fecit Dominus Ecclam Sancte Marie de Beyle
cum terris et decimis et omnibus rebus ad eandem Ecclam ptinentibus Ecclie Sce Trinita
Londonie et Canonic ibm deo servientibus.

Theobald dei gra Cant Archiepus Roffen Epo et omnibus amicis et hominibus
suis tam Clic qm Laic totius Archiepatus Saltm et dei ben. Sciatis me concessisse
et dedisse in Elemosina Ecclam Sce Marie de Beyle Monasterio Sce Trinitat London et
Canonicis ibm deo famulantibus tam presentibus qm futuris imppm cum omnibus decimis
omn rerum que decimari debent et noiatim de pasnagio de porcis et de denariis Et decem
animalia in dominico herbagio nro et decem porcos in bosco nro sine pasnagio et cum
omnibus rectis consuetudinibus ad eam ptinentibus. Teste Martino Abbe de Burgh et

Anuel moable de holme et Engenulfo et Gilberto de Clare monachis, et Aluredo priore sti Gregorij et ffulcone priore canonicis, et Vlfrico et Alano capell, Willmo de Ainef dap et Rad Picot conestablo et Gilberto camer. et multis alijs apud Cant. pax benefactoribus.

barkatt

Thomas. dei gratia Cant. ecclie minister humilis. Venerabili fratri Waltero Roffen Epo et uniuersis sancte matris ecclie filijs. Saltm. Quod ad multorum notitiam peruenire congruum duximus literarum monimentis commendare decreuimus. Nostrat igitur presens etas et secutura posteritas nos concessisse et presenti carta confirmasse, Dilectis filijs nris canonicis Ste Trinitatis London tam presentibus quam futuris Ecclesiam Ste Marie de Bixle quiete habendam et perpetuo possidendam. quam bone memorie Willmus predecessor nr illis in Elemosinam perpetuam contulit et pie recordationis Theobaldus successor illius nr vero predecessor eisdem perpetuo concessit et confirmauit. Vnde et nos quoque memoratorum patrum sequentes vestigia charitatis intuitu hanc eandem Ecclesiam predictis fratribus sicut nram propriam Elemosinam perpetuo confirmamus et auctoritate qua fungimur corroboramus cum terris ad eam pertinentibus et decimis omnium rerum que decimari debent. et nominatim de pasnagio de porcis et de denarijs. Et concedimus eis habere decem animalia in dominico herbagio nro, et decem porcos in bosco nro sine pasnagio. Volumus itaque et precipimus vt predicti fratres hanc Elemosinam nram perpetuam bene et in pace libere et quiete et honorifice teneant sicut melius et quietius tenuerunt aliquo tempore. Prohibentes ne vlli omnino hominum temere inde eos liceat perturbare aut aliquibus vexationibus fatigare.

Assignatio portionis
Vicarij de Bixle

Omnibus. Xpi fidelibus ad quos presens Scriptum peruenerit Stephanus permissione diuina. Cant. Archiepus totius Anglie primas et Ste Romane Ecclie. Cardinalis Salutem in domino. Nouerit uniuersitas vra. quod cum inter priorem et conuentum ecclie Ste Trinitatis London ex vna parte. et Arnaldum clericum ex altera super vicaria ecclie de Bixle quam bone memorie R. quondam Cantuar Archiepus predecessor nr eidem A. clerico in tertia portione predicte ecclie. sine dictorum prioris et canonicorum presentatione et assensu assignarat controuersia verteretur. Et ipsi canonici ad nos super hoc contra dictum A. literas aplicas impetrassent. eadem dict. A. vicariam igitur a predicto predecessore nro assignatam in manum nram spontanea voluntate resignante. pro contentione que diu durauerat imperpetuum extinguenda vicariam predicte ecclie perpetuo duratura de consensu eorundem prioris et canonicorum in subscripta forma taxauimus. Et prenominatum A. ad presentationem eorundem prioris et canonicorum recepimus ad eandem ipsum in ea instituentes. Taxatio autem vicarie perpetuo durature quam fecimus hec est. Vicarius qui de cetero ad presentationem dictorum prioris et canonicorum in predicta Ecclia a nobis vel successoribus nris instituetur omnes prouentus eiusdem ecclie quicunque sunt simul cum terra redditu et domibus ad Ecclesiam pertinentibus exceptis orreis que specialiter ad partem canonicorum cum suo clauso pertinebunt, habebit imperpetuum. preter decimam garbarum et molendinorum et feni. que tota ad canonicos pertinebit, et eis cedet. Ita quod amplius de eadem ecclia exigere non poterunt vel habere. Et preterea duas marcas annuatim percipiet idem vicarius de camera prioris et canonicorum ad duos terminos. scilicet vnam marcam ad festum sancti Michaelis et alteram ad natalem dni. quas si forte ad terminos illos vel infra quindecim dies post terminos illos iidem canonici vicario non soluerint, extunc vicaria hic taxata in eum statum redibit in quo primus fuit quando in tertia portione ecclie consistebat. Respondebit autem idem vicarius pro ecclia de Episcopalibus ita quod canonici nullum inde onus sustinebunt. Vt igitur hec assignatio nra perpetuam obtineat firmitatem eam presenti scripto et sigilli nri appositione duximus confirmandam. Hijs testibus. Mro Simone de Langeton ffre nro. Mro Willmo de Barden Mro Thoma de ffrehm Robto de Bustoll Mro Adam de Tibeia Magro Waltero de Gnesha Mro Johe filio Willmo de Bosto. Johe de Walth vincentio de Norwico et mult Alijs./

Omnibus xpi fidelibus ad quos psens Scriptum puenint. W. prior et Conuentus ecclie xpi Cantuar. Saltm in domino. Nouit vniusitas vra nos assensum prebuisse donatoi qua bone memorie W. quondam Cant Archiepus et Successores sui pietatis intuitu fecerunt deo et ecclie ste Trinitatis London et Canonicis ibm deo suientibus de ecclia de Bixle. Et preterea assensum pbuimus ordinatioi qua venabilis pr nr Stephanus Cantuar Archiepus fecit eysdem Canonicis de eadem ecclia de Bixle sicut Carte pdictor Archiepor et Successor suor testant. Et hoc pnti Scripto et appositone Sigilli ecclie nre ptestam.

Viris Religiosis et amicis in xpo. karmis dno Priori et Conuentui ste Trinitatis London. Magr. H. de mortuo Mari, Officialis Cantuar. Saltm cum dilectoe sincera pro dilecto et speciali capellano nro dno Rogero vicario de Herites h ea affectione qua possumus vram rogamus discretoem. quatinus ipm diuine pietatis intuitu et precum nrarum interuentu ad vicariam de Bixle vacantem presentare velitis tm super hoc si placet facientes ad instantiam nram. ut precibus nris super hoc exauditis vobis inde teneamur ad gras speciales, et negotia vra si qua erga nos habeatis expedienda alt pro possibilitate nra merito debeamus effectui mancipare. Valeat et vigeat vra Religio semper in dno.

Innocentius. Epus seruus seruor dei. Dilectis filijs priori ecclie sancte Trinitat eiusqz fratribus tam psentibus qm futuris. Regularem vitam professis in ppetuu. Religiosam vitam eligentibus aplicum conuenit adesse presidium. ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a pposito reuocet, aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter, Dilecti in dno filii vris iustis postulatoibus. clementer annuimus et ecclam sancte Trinitatis London in qua diuino estis obsequio mancipati, sub bti petri et nra protectoe suscipimus et pntis Scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui scdm deum et bti Augustini regulam in eadem ecclia institutus esse dinoscitr ppetuis ibm temporibus inuiolabilr obseruetr. Preterea quascumqz possessiones, quecumqz bona eadem ecclia in pntiarum iuste at in futur concessione pontificum largitoe Regum vel principum. oblatoe fidelium seu alijs iustis modis. prestante dno poterit adipisci firma vobis vris qz Successoribus et illibata pmaneant In quibus hec pprijs duximus exprimenda vocabulis Locum ipm in quo prefata ecclia sita est cum omnibus ptinentijs suis. Ecclam de Brakynges cu oibz ptinentijs suis. de Totehm de Lesnes, de Wilcomestowe de Bixle. Nutleia de Bromfeld, et de Leuestanchurch ecclias cum omnibus ptinentijs eorudem Ecclam scti Botulphi extra Algate scti Augustini, et omn Scor infra ciuitatem London scti Edmundi infra Garcherch omn Scor de ffanchurch et scti Michis ecclias cum ptinentijs earudem. Capellam sancte marie de Esweke et hospitali ste Katherine sup tamisiam cum ptinentijs suis. redditus terras et possessiones quas habetis in ciuitate et Suburbio London. terras redditus et possessiones quas in de Brakinges de Leuestanchurch de Totea de Welcomstowe de Lesnes de Bixle villis pprijs vos habere cum pratis vineis terris nemoribus vsuagijs et pastuis in bosco et plano in aquis et Molendinis in vijs et semitis et omnibus alijs Libertatibus et immunitatibus suis. Sane noualium vror que pprijs manibus aut sumptibus colitis de quibus aliquis hactenus no percepit siue de vror animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere psumat. Liceat quoqz vobis clicos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conuersionem recipe et eos absqz contradictoe aliqua retinere. Phibemus.

Insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit sine prioris sui licentia de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit liceat vobis clausis ianuis exclusis excommunicatis et interdictis non pulsatis campanis suppressa voce divina officia celebrare. Dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum ordinationes clericorum qui ad ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis episcopo siquidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines parochie vestre nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis episcopis archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut publici usurarii nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes que a laicis detinentur redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias quibus pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci priore vel tuorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere ignem apponere sanguinem fundere hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ecclesie vestre concessas. Necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertio commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate. reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Henricus dei gratia Rex Anglie. Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Comitibus baronibus vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Canonicatum Regularium Canonicorum sancte Trinitatis London quem vxor mea .M. Regina ibidem instituit esse stabilem imperpetuum. et liberam a subiectione omnium ecclesiarum Et vt ipsi Canonici claudant viam que est inter Ecclesiam suam et murum ciuitatis. Concessi eisdem Canonicis pro anima mea et anima .M. Regine coniugis mee viginti quinque Libras blanch' annuatim in puram et perpetuam Elimosinam de Redditibus ipsius .M. Regine in Exon'. quas ipsa .M. Regina assensu meo. illis dedit in vita sua Et Ita vt quicunque vicecomes fuerit in Exon eas reddat predictis canonicis ad pascha et ad festum sancti Michaelis London sicut vnquam melius reddite fuerunt. Preterea dedi eisdem Canonicis portam de Algata cum Soca ad eam pertinente / Et concessi eisdem Canonicis quod habeant Soccam de Anglica Cnichenegild cum terris et omnibus libertatibus suis ad eandem Socam infra Ciuitatem London et extra pertinentibus. Volo et firmiter precipio quod predicti canonici et eorum homines. omnes terras et possessiones et feoda sua et Elemosinas suas tam in Ecclesiis quam in rebus et possessionibus mundanis habeant et teneant cum omnibus Libertatibus et liberis consuetudinibus et quietanciis suis in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis et molendinis in viis et semitis in Stagnis ac viuariis in mariscis et piscariis in grangiis et virgultis infra ciuitatem et extra. infra burgum et extra cum Soca et Saca et Toll et Team et Infangenethef Et quod ipsi Canonici et homines sui liberi sint et quieti imperpetuum de omnibus Geldis et Scotis et victis et assisis. et de omnibus. auxiliis vicecomitum et ministrorum eorum et de omnibus sectis de Syris et hundredis. et Leth et ~~de~~ Hustinges et de placitis et querelis / Et quieti sint et liberi de hidagiis et tallagiis de exercitibus et equitationibus. de oneribus expeditionum et vigiliis faciendis / de operationibus Castellorum parcorum pontium viuariorum murorum et omnibus clausuris et de carrario et Summagio et Nauigio et domorum Regalium edificatione et omnimoda operatione et de omni seculari seruitio et exactione / et de omnibus occasionibus Concessi et quod prefati Canonici et homines sui / sint quieti ab omni theloneo in omni foro et in omnibus ~~et in omnibus~~ nundinis et et in omni transitu viarum pontium et maris per totum Regnum meum. et homines qui tenent de predictis Canonicis. tam in Ciuitate London quam extra non placitent nisi in Curia ipsorum canonicorum vbi placitare debent / Et prohibeo Super forisfacturam meam quod non ponantur in placitum de aliquo tenemento suo / nisi coram me vel capitali Justiciario meo. Et quod nullus eis vel hominibus suis contra hanc Cartam meam in aliquo forisfaciat. quia ipsi et omnes terre et possessiones sue et hominum suorum et in Custodia et speciali protectione mea. T. Rannulfo Cancellario. G. de Clinton. R. de Basset apud Nor // hampton.

Ecclesia appropriata Prioratui de Folkeston

Ecclesia de Folkeston

Universis Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presentes Littere nostre peruenerint. et quos infrascripta tangunt seu tangere poterunt quomodolibet in futurum Johannes permissione diuina Cant' Archiepiscopus totius Anglie primas. et apostolice sedis Legatus Salutem graciam et benediccionem ac fidem indubiam presentibus adhibere. Ad vniuersitatis vestre noticiam volumus deduci per presentes quod nuper inter Religiosos viros priorem et conuentum prioratus siue ecclesie conuentualis de ffolkeston appropriatarios ecclesie parochialis beate marie et sancte Eanwithe de ffolkeston predicte ex parte vna et dominum Willelmum Larwode vicarium perpetuum ecclesie parochialis predicte ex parte altera de et super quibusdam articulis in quadam compositione siue Limitacione porcionis dicte vicarie et dotacione eiusdem inter predecessores partium predictarum inita atque facta contentis ac exilitate et tenuitate dicte porcionis orta fuit materia questionum. Tandem partes predicte post aliquales tractatus inter se habitos. Cupientes Litium vitare dispendia de eorum communi consensu nostris auctoritate et voluntate interuenientibus composuerunt et conuenerunt in hunc modum videlicet quod vicarius dicte ecclesie parochialis quicunque pro tempore existens. perpetuis temporibus in futurum perpetuo et habebit Jure et nomine porcionis vicarie predicte de decimis oblacionibus fructibus et prouentibus spiritualibus dicte ecclesie parochialis. prefatis priori et conuentui appropriatariis predictis pertinentibus et spectantibus annuatim decem libras sterlingorum soluendas dicte ecclesie vicario in Ecclesia predicta ad quatuor o-o In festo Natiuitatis Sancti Johannis Baptiste quinquaginta solid'

anni terminos per equales porciones in festo Annunciacionis beate marie virginis quinquaginta solid' o-o in festo
sancti Michaelis Archangeli quinquaginta solid' in ffesto Natiuitatis domini quinquaginta solid' Et
habebit insuper dicte ecclesie vicarius quicumque pro ipsius mora et habitacione domus sive cameras
infra prioratum predictum dicte ecclesie vicariis antiquitus assignatas cum gardino eisdem pertinen'
sumptibus et expensis dictorum prioris et conventus reparandas. Percipient insuper et habebunt dicti
prioratus prior et conventus in futurum omnes decimas oblaciones fructus et prouentus ac
cetera comoda et emolumenta quecumque eidem ecclesie qualitercumque pertinen' etiam per dicte ecclesie vicarium
percipi consueta et dicte ecclesie vicarius quicumque recipiet et habebit in futurum omnia et singula per
dicte ecclesie parochianos sibi relicta et legata. Necnon denarios pro infirmos et mulieres in puerperio
per dicte ecclesie vicarium visitatas prestitatas et etiam in exequiis mortuorum sibi datos et concessos
Dicti insuper prior et conventus sustinebunt et soluent omnia onera ordinaria et extraordinaria dicte
ecclesie seu vicario eiusdem qualitercumque incumbentia. Et si contingat dicti prioratus priorem et
conventum in futurum in solucione predict' decem librarum in aliquo predictorum terminorum desistere in
parte vel in toto et aliqua summa huiusmodi pensionis per viginti dies post lapsum alicuius termini a
retro existere non soluta. Voluerunt et concesserunt dicti prior et conventus moderni pro se et
successoribus suis quod liceat dicte ecclesie vicario pro tempore existenti licite percipere et habere omnes
oblaciones decimas ac cetera emolumenta ecclesie parochialis predicte quousque vicario eiusdem ecclesie de
summa sic a retro existenti plenarie fuit satisfactum. ac etiam sex solid' et octo denarios pro
ipsius in hac parte dampnis et interesse voluit etiam et concessit. Idem dominus Willelmus vicarius
pro se et successoribus suis quod dicte ecclesie vicarius quicumque predictam composicionem obseruare et eidem
obedire teneatur in futurum et quociens aliquis vicarius eidem contravenerit decem marcas sterlingorum
dictis priori et conventui tociens quociens soluere teneatur. partesque predicte coram nobis Iudicialiter
sedentibus In presencia Notarij et testium subscriptorum sufficienter et legitime comparuerunt et predictam
composicionem produxerunt et exhibuerunt et nobis instancia debita humiliter supplicarunt quatinus
dictam composicionem auctoritate nostra ordinaria examinare confirmare et perpetuare ac cetera que nostro
incumberent officio in hac parte peragere dignaremur. Nos igitur volentes dictarum parcium indempnita-
tibus prospicere et quieti prefatam composicionem de expresso consensu parcium predictarum auctoritate nostra or-
dinaria admisimus auctorizamus et confirmamus. Ipsamque perpetuam et realem ac perpetue
firmitatis robur obtinere debere. et omnia et singula in eadem contenta in singulis suis partibus per
partes predictas et earum successores imperpetuum tenend' obseruand' et adimplend' fore pronunciamus et
declaramus ac sic pronunciamus et declaramus per presentes. Quibus sic factis partes predicte
auctorizacionem confirmacionem et decreta nostra predicta sponte et expresse admiserunt eaque appro-
barunt et emologarunt. et ea fideliter implere promiserunt tunc ibidem In Quorum omnium et singulorum
fidem et testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in Manerio nostro de Lamehith
tercio die mensis Julij Anno domini Millesimo CCCC. xl viij Et nostre translacionis Anno quinto.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis vel audituris Willelmus
de Abrincis Miles dominus de ffolkeston Salutem in domino temporalem et eternam. Quia mentes
hominum libenter obliuionis incomoda paciuntur et tempora mutantia quotidie more fluentis
aque dilabuntur. Ideo cuncta gesta perpetuo futuris temporibus memoranda conuenit et necessarium
voce viua testium et testimonio literarum ne ea sine certitudine reseruata cum labente tempore
fallibili que memoria posterorum inuoluantur abolenda. Nouerit itaque vniuersitas vestra quod Ego
dictus Willelmus de Abrincis vidi et Inspexi et de verbo ad verbum coram me legi audiui
curiose que feci probari literas fundacionis concessionis et donacionis Nobilissimi viri domini
Nigelli de Munevilla quondam domini de ffolkeston antecessoris mei factas et datas Abbati
et Monachis beate marie de Lonleyo et successoribus eorundem sanas et integras in Sigillo et in

scriptura non cancellatas non abolitas non corruptas nec in aliqua sui parte viciatas de quibus seriem rerum in eisdem contentarum in verbis per dei graciam intendimus recitari. In primis dictus dominus Nigellus de Munevilla cum uxore sua Emma in honore et amore dei et sancte marie et sancte Eanswythe virginis pro redempcione et salute anime sue et uxoris sue et animarum antecessorum suorum scilicet Willelmi de Archis et Beatricis uxoris illius et omnium parentum suorum dedit ecclesie beate marie de Lonleio et Ranulpho tunc abbati et omnibus successoribus eius et monachis eiusdem loci ecclesiam sancte marie, et sancte Eanswythe de ffolkeston cum patronatu eiusdem. Et omnes ecclesias dominii sui cum patronatu earundem ad honorem de ffolkeston pertinentes, cum omnibus pertinenciis suis et prouentibus et redditibus et consuetudinibus quas Laicus in ecclesiasticis rebus habere et dare potest in puram et perpetuam Elemosinam assensu et auctoritate sua presente Anselmo Cant Archiepiscopo. Anno ab Incarnacione domini Millesimo Nonagesimo quinto, Regnante Willelmo Rege Minore filio Regis Willelmi qui Angliam deuicit, Concessit preterea idem Nigellus eisdem monachis duas terras dominii sui scilicet Cornilos et forendinne cum omni iure et iurisdiccione sicut in eisdem habebat liberas et quietas ab omni seculari ~~et~~ seruicio preter Danegeld quod persoluendum est de Cornilos solummodo. dedit etiam dictis Monachis viginti solidos quos habebat in ffolkaston de hanetoth, et Chyltwyte, hos viginti solidos remisit Ranulphus Abbas Burgensibus de ffolkeston tali condicione quod ipsi concesserunt omnem decimacionem piscium capture sue in sempiternum predictis Monachis de ffolkaston. Memorata vero Beatrix post mortem domini sui Willelmi de Archis veniens ad terram dotis sue. de Newynton concessit predictis monachis plenam medietatem decimacionis de dominio suo in omnibus que decimari solent et debent. Nigellus vero dedit plenarie eisdem monachis omnem decimacionem dominii sui de ffolkeston de Sterlinghm de Walton de Northwode. de Alkehm et Stunden et de nemoribus suis terciam autem partem decime de ffletho, in omnibus que decimari debent. in garbis agnis in vitulis in caseis. et de molendinis ville ipsius terciam partem de ffolkeston vero et de Alkehm et Sterlinghm. de denariis proprii Gabli. de molendinis de mollis de pratis de vineis de fructibus viridiariorum suorum. de pullis de vitulis de porcis de Agnis et de siluestribus bestiis parci et de pasnagio. et de piscibus vivariorum de pasturis cum omnibus que Mare eicit in propriam terram dictorum Monachorum. Mortuo vero Nigello absque masculo herede // Henricus Rex ffrater Regis Willelmi minoris dedit filiam eius Matildem nomine Rualoni de Abrincis cum omni terra et honore que Nigellus habuit dum vixit. Rualo vero concessit monasterio longiledi et monachis de ffolkeston omnia sicut sunt superius annotata integra et illibata. absque vlla diminucione. Et quia Ego dictus Willelmus de Abrincis omnia et singula superius annotata et contenta in litteris domini Nigelli de Munevilla quondam domini de ffolkeston antecessoris mei, et domini Rualoni de Abryncis vidi contineri et coram me feci legi recitari que diligenter. Quibus auditis perlectis et intellectis. omnes et singulas donaciones Elemosinas superdictas comperi et inveni recte et iuste factas datas et confirmatas fuisse predictis Abbati et monachis et successoribus eorundem. Ideo vt participacionem ampliorem habeam in precibus suffragiis et ceteris beneficiis dictorum monachorum de Lonleio et de ffolkeston tam Ego quam predecessores mei ac etiam successores volo statum Ecclesiam in suis iuribus libertatibus in quantum possum indempnem et illesam obseruare necnon suos dei prefatos que Religiosos de ffolkeston in suis possessionibus Elemosinis et consuetudinibus liberos et quietos assidue sine molestacione qualicumque permanere. Quia bona et munimenta eorum non vellem nec deberem infringere vel minuere. ymmo magis vestigiis antecessorum meorum adherere ea munificentia qua possum augmentare ac dilatare

In honore sancte dei genitricis Marie et Sancte Eansuuithe virginis, et ob favorem et devotionem fervencem quas erga sanctam religionem habeo prescriptas omnes donationes et singulas in quocumque titulo meorum antecessorum comprehensas et insertas. Elemosinas decimas Collationes terras et tenementa Confirmationes et Jura possessionum Ecclesiarum libertatum que concessiones ratas et gratas habeo in quantum michi pertinet pro me et heredibus meis approbo ratifico in novo et presentis pagine testimonio do absque ulla diminutione. et predictis Monachis de Lonleio et de ffolkeston et Successoribus eorundem in puram et perpetuam Elemosinam confirmo. videlicet in domibus terris pratis redditibus. in boscis, nemoribus possessionibus consuetudinibus. et cum omni Jure et Jurisdictione plenaria de Cornils et de ffozendon sicut dominus Nigellus habebat absque ulla reclamatione a me nec ab heredibus meis in illis terris nec in aliis donationibus superius nec inferius content' faciend'. Et in aliis Juribus et libertatibus omnibus. et in decimis quibuscumque maxime in decimatione omnium ad meum dominium de ffolkeston qualitercumque modo spectantium. scilicet meorum redditium proprii Gabli de ffolkeston de Sterlingham et de Alkeham passagii mei pro parte piscium venariorum meorum cum omnibus que mare eicit in propriam terram dictorum Monachorum boscorum meorum, Molarum. In decimis etiam mearum bestiarum et exitum earundem videlicet Caseorum pullorum vitulorum agnorum, porcorum et omnium animalium silvestrium et de ffructibus viridiariorum meorum, Domicarum, volucrum et omnium aliorum totius dominii mei que debent vel possunt de Jure et equitate decimari. Verum quia dicti Monachi de Castello de ffolkeston in quo fundati fuerunt sua spontanea voluntate assensum et auctoritatem suam prebente venerabili patre domino Johanne dei gratia Roffensi Episcopo vicario Archiepiscopi Cantuariensis post mortem domini Willelmi Archiepiscopi Cantuariensis Anno primo sede vacante exire voluerunt ad quandam novam Ecclesiam quam eis dedimus extra dictum Castellum que aptior videtur eis et ad quendam Locum iuxta Ecclesiam quam eisdem dedimus et concessimus et confirmavimus in puram et perpetuam Elemosinam sicut aliqua Elemosina melius dari potest vel appropriari. quia quod semel deo dedicatum est amplius ad usus humanos non est transferendum et eos ibidem fundavimus cum omnibus suis Ecclesiis possessionibus terris Juribus redditibus consuetudinibus absque servitute infra dicta septa. Prioratus vel Impedimento, et cum omnibus aliis rebus que tenuerunt et habuerunt absque ulla diminutione. sicut eo tempore tenuerunt cum adhuc in dicto Castello remanebat. Ideo ne Loca pure Elemosinata et dictis Monachis appropriata per heredes vel ministros meos vel alios teneantur violentur. volo et adhuc confirmo quod nullus nomine meo aut heredum meorum imposterum infra septa clausura prioratus et domus ipsorum Monachorum de ffolkeston possit debeat nec presumat Jure consuetudinis usus dampnum vendicando res blada bones equos Jumenta seu alia animalia vel bona quecumque capere extraponere hospicium Locum ipsorum spoliando. aut de meis Alienis de animalibus. canibus servientibus ipsos honerando aliquem aut aliquod ibidem vi tenere dimittere custodiend' sustentando quovis quocumque colore quesito in ipsorum dampnum et gravamen et ecclesiastice libertatis lesionem unionem in preiudicium sui prioratus in quo vel omnino michi aut heredibus meis in aliquo die Anni preter suffragia et participationem precum et orationum dictorum Monachorum retineo. sed liberum pacificum et quietum in futurum volo remanere. adhuc et volo et consentio quod ego et heredes mei vel quicumque successores omnes res donationes et collationes superius contentas et comprehensas predictis Monachis et Successoribus suis manutenere warantizare fideliter teneantur in futurum. Verum quia Instrumenta et Carte antecessorum meorum per ignem et aquam putredine vetustate aut dyrneam rubiginem vel guerram sive aliam fortunam possent adnichillare. deperire vel corrumpi. Quare Ego motus intuitu divine pietatis concedo et volo, ad peticionem ipsorum quod dicti monachi de ffolkeston michi nec heredibus meis aliqua fundamenta titulos de cetero teneantur ostendere seu et compellantur exhibere et nec compelli possint nisi solummodo presentem istam meam donacionem et confirmacionem. Quam siquis autem meorum heredum aut aliorum quorumcumque causa a me vel ab eis habencium execrabilis mentis in gluvien prophane quam cupiditatis exagitatus et depravatus hanc paginam mee mere et spontanee confirmacionis donacionis approbacionis impedire minuere violare vel in aliqua sui parte voluerit. seu infra fuerit. infringendo deturbare vel detinere in parte vel in toto iram inrenovabilem et maledictionem dei patris et beate marie genitricis eius et sancte Eanswithe virginis quarum famulis et servientibus fecerit iniuriam se senciat celeriter et terribiliter incurrisse. qui tanquam membrum inutile. christi segregatus a corpore per ecclesiam anathematis perpetuo feriatur, nisi penitendo resipiscat, et cum Iuda christi traditore cathenatus in tenebris et in umbra mortis ubi erit fletus inexsaribilis et stridor dencium torqueatur. Iude, Dathan et Abiron. quos in carne viventes absorbuit et aperta terra deglutivit sorciendo porcionem detrudatur in igne gehennali cohorti demonum preparato. dampnabiliter sine fine cruciandus. In cuius rei fidem et testimonium ne meos posteros aut alios lateat in futurum presentem cartam et confirmacionem eisdem monachis dedi. sigilli mei munimine et impressione roboratam. Hiis testibus Willelmo de sancto Lupo milite, Alexandro Tirell. heugon. Candin. Johanne hengon. coto de Moreston Stephano filio Wydon hastull. Woulfyno Willelmo de hasyo Rast, Roberto de Bade Childe. Johanne venatore. Godwyno filio Radi Alano de ffleta et pluribus aliis.

Bonifacius. Episcopus servus servorum dei. Dilecto filio priori ecclesie Cantuariensis Salutem et apostolicam benediccionem. Ad audienciam nostram pervenit. quod tam dilectus filius. prior prioratus de ffolkeston ordinis sancti Benedicti Cantuariensis diocesis quam predecessores sui priores eiusdem prioratus qui fuerunt pro tempore. decimas terras domos vineas possessiones prata pascua Nemora molendina Grangias piscarias Redditus iura Iurisdicciones et quedam alia bona ipsius prioratus datis insuper hoc litteris interpositis Iuramentis factis renunciacionibus et penis adiectis in eiusdem prioratus non modicam lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam quibusdam vero, ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub confirmacione concesserunt. quorum aliqui super hiis confirmacionis Litteris in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discrecioni tue per apostolica Scripta mandamus, quatinus ea que de bonis ipsius prioratus. per Concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta non obstantibus Litteris Iuramentis renunciacionibus penis et confirmacionibus supradictis ad ius et proprietatem prioratus eiusdem legitime revocare procures contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint nominati si se gracia odio vel timore subtraxerint censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Proviso ne aliquis extra suam civitatem et diocesim auctoritate presencium ad iudicium evocetur et nec procedatur in aliquo contrarium. Datum Rome apud Sanctum Petrum. quinto kalendas Decembris pontificatus nostri, Anno Primo.

Ricardus. dei gracia Cantuariensis Archiepiscopus. totius Anglie primas. Universis christi fidelibus. ad quos littere nostre pervenerint. eterna in domino Salutem. Ad omnium noticiam volumus pervenire Nos omnes et singulas donaciones. quas fecit Nigellus de Munevill. et Willelmus de Abrincis postmodum confirmavit. Dilectis filiis nostris Abbati et monachis de Lonleio sive in

ecclesijs sive in terris. sive in decimis. sive in redditibus. sive in alijs quibuscumque rebus sicut
rationabiliter facte sunt et confirmate. ratas habere et Carta presenti confirmare. Statuentes
et ea firmiter. auctoritate prohibentes/ districte/ ne quis iniuste memoratos Abbatem et Monachos
super donationibus ipsis molestare. aut huic nostre confirmationis pagine contraire presumat/ Testibus
Walerano Roffensi Episcopo. Magistro P. blesensi Archidiacono Bathoniensi Moyse capellano. Magistro R. de
Rolvesty Henrico Baiot Johanne Capellano Willelmo Gotelwaine et alijs/.

Ecclesia appropriata Collegio de Cobham./

Ecclesia Rolvynden

Universis Sancte Matris Ecclesie filijs ad quos seu quorum
notitiam presentes littere pervenerint et quos infrascripta tangunt, seu tangere poterit
quomodolibet in futurum. quorumcumque nomine censeantur. Frater Thomas permissione divina
Roffensis Episcopus Executor unicus ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus. Salutem
in domino sempiternam. Noveritis quasdam litteras Sanctissimi in Christo patris ac domini domini Urbani
divina providentia pape VI ejus vera bulla plumbea et cordulis canapis more solito
Romane curie bullatas non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspec-
tas. sed omni vicio et suspitione sinistra carentes. de et super unione et appropriatione
ecclesie parochialis de Rolvynden Cantuariensis diocesis Collegio seu Cantarie de Cobham.
Roffensis diocesis auctoritate apostolica per nos faciend' nobis directas per partem nobilis viri domini
Johannis de Cobham domini loci de Cobham etiam nobis presentatas cum ea qua
decuit reverentia nos recepisse in hec verba. **Urbanus**. Episcopus servus servorum dei
venerabili fratri Episcopo Roffensi Salutem et apostolicam benedictionem. Regimini ecclesiarum omnium cure nostre
disponente domino commissarum salubriter intendentes circa singularum statum utiliter dirigend'
intentis desiderijs vigilamus casque sic cupimus nostre dispositionis ope dirigere ut Ecclesie
ipse nedum detrimentorum incommodis careant. sed incepta cor nostrum ipso auctore domino incre-
mentis felicibus augeantur. Dudum siquidem pro parte dilecti filij nobilis viri Johannis
de Cobham domini loci de Cobham Roffensis diocesis exposito felicis recordationis Urbano pape
quinto predecessori nostro. quod olim ipse zelo pie devotionis accensus cupiens terrena in celestia
et transitoria in eterna felici commercio commutare in parochiali ecclesia de Cobham dicte diocesis
in qua progenitores dicti Johannis suam elegerunt sepulturam/ quandam perpetuam Cantariam
in qua esse deberent quinque perpetui Capellani ibidem Collegium facientes et in divinis perpetuo
servientes. quorum unus eorundem vel alter eorundem vicario perpetuo eiusdem ecclesie vel alias perpetuam
vicariam dicte ecclesie, ad presentationem dilectorum filiorum prioris et Conventus prioratus
sancti salvatoris de bermondeseye Cluniacensis ordinis Wintoniensis diocesis qui Ecclesiam ipsam
in proprios usus obtinebant prout obtinent etiam de presenti. quomodolibet dimittente esse et
vocari deberet Magister dicte Cantarie. qui eidem preesset Collegio curam quoque animarum gereret
ecclesie ac alia omnia onera eidem vicario incumbentia supportare haberet. ad dei
laudem et honorem ac pro sue dictorumque progenitorum et aliorum parentum suorum animarum salute
fundaverat et ordinaverat ac de bonis suis proprijs sufficienter dotaverat. certis possessionibus
et annuis perpetuis redditibus quos idem Johannes pro dote huiusmodi dicte Cantarie realiter
assignaverat. ac nonnulla salubria statuta et ordinationes in ipsa Cantaria per eosdem magistrum
et Capellanos servanda ediderat atque fecerat in hoc interveniente assensu bone memorie
Willelmi Wittlesey tunc Roffensis Episcopi predecessoris tui qui etiam premissa uno reparationis

multiplices quas dictus Johannes in eadem ecclesia fieri fecerat opere non modicum sumptuoso et nonnulla alia bona libros vestimenta et ornamenta ecclesiastica per ipsum Johannem in eadem ecclesia liberaliter data et oblata ad que dicti prior et conventus tenebantur provida meditatione considerans et etiam de consilio et assensu dilectorum filiorum Archidiaconi infra cuius Archidiaconatus limites et districtum dicta ecclesia consistit, ac prioris et capituli ecclesie Roffensis nostro diocesis prioris et conventus dicti prioratus tunc eius omnibus et aliis quorum intererat tractatu et matura deliberatione prehabitis suam auctoritatem et decretum interposuerat in premissis ac nonnulla circa ea pro statu prospero et tranquillo Magistri et Capellanorum ac prioris et conventus prioratus predictorum quedam salubria sub certis modo et forma servari statuerat et ordinaverat prefatus Urbanus predecessor fundationem ordinationem et dotationem ac omnia alia premissa per dictos Johannem et Episcopum ut premittitur facta rata habens et grata illa auctoritate apostolica ex certa scientia confirmavit, supplendo omnem defectum si quis intervenerat in premissis prout in eisdem Urbani predecessoris litteris inde confectis plenius continetur. Postmodum vero sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Johannis petitio continebat, idem Johannes qui huiusmodi Capellanorum unum de duobus aliis Capellanis augeri desiderat premde attendens quod ad id non suppetebant prout nec suppetunt ipsius Cantarie facultates, Ius patronatus parochialis ecclesie de Rolwynden Cantuariensis diocesis ad ipsum Johannem tunc temporis legitime pertinens ad finem ut ipsa ecclesia de Rolwynden eidem Cantarie auctoritate apostolica uniretur pro divini cultus augmentum donavit. Quare pro parte dicti Johannis nobis fuit humiliter supplicatum ut ipsam ecclesiam de Rolwynden cuius fructus sexaginta prefate Cantarie cuius ducentarum marcarum sterlingorum secundum communem extimationem valorem annuum ut idem Johannes asserit non excedunt unire annectere et incorporare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui divinum cultum nostris temporibus adaugeri intensis desideriis affectamus de premissis certam notitiam non habentes huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus per apostolica scripta committimus et mandamus quatinus si est ita predictam ecclesiam de Rolwynden cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Cantarie auctoritate apostolica unias incorpores et annectas. Ita quod cedente vel decedente Rectore ipsius ecclesie de Rolwynden qui pro tempore fuit vel ecclesiam ipsam alias quomodolibet dimittente liceat Magistro et Capellanis predictis corporalem possessionem ecclesie de Rolwynden predicte propria auctoritate absque alicuius licentia super hoc minime requisita apprehendere et perpetuo retinere. Reservata tamen de huiusmodi fructibus redditibus et proventibus ipsius ecclesie de Rolwynden congrua portione pro perpetuo vicario in capite perpetuo domino serviturus de qua idem vicarius possit congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia sibi incumbentia onera supportare. Non obstante si aliquibus super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi ecclesiis vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem litteras et processus earum vigore habitos vel habendos ad eandem ecclesiam de Rolwynden volumus non extendi sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem parochialium ecclesiarum aut beneficiorum aliorum preiudicium generari et quibuslibet indulgentiis privilegiis et litteris apostolicis quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Parisius vij Idus Martii Pontificatus nostri Anno Decimo. Post quarum quidem litterarum apostolicarum presentationem et earum receptionem fuimus cum non modica instancia per partem nobilis viri domini Johannis predicti requisiti quatinus ad execucionem dictarum Litterarum apostolicarum et contentorum in eisdem iuxta exigenciam et tenorem earundem procedere dignaremur. Volentes igitur dictas Litteras apostolicas nobis in hac parte directas exequi reverenter ut tenemur de et super contentis quibuscumque in Litteris apostolicis predictis et veritate suggestorum in eisdem mandavimus et fecimus diligenter inquiri. Et quia per inquisicionem huiusmodi et alia Legitima documenta coram nobis in hac parte ministrata, comperimus omnia et singula in dictis Litteris apostolicis per nobilem virum dominum Johannem predictum suggesta et contenta veritate fulciri nec invenimus aliquod canonicum quod obstaret in hac parte propter quod impediri vel retardari debet unio incorporacio et annexio ecclesie de Tolyngdon antedicte. Nos igitur vocatis in ea parte vocandis concurrentibus etiam omnibus et singulis que in ea parte de iure requiruntur: prefatam ecclesiam de Tolyngdon cuius Sexaginta cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefate Cantarie seu Collegio cuius ducentarum Marcharum sterlingorum fructus redditus et proventus secundum communem extimacionem valorem annuum non excedunt, auctoritate apostolica predicta ad augmentum cultus divini in Collegio seu Cantaria predicta videlicet ad sustentacionem duorum Capellanorum secundum formam infrascriptam in eodem Collegio perpetuo sustentandorum et relevamen dicti Collegii seu cantarie ac aliorum onerum inferius describendorum supportacionem univimus incorporavimus et annectimus.

Ita quod cedente vel decedente Rectore ipsius ecclesie de Tolyngdon qui fuit pro tempore seu ecclesiam ipsam aliter quomodolibet dimittente, Liceat Magistro et Capellanis Collegii seu Cantarie predicte possessionem corporalem realem et actualem dicte parochialis ecclesie de Tolyngdon sic per nos unite iurium et pertinentiarum eiusdem universorum porcione vicarie dicte ecclesie infrascripta dumtaxat excepta. per se vel alium seu alios auctoritate propria et alicuius Licencia super hoc minime requisita apprehendere et perpetuo retinere fructusque huiusmodi ipsius ecclesie de Tolyngdon ut infra sequitur convertere in divini cultus augmentum et supportacionem onerum huiusmodi et relevamen dicti collegii seu cantarie in eadem reservata tamen per nos auctoritate apostolica qua fungimur in parte de huiusmodi fructibus redditibus et proventibus ipsius ecclesie de Tolyngdon congrua porcione pro perpetuo vicario in ea ~~parte~~ perpetuo divinis serviturus per Loci diocesanum ad presentacionem Magistri et Capellanorum dicti Collegii seu Cantarie in eadem canonice instituendo. de qua porcione vicarius dicte ecclesie potest congrue sustentari, episcopalia iura solvere et alia incumbencia sibi onera supportare hactenus auctoritate ordinaria ordinata et realiter assignata. Cuius porcionis ordinacionem et assignacionem huiusmodi hic habere volumus pro insertis et eandem porcionem pro ipsius ecclesie vicarii moderni et alterius cuiuscumque qui pro tempore fuit eiusdem ecclesie vicarius sustentacionem et onerum incumbencium supportacionem sufficere reputamus. et pro ipsius sustentacione ac oneribus eidem incumbentibus congruam et sufficientem pronunciamus. Salvo etiam ex ordinacione nostra ymmo verius apostolica pro indempnitatibus dominorum Archiepiscopi prioris et Capituli ecclesie Cant. necnon Archidiaconi Cant. in recompensacionem emolumentorum que Archiepiscopus prior et Capitulum et Archidiaconus predicti qui pro tempore fuerint temporibus vacacionum ecclesie predicte de Tolyngdon ~~percipere potuerunt~~ et habere. si unio appropriacio et Annexio predicte facte non essent postquam pacificam possessionem ecclesie parochialis predicte de Tolyngdon vigore unionis incorporacionis et Annexionis predictarum Magister et Capellani predicti fuerint adepti Reverendissimo in Christo patri ac domino domino Archiepiscopo Cant. moderno, et ipsius Successoribus annuam imperpetuum de ipsorum Magistri et Capellanorum Collegii seu Cantarie predicte expresso consensu et concessione annuo censu seu pensione annua duorum solidorum priori et Capitulo ecclesie Cantuar. viginti denariorum Archidiacono Cant. predicto et ipsius Successoribus sex solidos et octo denarios sterlingorum per Magistrum

Tolyngdon Vicaria

et Capellanos dicti Collegii seu Cantarie aut alium vel alios eorum nomine fideliter et realiter in ipsa ecclesia
Cant' in vigilia Assencionis domini persolvend'. Et quod si predictis loco et tempore dicte Decime ut premittitur
exsolvende a retro fuerint non solute, seu earum aliqua quod extunc liceat domino Archiepiscopo qui pro tempore
fuerit fructus omnes et singulos ipsius ecclesie de Rolvynden appellacione remota sequestrare et postquam
sequestrati fuerint remaneant sequestrati quousque de pecunia huiusmodi a retro existen' non soluta
una cum expensis occasione non solucionis huiusmodi faciend' ipsi domino Archiepiscopo vel ipsius Successoribus
priorique et Capitulo ac Archidiacono Cant' fuerit integra satisfactum. Quod quidem onus occasione predicta predictis
Magistro et Capellanis Collegii seu Cantarie predicte et eidem Collegio sive Cantarie auctoritate apostolica
imponimus de dictorum etiam Magistri et Capellanorum beneplacito et assensu et eorum Successoribus perpetuo
subeundum. Item auctoritate apostolica predicta ac de ipsorum Magistri et Capellanorum predictorum beneplacito
voluntate consensu et assensu expressis, et ad peticionem instantem nobilis viri domini Johannis
de Cobham domini loci de Cobham predicti, eisdem magistro et capellanis consortiis dicti Collegii imponimus
onera infrascripta. In primis videlicet ordinamus et statuimus quod ultra perpetuas Canta-
rias septem Capellanorum in dicto Collegio per eundem dominum Johannem de Cobham primitus funda-
tas et dotatas, una Cantaria duorum capellanorum qui erunt temporales et ut subicitur amovibiles
in dicta Ecclesia Collegiata de Cobham sit perpetuo stabilita. et eam ordinamus fore perpetuo dura-
turam. a Magistro et fratribus seu consortiis dicti Collegii de fructibus dicte ecclesie de Rolvynden eis
et ipsorum Collegio ut prefertur appropriate, quorum valor Decima Quinquaginta Marcharum sterlingorum
ascendit annuatim perpetuo ut infrascribitur sustentandam. Item ordinamus quod dicti duo Capellani
singulis diebus celebrent missas pro animabus domini Johannis de la Poole et domine Johanne uxoris sue
domini Willelmi de la Poole et domine Margarete uxoris sue, domini Johannis de Cobham et domine Margarete uxoris sue et pro animabus omnium fidelium defunctorum nisi
quando contigerit eos ad alias missas intitulari. Et quod tunc preceptor Collegii predicti subroget
alios capellanos loco eorum ad missas dicendas pro defunctis predictis. Item ordinamus quod dicti
duo Capellani vivant in communi ac regantur et sustententur in omnibus iuxta Statuta antiqua sicut
alii Consortes Collegii predicti, hoc excepto quod ipsi non erunt perpetui, sed pro libito magistri et sanioris
partis dicti Collegii totiens quotiens hoc eis visum fuerit expediens amovendi. nec erit aliquis eorum
incorporatus in Collegio predicto dum et quamdiu sic ut prefertur celebrabunt pro animabus predictis nec
intrabunt Capitulum dicti Collegii nec vocem habebunt inter alios nec secreta domus sive Collegii predicti
quovismodo cognoscent, percipiet que eorum quilibet minus de una Marcha pro stipendio suo annuo quam
aliis consortibus dicti collegii perpetuis est percipere consuetum. Nec erunt Senescalli dicti Collegii
nec reportabunt Commodum aliquod de casibus excrescentiis in dicto Collegio contingentibus
nec percipiant quicquam percipere nisi quod specialiter et nominatim eis contigerit assignari. Item ordinamus quod
utroque dictorum duorum Capellanorum pro missa beate Marie virginis in cantu celebranda dicti duo Capellani
debent interesse. unam Marcam pecunie annuatim pro ipsius interessentis percipient labore penasque
per antiqua Statuta negligentibus interesse in dicta missa inflictas totiens quotiens ipsos aut
eorum aliquem a dicta missa abesse contigerit non immerito sustinebunt, sustinebitque et uterque ipsorum.
Item Statuimus quod isti duo Capellani erunt vestiti de secta aliorum Capellanorum de prima funda-
cione dicti Collegii ordinata. Item Statuimus quod teneatur obitus singulis annis perpetuo cum solemni-
tate aliquo dierum per Magistrum et socios dicti Collegii limitando pro animabus supradictis videlicet
pro animabus domini Johannis de la poole et domine Johanne uxoris sue et domini Willelmi de la poole et domine
Margarete uxoris sue. necnon pro animabus Reverendissimi in christo patris ac domini domini Willelmi dei gratia
Archiepiscopi Cant' moderni totius Anglie primatis et domini Willelmi de Pakyngton Archidiaconi

ecclie Cant. cum contigerit ipos exemi ab humanis. infra quorum dioc et Jurisdiccion dicta ecclia de Kolwynden est situata ad cuius appropriacoem dicto Collegio faciendam Auxilium tribuerunt pfanorum. Item Statuimus qd duo Aquibaiuli qui sunt et qui pro tempe erunt in Ecclia de Cobeham pdict. habeant Mensam suam in dco Collegio ppetuo. qui quidem aquibaiuli deservient continue in ecclia sicut Sacriste. Item Statuimus qd ipi addiscant in Scolis cum aliis scolaribus prout possint nisi impediantur circa officium predcm. Item Statuimus qd dicti Aquibaiuli non mittantur ad extra p Magrm uel per socios dci Collegii. ut non impediantur ab officio divino et a Studio lrarum nisi pro magna et necia causa et utilitate Collegii antedci. et non pro utilitate alicuius singularis psone Collegii antedci. Item Statuimus qd super excrescentiis ffructuum et proventuum dce ecclie de Kolwynden qui excrescent ultra onera supdca convertantur ad comodum et incrementum Collegii pdicti et ponantur in thesauraria dicti Collegii pro picllis evitand que dco Collegio poterunt evenire. Que omnia et singula Reverendissimo in xpo pri dno Archiepo Cantuarien priori qz et Captlo ecclie Cant. necnon Archno Cant. ac omnibus aliis et singulis quorum interest et interesse poterit et quos pmissa tangunt seu aliquod pmissorum tangit seu tangere poterunt seu poterit quomodolibet in futurum. Tenore psentium Insinuari notificari et Intimari volumus. omnibus via et forma quibus melius de Jure possimus. auctoritate nobis ut prefertur commissa. In Quorum omnium testimonium atqz fidem. Nos ffr Thomas Epus predcus psentes nras lras Immo verius aplicas sive psens publicum Instrumentum Sigilli nri appensione. necnon Signo et Subscripcoe Magri Bartholomei Waryn clici Norwicen dioc publice auctoritate aplica Notarii et Scribe nri, in hac pte fecimus, et mandavimus communiri. Dat et act in Manerio nro de Trottesclyve nre Roffen dioc Anno ab Incarnacoe dni scdm cursum et computacoem ecclie Anglicane Millmo. Tricentesimo. Octuagesimo octavo, Indiccoe duodecima. pontificat Sanctissimi in xpo pris ac dni nri dni Urbani divina providencia ppe sexti Anno undecimo Mensis Marcii die vicesima tercia. Presentibus venerabilibus et discretis viris Magris Johanne Charynton et Waltero Ixworth in decretis Bacallariis, Johanne Blykyng clerico Norwicen dioc ac aliis testibus ad pmissa vocat specialiter et Rogatis.

Et Ego Bartholomeus Waryn clicus Norwicen dioc publicus aplica auctoritate Notarius et Scriba Reverendi pris dni Executoris predci pmissis omnibus et singulis dum sic ut pmittitur sub Anno dni Indiccoe pont. Mense die et Loco predcis per ipm Reverendum prem dnm Thomam dei gra Roffen Epm antedcum executorem et coram eo agerentur et fierent psonaliter interfui una cum testibus antedcis ea qz vidi sic fieri et audivi. aliis qz arduis occupatus negotiis p alium scribi feci de mandato dci dni Executoris publicavi et in hanc publicam formam redegi manuqz ppria me subscribendo et signum meum consuetum. una cum appensione Sigilli dci Reverendi pris dni Roffen Epi. hic apposui in testimonium pmissorum.

Nos Igitur, Magr sive Custos et socii Collegii pfati Considerantes pfatam ordinacionem dce Cantarie duorum Capellanorum nobis et Collegio nro fore utilem et factam in divini cultus augmentum Ipam ordinacoem. et onera omnia et singula supius expressata et nobis ut pfertur imposita tractatu super hoc in Captlo nro inter nos phabito diligenti. Concurrentibus omnibus et singulis que in hac pte de Jure seu consuetudine requiruntur. De unanimi nro consensu et assensu gratanter acceptamus. concedimus et approbamus pure sponte et absolute. et ad eorum, Cantarie et ordinacionum supdcorum observacoem ppetue faciendam nos et Successores nros obligamus firmiter per psentes Volumus etiam et concedimus pro nobis et Successoribus nris imppm qd quilibet Magr sive custos dicti Collegii futurus ante Induccoem suam vel saltem in ea quilibet etiam Capellanus incorporandus ante incorporacoem suam vel saltem in ea ad observacoem ppetuam ordinacionum predcarum prestet Juramentum Corporale tactis sacrosctis Evangeliis p eundem. Nos qz Walterus Shulham Magist sive custos

Johannes Mort Submagr. Johannes Thurston. Willmus Tanner Johannes Morcote. Ricus Yong et Radulphus Lystere socij dcti Collegij. ad obsuand dcas ordinacoes ad scta dei Euangelia per nos et quemlit nrm corpalit tacta Juravimus et Juramus et quilibet nrm iuravit et iurat, ac renunciamus pro nobis et Successoribus nris omnibus Juris remedijs et privilegijs et spualit bnficio in Integrum restitucois et appellacionibus p que effectus dcarum ordinacionum impediri poterit quomodolit vel differri et spualiter Jure dicenti Generalem Renunciacoem non valere nisi precesserit spialis. In Cuius Rei testimonium. Sigillum nrm coe fecimus hijs appoñ. Dat quo ad dcm nrm commune Sigilli appensione in domo nra Capitulari dci Collegij. primo die mensis Aprilis Anno ab Incarnacoe dni scdm cursum et computacoem eccie Anglicane. Millmo. CCC. Octuagesimo Nono.

Et Nos Willmus. permissione diuina Cantuarien Archiepus totius Anglie primas et aplice sedis Legatus, prefatis vnioni annexioni et incorporacoi Eccie poch. de Rolvynden predce ac omnibus alijs et singlis supscriptis sic vt pmittitur factis. habit et gestis. prout supius acta sunt, nros pbuimus consensum pariter et assensum. ac ipa quatenus ad nos attinet. Rata habentes et grata, ea omnia et singla nra auctte ordinaria et etiam metropolitica pro nobis et Successoribus nris quatenus de Jure melius possimus laudamus approbamus ratificamus et etiã confirmamus. In quorum testimonium Sigillum nrm fecimus hijs appoñ. Dat in Manerio nro de Croydon. Anno dni Millmo Trecentesimo, Octuagesimo Nono. Et nre Translacois octavo.

Et Nos Prior et Capitlm Eccie xpi Cantuar. phabito inter Reuendissimum in xpo prem et dnm dnm Archiepm prefatum et nos super pmissis omnibus et singlis in hac pte frequenti solempni tractatu et deliberacoe diligenti ac alijs concurrentibus que requirebantur. De et super pmissis pfat annexionem incorporacoem et vnionem eccie poch. de Rolvynden supdict taliter fact vt pmittitur. vnio Statuta et ordinata pmissa acta et gesta vt pfertur rata et grata pte habentes atque firma eisdem pbuimus cum dicto Reuendissimo pre dnm ea sic ageret et pbemus consensum plenarium et assensum ac pmissa omnia et singla quantum in nobis est ratificamus approbamus. laudamus et ea tenore presencium confirmamus. In Cuius Rei testimonium Sigillum nrm coe presentibus est appensum. Dat in domo nra Capitulari Cantuar. decimo die Mensis aplis Anno dni Millesimo Trecentesimo Octogesimo nono

Et Nos Willmus. de Pakyngton Archinus Cantuar pmissa ante omnia et singla quantum ad nos attinet ratificamus approbamus, et ea tenore presencium confirmamus In Cuius Rei testimonium Sigillum Officij nri fecimus hijs appoñ. Dat Cant xvj. die Mensis Aprilis. Anno dni. Millmo CCC lxxx nono.

Ricardus. dei gra Rex Anglie et ffrancie Dominus hibnie Omnibus ad quos pntes lre puenint. Saltm. Sciatis. qd de gra nra spiali concessimus et licencia dedimus p nobis et heredibus nris quantum in nobis est, dilectis et fidelibus nris Rico de Pouyng et Johanni de Clynton qd ipi medietatem vnius acre terre cum ptinen in Rolvynden vna cum Aduocacoe eccie de Rolvynden que quidem Aduocacio nobis tenetur in capite vt dicitur dare possint et assignare, dilectis nobis in xpo. Magro et Capellanis Collegij de Cobham habend et tenend eisdem Magro et Capellanis et Successoribus suis imppm. et eisdem Magistro et Capellanis qd ipi terram pdcam cum ptinen vna cum aduocacoe predca a pfatis Rico et Johanne recipe possint, et eandem eccliam appropriare et eam sic appropriata in ppriis vsus tenere vna cum terra predca cum ptinen sibi et Successoribus suis in sustentacoem et augmentacoem eorundem Magrorum et Capellanorum. Statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponend edito seu eo qd dicta aduocatio de nobis tenetur in capite vt pdcm est non obstan Nolentes qd idem Ricus et Johannes vel heredes sui. aut pfat Magr et Capellani seu successores sui racione pmissorum per nos vel heredes nros seu ministros nros quoscumque occonentur molestent' in aliquo seu gravent'. salvis nobis firmis inde debitis et consuet'. In cuius rei testimoniu' has l'ras n'ras fieri fecimus patentes. et me ipso apud Westmon'. quarto die May. Anno regni n'ri sexto.

Eccl'ie appropriate prioratui de Dauinton

Eccl'ie de herty- et Davyngton.

Notum sit omnib' s'te eccl'ie filiis q'd Ego ffulco de Newham. concessi eccl'iam de hertea monialibus eccl'ie s'te marie magdalene de Danitune in Elemosina consensu atq' consilio Teodbald' Archiep'i cantuarien' eccl'ie.

T. dei gra' Cant' Archiep'us Anglor' primas et ap'lice sedis Legatus omnib' s'cte matris eccl'ie filiis salt'm et b'n. Ad pastoris spectat sollicitudine eor' maxime quieti quos Religionis nomen commendat providere et que eis s'c'm d'm collata sunt bona p'petua statuere et statuta inviolabilit' conservare. Inde est q'd ancillis xpi monialibus b'te marie magdalene de Dauintona omnia eccl'iastica sive mundana b'n'ficia eis in xpo collata auct'e qua fungimur confirmamus et p'ntib' scripti mei testimonio corroboramus. Ipsa q'z singulor' nominum annotatione distinguere providum et utile duximus. Scilicet eccl'iam de hertea cum p'tinenciis suis de donatione ffulconis d'ni de ffisburna de Newham, cum omni decima molendinor' que in eadem facta vel facienda sunt et piscatione in marisco usq' ad mare quamdiu ibi piscari voluerint. Preterea de terra Suarti iiij solid' annuos de terra Odonis ij solid' annuos. De terra Wolstani de Grenewicia xviij d' ann'. Elswardo parvo xij d'. Estrilda vidua xij d'. Wolfron vidua viij d'. De Wolfwardo fabro xij d'. De terra Alfnodi vi d' p'terea de terra que dicit' Horet' x sol' annuos. Molendinu' quoq' de Sattheffeot liberu' et quietu' p'ter id de terra Leofwardi de ffisseborna viginti solid' annuos et domu' marescu' in hertea. Ita quod si eiusdem leofwardi filia Aldida monialis fieri voluerit ab ancillis xpi de Dauintona recipiet'. De donatione Juliani filii Gunnechini dimidiu' jugu' terre in Langelia. De donatione Rogeri filii Walteri de stealdeford duas partes decimar' de stealdeford et esseWella auct'e R. bone memorie London' Ep'i confirmatas. Habita q'z et alia queq' de cetero d'no auctore poterunt adipisci sibi eis concedimus et confirmamus. precipientes ut in debita tranquillitate habeant et possideant. Omnes aut' qui eis sua b'n'ficia p' dei amore impendunt dei et n'ram habeant benedictionem. Qui vero ipsas sive ipsar' bona aliquatenus contra d'm inquietaverint. districti judicis cu' n'ra maledictione. sentiant ultionem. Amen. valt.

Eccl'ia de Newham.

Noverint omnes s'te matris eccl'ie filii. tam p'ntes q'm futuri. q'd Ego Juliana de Newham cum heredibus meis. dedi et concessi et hac p'nti carta mea confirmavi monialibus eccl'ie s'te marie magdalene de Dauintona eccl'iam de Newham in p'petua Elemosina cum p'tinenciis eiusdem pro salute anime mee, et aiar' antecessor' meor' et successor'. et decimam de Dauinton et Molendinu' de ffisseburne q'd p'pinq' mari et marisco quod pater meus d'ns ffulco de Newham p'd'tis monialibus dederat, et carta sua confirmaverat eis per cartam mea' et p' sigilli mei impressione confirmo. Preterea dedi et concessi intuitu divine pietatis eisdem monialibus duos solid' de redditu meo ad luminis administratione in eadem eccl'ia beate marie magdalene de Dauinton. xij d' de Rogero de ffisseburne et heredibus suis reddendos ad Nativitatem s'te marie et xij d' de heredibus Brithme de hame reddendos ad eundem terminum. Item dedi eisdem monialibus et concessi xij d' de Bromestot. Et ut hee donationes mee a posteris non quassent' p'ntem cartam sigilli mei impressione confirmavi. Hiis testibus Willmo filio Willmi Will' filio Joh'is de Ostlnestune. Joh'e Capellano de Dauinton Rogero de ffisseburne. Rob'to Mercatore. Willmo diacono de hame Rad' diacono de hoter here Wardo filio Enlredi et multis al.

Omnibus xpi fidelibus ad quos lre pntes puenint . Ricus Cant ecclie minist humilis . Saltm in dno . Ad vniusitatis vre notitiam volumus puenire . Nos concessione et donacoem qua dilcus filius nr Willms filius Phillippi et Juliana vxor eius . dilectis filiabus nris Monialibus de Daminton sup ecclia de Newham pietatis intuitu fecisse nostnt . ratam habere et acceptam . unde et eam sicut racionabilit facta est auctoritate qua fungimur confirmamus . et tam pntis scripti patrocinio . qm nrc . appositoe sigilli communimus hijs testibus Willmo Archido Glouer . Mro Roberto de Juglisham Magro Rogero de Fulmese . Mro Rogero Norwic . Rogero decano y Galfr clico et alijs clicis et laicis

Vniversis xpi fidelibus ad quos pntes Lre puenint . Willms filius Phillippi et Juliana de Newham vxor eius sal . Ad vniusitatis vre noticia volumus puenire nos intuitu pietatis pro aiabus antecessor nror dedisse et concessisse Monialibus in ecclia bte Marie Magdalene apud Damiton dno famulantibus . Eccliam de Newham post decessum Magri R. de Sierres quicquid iuris laicus in ecclia habere vel concedere potest volumus vt prefate Moniales pdcam eccliam tam libe et tam quiete teneant sicut aliquis antecessor earum melius et quietius atqz liberius nostri possedisse . et vt hec nra donacio ppetua gaudeat stabilitate eam Scripto nro et sigillor nror appositoe duximus communire hijs testibus . Osbto capellano . ddm capno . Johanne de Horlanest . Willo filio Willm Ricardo Desint . Thoma filio Ricd Adam pnke et multis alijs .

Vniversis xpi fidelibus ad quos pntes lre puenint Robtus de Campania Salt . vniusitati vre notum facio . qd donacoem et concessione qua Willms filius Phillippi et Juliana vxor ipius mater mea ecclie Ste Marie Magdalene de Damiton et Monialibus ibidem deo servientibus super ecclia de Newham fecerunt ratam habeo et acceptam eamqz pnti Scripto meo confirmo . venerabiles quoqz dns et pr nr . b . Cant Archiepus ad mea peticoem ipam concessionem ratam habuit et Scripto suo confirmavit . hijs testibus Magistro Henrico de North . Magistro Silvestr . Mro Radm de sancto Martyno Johe de Exon Galfrido filio Terrici Willmo filio Phillippi . Hugone de Dudinton Johe berg Waltero Capno . Osbto Capellano et alijs .

Omnibus xpi fidelibus pntes Lras inspecturis vel audituris Nichus prior humil et Captlm ecclie xpi Cantuar . eternam in dno Saltm . Ad vniusitatis vre notitiam voluimus puenire . qd cum felicis recordacois . Thobaldus Ricus Baldewinus . Hubtus Stephanus Edmundus Archiepi ecclie Cantuar et de assensu et voluntate bone memorie Fulconis de Newenham et quorundam alior Ecclias de Herteya et de Newenha cum ptinencijs suis et quedam bona alia concesserint et suis scriptis duxerint confirmanda Monialibus de Dauinton . Nos ipor Scripta sup hijs confecta diligenter . Inspeximus et ea fideliter transcribi fecimus in hac forma . // Notum sit omnibus sancte ecclie filijs . qd Ego ffulco de Newenham concessi Eccliam de Herteya Monialibus ecclie sancte Marie Magdalene de Dauinton in Elimosinam consensu atqz consilio Theobaldi Archiepi Cantuar ecclie . Itm . T . dei gra Cantuarien Archiepus Anglor primas et aplice sedis legatus . omnibus ste matris ecclie filijs Saltm . et ben . Ad pastoris spectat sollicitudinem eor maxime quieti quos Religionis nomen commendat providere et que eis scdm deum collata sunt bona ppetua stabilire et Statuta inviolabilit conservare . Inde est qd Ancillis xpi Monialibus bte Marie Magdalene de Dauinton omnia ecclastica sive mundana beneficia eis in ppo collata . auctte qua fungimur confirmamus et pntis Scripti nri testimonio corroboramus . Ipa qz singulor nominum annotatione distinguere pvidum et utile duximus . Scilicet eccliam de Herteya cum ptinencijs suis de donatione

Fulconis de Newenham, Dominium de ffisborna cum omni decima Molendinorum que in eodem facta
vel facienda sunt, Et piscationem in maresio iuxta mare quandocumque ibi piscari voluerint. preterea
de terra Guarini quatuor solid. annuos, de terra Odonis duos solid. annuos, de terra Wolsioni de Grene-
weya sexdecim denarios annuos. Elsuardo paruo, duodecim denar. Estrilda vidua .xij.d. Wolsiona
vidua quatuordecim denar. de Wolfwardo fabro duodecim denar. de terra Alfnodi decem denarios et
preterea de terra que dicitur horeb. decem solid. annuos. Molendinum quoque de Sattheffleot liberum
et quietum preter id de terra Leofwardi de ffisseborna viginti solid. annuos et unum Marescum in
herteya. Ita quod si eiusdem Leofwardi filia Aldida monialis fieri voluerit. Ab ancillis xpi de Dauinto
recipietur. De donatione Juliani filii Gumelli dimidium Jugum terre in Langley. de donatione Rogeri
filii Walteri de stealdeford. duas partes decimarum de stealdeford et Esseuella auctoritate R. bone
memorie London. Episcopi confirmatas. Hec itaque et alia quecumque de cetero deo auctore poterint adipisci
similiter eis concedimus et confirmamus precipientes ut in summa tranquillitate habeant et possideant
Quicumque igitur eis sua beneficia pro dei amore impenderint dei et nostram habeant benedictionem. qui
vero ipsas siue ipsarum bona aliquatenus contra deum inquietauerint. districti Judicis cum nostra
maledictione sentiant ultionem. Amen. Vale. Item Theobaldo Cantuar. Archiepiscopo et totius Anglie
primati atque apostolice sedis Legato. Fulco de Newenham. Salutem. Notum sit paternitati vestre quod Ego
dedi concessi Emme uxori mee pura elemosina in perpetuum pro redemptione animarum nostrarum et animarum
antecessorum et successorum nostrorum, scilicet monialibus de Dauinton in ecclesia beate marie Magdalene ibidem
deo seruientibus Ecclesiam de Newenham. Et quia plurimas cognoscimus sanctimoniales sub iugo iacere
paupertatis, prefatam Ecclesiam ad vestimenta earum assignamus. Volumus enim ut prelibati sanctimo-
males tam libere et tam quiete teneant sicut aliquis antecessorum earum melius et quietius atque
liberius noscitur possedisse. Et ne aliquis successorum meorum liceat imposterum ~~liceat~~ hanc donatione
inuitu possit reuocare eam carte mee munimine Sigilli mei appositione confirmamus. hiis
Testibus. Eustacio filio filio Rogeri helte de Westwede. phillippo de Cangel. Geruasio presbitero de
Esthling. Sezlone de frolande. Osmundo presbitero Eme de Newenham et multis aliis. Item omnibus
xpi fidelibus ad quos littere presentes peruenerint Ricardus Cantuar. ecclesie minister humilis Salutem
in domino. Ad uniuersitatis vestre notitiam volumus peruenire. Nos concessionem et donationem quam dilectus filius
noster Willelmus filius phillippi et Juliana uxor eius dilectis filiabus nostris monialibus de
Dauinton super ecclesia de Newenham pietatis intuitu fecisse noscuntur ratam habere et acceptam
unde et eam sicut rationabiliter facta est. auctoritate qua fungimur confirmamus. et eam presentis
scripti patrocinio et nostri appositione sigilli communimus. hiis testibus Willelmo Archid. Glouc.,
Magistro Roberto de Jnglesham. Magistro Rogero de Rulcester Magistro Rogero Norwic. Rogero decano.
Galfrido Clerico et aliis multis clericis et laicis. Item B. dei gratia Cantuar. Archiepiscopus totius anglie primas
et apostolice sedis legatus Omnibus xpi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint eternam in domino salutem et
dominum. notitiam volumus peruenire vobis innotuisse. dilectum filium nostrum Willelmum filium Phil-
lippi et Julianam uxorem suam dedisse et concessisse quantum ad laicum pertinet donationem
ecclesiam de Newenham monialibus in ecclesia beate marie Magdalene de Dauinton deo seruientibus
quorum concessionem Ricardus bone memorie Cantuar. Archiepiscopus predecessor noster. sicut in autentico
Scripto ipsius continetur confirmauit, sed et dilectus filius noster. Robertus de Campania donationem a
memorato Willelmo et Juliana matre sua predictis monialibus super ecclesia de Newenham factam coram
nobis gratam habere proposuit et Scripto suo confirmari fecit. Ut igitur quod a predictis viris Willelmo
videlicet filio phillippi et Juliana uxore sua et Roberto de Campania filio eiusdem Juliane memo-
ratis monialibus pia consideratione concessum est firmam et perpetuam habeat stabilitatem eandem
concessionem sicut rationabiliter facta est ratam habemus et auctoritate qua fungimur confirmamus et
sigilli nostri appositione communimus. hiis Testibus Magistro Henrico de Northanton. Magistro.

dlc° 156

Silvestro. Magistro Radulpho de Sancto Martino. Johanne de Exon. Galfrido filio Petri. Willelmo prudumia
Ricardo de Humfrauill. Eustachio de Wilton. Galfrido forti et aliis. Scilicet Willelmo filio Phillippi. Hugone de
Dudinton. Johanne de Borgh. Waltero et Osberto capellanis. Item. Hubertus dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius
Anglie primas. Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit. Salutem in domino.
Cum ad nos pertineat paci et securitati virorum religiosorum quantum possimus providere. Ideo ad
omnium notitiam volumus pervenire. Nos ex inspectione carte Fulconis de Newenham et ex inspectione
autenticorum scriptorum bone recordationis Ricardi et Baldewini predecessorum nostrorum attendisse Ecclesiam de
Newenham a predicto Fulcone et postmodum a Willelmo filio Phillippi et Juliana uxore eius canonice
dilectis filiabus nostris monialibus de Davinton fuisse collatam. Unde ut eadem donatio firma imperpetuum
et stabilis perseveret, eam presenti scripto nostro et sigilli nostri testimonio sicut rationabiliter facta est, et sicut
in autenticis scriptis memoratorum predecessorum nostrorum Ricardi et Baldewini exponitur et confirmatur confirmavimus
et communivimus. Hiis testibus Ranulfo Thesaurario Sarum. Magistro Symone de Scal'. Magistro Symone de Sidwell
Magistro Godefrido de Insula. Magistro Willelmo de Nekelton. Magistro Willelmo de Sumercotes. Magistro
Willelmo de Calua. Magistro Gervasio de Hobrugg'. Magistro Elia medico. Magistro R. de Walsingham
Roberto de Brist' et aliis. Item. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit. H. dei gratia.
Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et sancte Romane ecclesie Cardinalis. Salutem in domino.
Ex commisso nobis cure pastoralis officio paci et securitati religiosorum virorum ac mulierum tenemur
prospicere et ea que sibi ad sustentationem suam pie et rationabiliter a fidelibus sunt collata auctoritatis
nostre munimine confirmare ut maliciosi et perversi contra eos eo magis formident insurgere quo con
firmationis nostre munimine sibi pro eisdem perspexerint manifestius obviare. Hinc est quod universitati
vestre notitiam volumus pervenire. nos dilectas filias nostras moniales ecclesie sancte Marie Magdale
ne de Davinton. et domum ipsarum et redditus ac possessiones ad ipsas rationabiliter pertinentes. sub
protectione dei et sancte Cantuariensis ecclesie et nostra suscepisse et auctoritatis nostre munimine confirmasse eisdem
omnia que eis ad sustentationem suam pie et rationabiliter a fidelibus sunt collata sive in ecclesiis
sive in terris. sive in redditibus sive molendinis sive mariscis sive nemoribus sive in vivariis sive
in pratis sive in pascuis. sive in hominibus sive in quibuscumque aliis in autenticis scriptis benefactorum
suorum nominatim expressis de quibus hec specialiter duximus exprimenda. scilicet Ecclesiam de Newenham.
cum pertinentiis suis et vineam de Davinton et molendinum de Ffissebourne quod propinquius est mari et unam
terram quam Fulco de Newenham eis dedit, et redditum duorum solidorum quem Juliana uxor Roberti de Cam
pania eis dedit ad luminis ministrationem scilicet duodecim denarios recipiendos de Rogero de Ffissebourne
et heredibus suis et alios duodecim denarios de Widone de Hamme et heredibus suis in die Nativitatis beate Marie.
septem quoque acras terre de dono Dudro in Insula de Herteya totiusque terre ecclesie eiusdem insule. Necnon
totam decimam molendini de Ffissebourne que omnia predicte moniales ex pia donatione Roberti
de Campania et predecessorum suorum possidere noscuntur. Item dimidiam virgatam terre cum pertinentiis.
quam Willelmus frater Ricardi filii Radulphi eis dedit in perpetuam Elemosinam. et quam dictus Ricardus eis eodem
modo confirmavit. pro una libra piperis sibi et heredibus suis inde annuatim reddenda. Et tres
acras terre dimidie virgate vicinas quas cum omnibus pertinentiis suis que similiter iacent cum predicta dimidia
virgata terre ultra Messuagium quod fuit Heleberti in parochia de Halling. quas memoratus Ricardus
eis in perpetuam Elemosinam dedit et confirmavit, pro duodecim denariis per annum sibi et heredibus suis ad
ad festum sancti Michaelis reddendis pro omnibus serviciis et exactionibus et querelis et demandis et sectis
curiarum ad ipsum vel heredes suos spectantibus salvo forinseco servicio domini Regis sicut in carta
predicti R. plenius continetur expressum. Preterea totum redditum qui fuit Mathei de Davinton de
terra que fuit Roberti Wred et omnia servicia et consuetudines. quas Robertus Wred eidem M.

et hered' sui facere consuevit vel facere debuit, Quem totum redditum et que omnia servicia et
consuetudines memoratus Nichus sicut carta sua testatur eisdem monialibus vendidit et con-
cessit et confirmavit, pro una libra piperis sibi et heredibus suis annuatim solvenda ad vincula
sancti petri pro omnibus serviciis excepto servicio regali. secundum quod eiusdem N. carta testatur. Ut igitur
hec nostra confirmacio futuris temporibus inviolabiliter observetur. eam presenti scripto et sigilli nostri apposi
cione duximus muniendam. Hiis testibus Magistro Willelmo de Bardeney Magistro Thoma de Frecham
Roberto de Brestall'. Magistro Henrico de sancto Edmundo. Magistro Hamone Grauethorn Magistro Waltero de
Eynesham Johanne de Walth' et aliis. Item Universis sancte matris ecclesie filiis. E. dei gracia Cantuar'
Archiepiscopus. totius anglie primas Salutem in domino. Noverit universitas vestra nos inspexisse instrumentum
bone memorie predecessoris nostri quondam Cantuar' Archiepiscopi in hec verba. Omnibus christi fidelibus
ad quos presens Scriptum pervenerit. S. dei gracia Cantuar' Archiepiscopus. totius Anglie primas et sancte
Romane ecclesie Cardinalis. Salutem in domino. Ex commisso nobis cure pastoralis officio paci et securitati
Religiosorum virorum ac mulierum tenemur prospicere et ea que sibi ad sustentacionem suam pie et racionabiliter
sunt collata a fidelibus auctoritatis nostre munimine confirmare ut maliciosi et perversi contra eos
eo magis formident insurgere. quo confirmacionis nostre munimine quasi pro eisdem perspexerint manifestius
obviare. Hinc est quod ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire. Nos dilectas filias nostras monia
les ecclesie sancte marie Magdalene de Davinton et domum ipsarum et redditus ac possessiones ad ipsas racio
nabiliter pertinentes sub proteccione dei et sancte Cantuar' ecclesie et nostra suscepisse et auctoritatis nostre munimine
confirmasse eisdem omnia. que eis ad sustentacionem suam pie et racionabiliter a fidelibus sunt collata
sive in ecclesiis sive in terris sive in redditibus sive in molendinis sive in mariscis sive in nemoribus
sive in domibus sive in pratis sive in pascuis sive in hominibus sive in quibuscumque aliis in autenticis
scriptis benefactorum suorum nominatim expressis de quibus hec specialiter duximus exprimenda scilicet Ecclesiam
de Newenham. cum pertinenciis suis et domum de Davinton et molendinum de ffisseburne quod propinquius est mari
et domarium quod fulco de Newenham eis dedit Et redditum ii solid' que Juliana mater Roberti de Campania
eis dedit, ad luminis ministracionem scilicet xii denar' recipiend' de Rogero de ffisseburne et heredibus
suis, et alios duodecim denar' de Widone de Hamme et heredibus suis in die Nativitatis beate marie
septem quoque acras terre de Dunto in Insula de Herteya contiguas terre ecclesie eiusdem Insule.
Necnon totam decimam molendini de ffisseburne, que omnia predicte moniales ex pia donacione Roberti
de Campania et predecessorum suorum possidere noscuntur. Item dimid' virgatam terre cum pertinenciis quam
Willelmus frater Ricardi filii Radi eis dedit in perpetuam elemosinam et quam dominus Ricardus eis eodem modo confir
mavit. pro una libra piperis sibi et heredibus suis inde annuatim reddenda. Et tres acras terre.
dimid' virga minus cum omnibus pertinenciis suis que simul iacent cum predicta dimid' virgata terre ultra messua
gium quod fuit Herberti in parochia de Oslinge quas memoratus Ricardus eis in perpetuam elemosinam dedit et
confirmavit. pro duodecim denar' per annum sibi et heredibus suis ad festum sancti Michaelis reddend' pro
omnibus serviciis et exaccionibus et querelis et demandis et sectis curiarum ad ipsum R. et heredes suos
spectantibus. salvo forinseco servicio domini Regis sicut in carta predicti R. plenius continetur expressum.
Preterea totum redditum qui fuit Nicholi de Davinton de terra que fuit Roberti Wred et omnia servicia
consuetudines quas Robertus Wred eidem N. et hered' suis facere consuevit vel facere debuit, que
totum redditum et que omnia servicia et consuetudines memoratus Nichus sicut Carta sua testatur eis
monialibus vendidit et concessit et confirmavit pro una libra piperis sibi et hered' suis annuatim
solvenda Ad vincula sancti petri pro omnibus serviciis excepto servicio Regali secundum quod eiusdem N.
carta testatur. Ut igitur hec nostra confirmacio futuris temporibus inviolabiliter observetur eam presenti
Scripto et sigilli nostri apposicione duximus muniendam. Hiis testibus. Magistro Willelmo de

Barden. Magistro Thoma de Frakelm. Roberto de Bristall. Magistro Henrico de Sancto Edmundo. Magistro Hamone de Cralwethorn. Magistro Waltero de Emesham. Johanne de Walth et aliis. Nos autem omnia prescripta sicut superius sunt expressa auctoritate Cantuariensis ecclesie confirmamus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Nos itaque dictarum monialium precibus inclinati dictas donaciones concessiones et confirmaciones quantum ad nos pertinet approbantes eas sigilli nostri munimine duximus roborandas. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum capituli nostri fecimus apponi.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus Waldeskaf dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate Marie Magdalene de Daminton et monialibus ibidem Deo servientibus atque servituris totum redditum meum de Monketon cum omnibus pertinenciis suis scilicet cum homagiis relevis sectis curiarum escaetis omnibus casibus et rebus aliis nominatis et non nominatis ad dictum redditum spectantibus. Una cum advocacione ecclesie de Monketon quantum ad me pertinet habendum et tenendum predictis monialibus et successoribus suis et suis assignatis bene in pace quiete et pacifice iure hereditario imperpetuum. Faciendo inde annuatim omnia servicia dominis feodi debita et consueta. Et reddendo inde annuatim michi et heredibus meis unum gariofilum forisgabuli ad festum sancti Michaelis apud Monketon pro omnibus serviciis consuetudinibus sectis curiarum et secularibus demandis ad me vel heredes meos spectantibus. Et ego prefatus Ricardus et heredes mei et assignati totum predictum redditum cum omnibus pertinenciis suis predictis monialibus et successoribus suis warantizabimus et acquietabimus contra omnes gentes tam Judeos quam Christianos per servicium predictum imperpetuum. Pro hac autem donacione concessione carte huius confirmacione warantizacione acquietacione et sigilli mei impressione dederunt michi predicte moniales quadraginta tres marcas sterlingorum in gersumam. Anno regni Regis Edwardi secundi quarto. Hiis testibus. Domino Roberto de Campania. Johanne de Rokele. Fulcone Peyforer. Radulfo de Oteringdenne. Roberto de Scoto militibus. Henrico de Campania. Stephano Edward. Petro de Hamme. Johanne de Fisseburn. Willelmo de Stalesfeld clerico. Willelmo fabro de Newenham. Wydone de eadem et multis aliis.

Hubertus Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas. Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum inter Abbatem et monachos de Feuersham ex una parte, et Moniales de Damitona ex altera super ecclesiam de Newenham controversia verteretur, tandem pars utraque in presencia nostra constituta totum ius quod in eadem ecclesia sibi vendicavit sponte in manum nostram resignavit, totum nobis relinquens ut pro voluntate et arbitrio nostro inde disponeremus. Nos autem eo facto ecclesiam illam cum omnibus pertinenciis suis dictis monialibus considerata paupertate earum pio intuitu concessimus et dedimus in proprios usus habendam et possidendam. Statuentes ut predictis monachis inde annuatim per manum earundem monialium due marce et dimidia reddantur quas specialiter assignamus ad eorundem monachorum firmariam. Ut igitur hoc imposterum nulli veniat in dubium immo ratum permaneat et inconcussum id presenti scripto et sigilli nostri apposicione contestari dignum duximus et confirmare. Hiis testibus Magistro Symone de Sywell thesaurario Lychesfeld. Sim. thesaurario Sar bur. Magistro Johanne de Tinemue. Magistro Willelmo de Sumercot. Rogero de Bassingham. Roberto de Bristoll. Johanne de Kent. Willelmo de Bosco et multis aliis.

Ecclia de Newinham

Honorius Episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Matildi priorisse monasterii de Daminton eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis imperpetuum. Prudentibus virginibus que sub habitum religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis iugiter se preparant obviam sponso ire, Sedes apostolica debet patrocinium impertiri ne forte cuiuslibet temeritatis incursibus aut eas a proposito revocet, aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus clementer annuimus, et prefatum monasterium sancte Marie Magdalene de Davintona in quo divino estis obsequio mancipate sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis et eis que vobis successerint et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Newenham cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam de Herteria cum omnibus pertinentiis suis, et alias possessiones vestras cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli sororum vestrarum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine priorisse sue licentia nisi artioris religionis obtentu de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Benedictiones vero monialium, ordinationes capellanorum vestrorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi, a diocesano episcopo sine pravitate aliqua vobis volumus exhiberi. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero nunc te eiusdem loci priorissa vel earum aliqua que tibi successerit, nulla ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quam sorores communi consensu vel earum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Benedicti regulam providerint eligendam. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen iustitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Alexander . Epus seruus seruoz dei. Dilectis in xpo filiabus priorisse et Conuentui de Dauinton Saltm et aplicam ben. Justis petencium desideriis. Dignum est nobis facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu sunt prosequente complenda. Ea pper dilecte in xpo filie. vris iustis postulacoibus grato concurrentes assensu Ecclam de Dauinton et Ecclam de herthea cum omnibus ptinen earz Monasterio vro canonice concessas et al que racionabilr possidetis vobis et per vos eidem Monasterio aucte aplica confirmamus et ptib scripti patrocinio communimus Statuentes vt nulli omno hominum liceat hanc paginam nre confirmacois infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare psumpserit indignacoem omnipotentis dei et btoz petri et pauli aploz eius se nouit incursurz. Dat. Anagn. v. Id. Augusti.

Honorius. Epus suus seruoz dei, Dilectis in xpo filiabus Priorisse ac Conuentui de Dauinton. Saltm et aplicam ben. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis qum ordo exigit racionis vt id per sollicitudinem officij nri ad debitum pducatur effectum. Ea pper Dilecte in dno filie vris iustis precibus inclinati psonas vras et locum in quo diuino estis obsequio mancipate cum omnibus bonis tam ecclasticis qum mundanis que in pnciaz racionabilr possidet aut in futurz iustis modis prestante dno poterit adhipisci, sub bti petri et nra protectoe suscipimus. specialit autem de Neweham. de hartere. et de Burdesfeld ecclias cum ptinen earundem sicut eas iuste ac pacifice possidetis vobis et p vos Monasterio vro aucte aplica confirmamus et ptib scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omno hominum liceat hanc paginam nre protectois et confirmacois infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis aute hoc attemptare psumpserit Indignacoez omnipotentis dei et btoz petri et pauli Aploz eius se nouit incursurum. Dat. Lateran. vij. Id. Aprilis. Pont. nri. Anno quinto.

Lucius. Epus seruus seruoz dei, Dilectis in xpo filiabus priorisse et Conuentui sancte marie Magdalene de deuentona, Saltm et aplicam ben. Cum ad uniuersas dei ecclias, aciem nre teneamur consideratois extendere. Loca tamen Religiosa tanto amplius diligere, ac in suo Jure fouere debemus. quanto dignior in eis exhibetur dno famulatus. Ea propter vris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu Domum vram cum omnibus bonis. que in pnciaz racionabilr possidet. aut in futurz iustis modis prestante dno poterit adhipisci, sub beati petri et nra protectione suscipimus. Specialiter aute Ecclam de herteia Ecclia de Nidenham cum omnibus ptinen suis, Medium Molendinum de ffisteburn cum piscatoe sua vniuersa. terram quam W. filius Rad. de Aslingeb in eadem villa ecclie vre concessit et quatuor acras de putelbed. eidem domui sicut ea iuste et sine controuersia possidet, Salua Canonica iusticia diocesani Epi aucte aplica confirmamus et ptib scripti patrocinio communimus. Statuentes vt nulli omno hominum liceat hanc paginam nre protectois et confirmacois infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare psumpserit. Indignacoem omnipotent dei et beatoz petri et pauli Aploz eius se nouit incursurz Dat. Verul. xvj. kl. Maij.

Nicholaus. Epus seruus seruoz dei, Dilecto filio priori sancti Gregorij Cantuar Salt et aplicam ben. Ad audienciam nram puenit. qd tam dilecte in xpo filie priorissa et Conuentus Monasterij de Dauinton. per priorissam soliti gubernari. Ordinis sci Benedicti Cantuarien. diocesis qum ille que in Monasterio ipso precesserunt, easdem decimas terras domos grangias Maneria prata pastua nemora Molendina Redditus possessiones Jura Jurisdictas et quedam alia bona ipius Monasterij nonnullis clicis et Laicis aliquibus eoz ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et alijs ppetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, Datis super hoc lris factis renunciatoibus penis adiectis et interpositis Juramentis in grauem eiusdem Monasterij lesionem quoz aliqui super hijs confirmatois Lras in forma communi dicunt a sede aplica impetrasse. Quia vero nra interest Lesis Monasterijs

subvenire discretioni tue p aplica scripta mandamus. quatinus ea que de bonis pfati Monasterii p
concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta. Non obstantibus litteris renuncia
tionibus Juramentis penis et confirmacoibus supradictis ad ius et pprietatem eiusdem Monasterii
legitime revocare procures. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo
Testes autem qui fuerint nominati si se gra odio vel timore subtraxerint. censura simili, appellatione
cessante compellas. veritati testimonium phibere. Dat Rome apud sanctum Petrum. ii. Id. Novembr.
Pontificatus nri. Anno Primo.

Innocencius. Epus servus servorum dei. Dilectis filiis decano et Cancellario Roffen Lincoln dioc.
Salutem et aplicam ben. Magister Gilbertus Rector ecclie de Rokesle nobis conquerendo monstra
vit. quod M. Priorissa de Dauitonia Gille presbr. R. de Rokesle. et quidam alii clerici et laici Cantuarien
Roffen et Lincoln civitatum et dioc super debitis decimis et rebus aliis iniuriantur eidem. Ideoque discretioni
vre p aplica scripta mandamus. quatinus ptibus convocatis. audiatis causam et appellatione remota
usuris cessantibus fine debito terminetis. facientes quod decreveritis p censuram ecclesiasticam firmiter
observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gra odio vel timore subtraxerint p censuram
eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium phibere. Dat Anagnie. ii. Kl. octobris.
Pontificatus nri. Anno Primo.

Innocencius. Epus servus servorum dei. Venerabilibus ffratribus Cantuarien Archiepo.
sancte Romane ecclie Cardinal. et Epo Roffen. Salutem et aplicam ben. Dilecte in Xpo filie moniales
de Dauinton a nobis humiliter postularunt, quatinus compositionem. que inter ipsas et Monachos de
ffauersham. Cantuarien dioc super ecclia de Nivenham. amicabiliter intercessit robur faceremus
firmitatis habere. Quocirca ffraternitati vre p aplica scripta mandamus. quatinus eandem compo
sitionem sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque pte sponte recepta faciatis auctoritate nra
sublato appellationis obstaculo inviolabiliter observari. Dat Viterbii xiiii. Kl. Septembris
Pontificatus nri. Anno Decimo.

Lucius. Epus servus servorum dei venerabili ffratri Wigorn Epo. Dilectis filiis Abbati Westmon
et priori sancte Trinitatis Londonien Salutem et aplicam ben. Cum ad reprimendam cupiditatem
multorum sit in Lateranen concilio de com deliberatione phibitum ne Archidiac. decani vel alie psone huiusmodi
Ecclias seu clericos sibi subditos talliis vel aliis exactionibus aggravaret. sicut ex conquestione dilectarum
in Xpo filiarum nrarum monialium Ste Marie Magdalene de Dauitona accepimus. Dilectus filius nr Herbertus
Cantuarien Archidiac pse atque officiales suos eas indebitis exactionibus gravare psumunt. Quia igitur gra
vamini earundem monialium sollicitudine nos oportet pvida consulere. Discretioni vre p aplica scripta
precipiendo mandamus. quatinus eundem Archidiaconum attentius moneatis. ut moniales illas p
se vel p suos. super hiis vel aliis gravaminibus de cetero non molestet. et restituat quicquid ab eis contra
predictam constitutionem constiterit extorsisse. Alioquin auctoritate nra suffulti, eundem. nullius appella
tione obstante ad hoc agendum censura ecclesiastica compellatis. Dat Veron. iii. Non. Maii.

Lucius. Epus. servus servorum dei Karissimo in Xpo filio. H. Illustri Anglorum Regi. Salutem et aplicam
ben. Quanto divina dignatio excellentiam tuam amplioribus fecit potentia et divitiis habundare
tanto eas qui dimisso seculo et pompis eius. ipius se obsequio mancipare. maiori debes dilectione
amplecti, et fortius in suis Justitiis confovere. Cum autem dilecta in Xpo filia nra Priorissa Ste
Marie Magdalene. tum pro sexus fragilitate tum pro paupertate domus sue cure commisse plurimum
Regio psidio indigeat et favore. ipam et sorores suas Magnitudini regie duximus commendandas Ro
gantes et monentes in dno. quatinus detentores Redditum, quos Fulco de Nivenham ipius Loci
fundator eidem domui pietatis obtentu concessit et aliorum qui ab aliis Xpifidelibus iuste collati noscuntur
ut eos iam dicte Priorisse et sororibus suis sine difficultate restituant et permittant pacifice detinere

regia potestate compellas. Ita q(uo)d eedem ancille tue regia possint ~~[illegible]~~ habere et quiete dno sicut professione tenent in eodem loco deo dependere famulatum. et serenitatis tue de premissis ipsarum in eternitate premium consequatur. Dat Verell. iiij. Kl. Aprilis.

Alexander .. Epus servus servorum dei Dilecto filio Abbati de ffaversham Cantuarien dioc salutem et aplicam ben. Conqueste sunt nobis dilecte in xpo filie Priorissa et Conventus de Dadinton q(uo)d Phillippus Rector ecclie de Oteringden Henricus de Burne miles Johannes Dolin et quidam alii clici et laici Cantuarien Roffen et Londonien civitatum et dioc super decimis terris quadam pecunie summa possessionibus et rebus aliis iniuriant eisdem. Ideoque discretioni tue per aplica scripta mandamus quatenus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gra odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium phibere. Dat Lateran Non. Januarii. Pont. nri Anno Septimo.

Ecclia appriata Ste Osithe
et Canonicis ibm.

Ecclia de Petham

Radulphus dei gra Cant Archiepus. Ernulpho Roffen Epo et omnibus Clicis et Laicis ffrancis et Anglicis de Kent. Salutem et dei ben et suam. Sciatis me concessisse in Elemosina pro remedio anime mee et predecessorum et successorum meorum ecclie Ste Osithe et Canonicis ibm deo servientibus Ecclesiam de Petham cum omnibus rectis decimis. Mansi et terre proprie possessionis et omnium aliorum ad eandem ecclesiam ptinen. tam Segetum quam pecorum et unum Campum prodom denariis de gabulo singulis annis ad Nativitatem bte Marie sicut Ginterius Sacerdos tenuit et reddidit.

R. dei gra Cant Archiepus. Hominibus suis de Petham Salutem et dei ben et suam. Sciatis me concessisse in Elemosinam Ecclie et Canonicis Ste Osithe Ecclesiam de Petham cum omnibus decimis que ad eam ptinent. precor itaque ut qui rectas decimas ecclie concesserunt amodo libentius dent, et si qui non dederunt amodo concedant, pro remedio animarum suarum. et qui concesserunt dei benedictionem et meam habeant. Vale.

Hubertus dei gra Cant Archiepus totius Anglie primas. Omnibus xpifidelibus ad quos presens scriptum pvenerit, eternam in dno salutem. Ad universitatis vre notitiam volumus pvenire Nos ratam et gratam habuisse donationem quam venerabiles predecessores nri Radulphus. Willmus. Ricus et Baldewinus fecerunt et cartis suis confirmaverunt ecclie Ste Osithe de Chiche et canonicis ibm deo servien de Ecclia de Pethm et omnibus ad eam ptinen in terris decimis et aliis quibuscumque obvencionibus sicut in eorundem predecessorum nrorum autenticis continetur expressum. Eodemque modo quo iidem predecessores nri concesserunt eis ecclesiam ipsam cum omnibus ptinentiis suis concessisse imppetuum et presenti carta nra confirmasse. Salva Radulpho eiusdem ecclie ppetuo vicario quamdiu vixerit tali vicaria sua qualem predictus Baldewinus predecessor nr ei in eadem ecclia assignavit et carta sua confirmavit ad quam cum primo p Abbatem et canonicos pfate ecclie Ste Osithe non fuisset put debuit presentatus. Postmodum facta sponte vicarie resignatione p eosdem fuit nobis canonice ad eandem presentatus et a nobis admissus. Et salva post eiusdem Radulphi decessum honesta sustentatione vicarii ab eorundem Abbatis et Canonicorum presentand a nobis ibm instituend. Ut igitur hoc in posterum nulli veniat in dubium immo ratum pmaneat et inconcussum. In huius Rei testimonium ac firmamentum Sigillum nrm Scripto presenti duximus apponend, hiis testibus Henr Archidiacono Cant Magro Simone de Sywell Thesaurario Lichfeld Magro Johe de Tinem Magro Willmo de Sumercot Magro Gervasio de Hobreg Magro Johe de Colchestr Magro Adam de Walsingham Jacobo Salvage et aliis multis.

Petham Vicaria

Universis sce matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Stephanus permissione divina Cant ecclesie minister humilis totius Anglie primas et sce Romane ecclesie Cardinalis Salutem in dno. Noverit universitas vestra autentica scripta venerabilium patrum predecessorum nostrorum Rad. Willelmi Ric. Bald. et Huberti super concessione et confirmatione ecclesie sce Osithe de Chich et canonicis eiusdem loci misericorditer ab eisdem predecessoribus nostris fact. de ecclesia de Petham ab eisdem canonicis nostro fuisse conspectui presentat. A quorum vestigiis in hiis que pietati et rationi concordant declinari nolentes easdem concessiones et confirmationes ipsorum predecessorum nostrorum rat. et grat. habemus et memoratis canonicis et ecclesie sue predictam ecclesiam de Petham cum omnibus pertinentiis auctoritate Cant ecclesie in usus proprios confirmamus. Salva vicaria eiusdem ecclesie perpetuo vicario qui pro tempore fuit, nobis vel successoribus nostris ab eisdem canonicis presentando, quam sic duximus taxandam, viz quod vicarius qui pro tempore fuit in illa ecclesia habebit totum altaragium eiusdem ecclesie et viginti solid. quos a predictis canonicis recipiet annuis singulis in duobus terminis anni viz in festo Nat. Dni decem solid. et in festo Sci Johannis baptiste decem solid. Sustinebunt autem vicarii qui pro tempore fuerint in ecclesia memorata omnia onera episcopalia debita et consueta ecclesiam illam contingentia. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus sigillo nostro signari. Testibus magistris Roberto de Penneb Ada de Richmund cancell. Waltero de Sumdtot Rob. de Bardelawe Andrea de Corunden Symone de Berhamsted Egidio de Bristoll Rico phisico et clericis Martino Hugone de Sibetun Rob. de Sotindon Galfr. de Oteford et militibus Rob. de Rokell Rob. de Mutegros Conestabl. et aliis. Actum Anno Dni M° CC° vicesimo sexto Mense Decembr. Walt.

Ecclesia de Petham

Universis sce matris ecclesie filiis presentes litteras inspecturis Johannes Prior et Conventus ecclesie Christi Cant salutem eternam in dno. Universitati vestre notum esse volumus nos inspexisse confirmationem quam venerabilis pater S. dei gratia Cant Archiepiscopus fecit dilectis fratribus nostris canonicis Sce Osithe de Chich super ecclesia de Petham in eorum proprios usus convertenda sub hac forma. Stephanus dei gratia Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et sce Romane ecclesie Cardinalis Universis sce matris ecclesie filiis presens scriptum inspecturis Salutem in dno. Noverit universitas vestra autentica scripta venerabilium patrum predecessorum nostrorum Radi. Willelmi Rici. Bald. et Huberti super concessione et confirmatione ecclesie sce Osithe de Chich et canonicis eiusdem loci misericorditer ab eisdem predecessoribus nostris fact. de ecclesia de Petham ab eisdem canonicis nostro fuisse conspectui presentat. A quorum vestigiis in hiis que pietati et rationi concordant declinar. nolentes easdem concessiones et confirmationes ipsorum predecessorum nostrorum ratas et gratas habemus et memoratis canonicis et ecclesie sue predictam ecclesiam de Petham cum omnibus pertinentiis suis auctoritate ecclesie Cant in usus proprios confirmamus. Salva vicaria eiusdem ecclesie perpetuo vicario qui pro tempore fuit nobis vel successoribus nostris ab eisdem canonicis presentando quam sic duximus taxandam viz quod vicarius qui pro tempore fuit in ecclesia illa habebit totum altaragium eiusdem ecclesie et viginti solid. quos a predictis canonicis recipiet annuis singulis in duobus terminis anni viz in festo Nat. Dni decem solid. et in festo Sci Johannis baptiste decem solid. Sustentabunt autem vicarii qui pro tempore fuerint in ecclesia memorata omnia onera episcopalia debita et consueta ecclesiam ipsam contingentia. In cuius rei testimonium has litteras fieri fecimus et sigillo nostro signari. Testibus magistro Rob. de Penneb Ada de Richmund cancell. Waltero de Sumdtot Rob. de Bardelawe Andrea de Crowden Symone de Barhamsted Egidio de Bristoll Rico phisico. Et clericis Martino Hugone de Sibetun Rob. de Stotindon Galfrido de Otteford Et militibus Rob. de Rokell Rob. de Mutegros Conestabl. et aliis. Act. Anno Dni M° CC° vicesimo sexto mense Decembr. Nos igitur devotionem predictorum canonicorum quam erga ecclesiam nostram habent et semper habuerunt attendentes concessionem et confirmationem venerabilis patris prescript. super ecclesiam de Petham gratam et ratam habemus et eandem ecclesiam secundum formam prenotatam eisdem canonicis quantum ad nos pertinet confirmamus. Et ut hec nostra confirmatio futuris temporibus firma et inconcussa permaneat presenti scripto sigillum nostrum ad securitatem maiorem apposuimus. Walt.

Forma abiuratorum in crimine heretice pravitatis per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Willelmum permissione divina Cantuariensem Archiepiscopum totius Anglie primatem et apostolice sedis Legatum et coram eodem una cum actis abiurationum suarum Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo sequitur videlicet.

Secundo die mensis Maii Anno domini Millesimo Quingentesimo undecimo. Coram reverendissimo in Christo patre et domino domino Willelmo permissione divina Cantuariensi Archiepiscopo totius Anglie primate et apostolice sedis legato in magna capella infra manerium suum de Knoll [illegible] pro tribunali iudicialiter sedente. presentibus reverendo patre domino Johanne dei gratia Sironen' episcopo magistris Cuthberto Tunstall utriusque iuris doctore eiusdem reverendissimi patris Cancellario Gabriele Silvester et Thoma Wellys sacre theologie professoribus Roberto Wodwarde decretorum doctore Johanne Kylode in legibus baccallario et Thoma Baschurcht capellano. Thoma Laurence Willelmo Potkyn et David Cooper notariis publicis et aliis.

Comparuerunt personaliter Christoferus Grebill. Willelmus Riche. Johannes Grebill senior de Benynden. Johannes Grebill junior. Robertus Hilles parochie de Tenderden. Willelmus Olberd de Godmersham Cantuariensis diocesis Agnes Ive et Agnes Chetynden parochie sancti Georgii civitatis Cantuariensis. Et tunc ibidem nonnullis heresibus et erroribus sub in quibus se fatebantur errasse in specie ac omnibus aliis et singulis erroribus et heresibus contra fidem Catholicam et ecclesie universalis determinationem in genere renunciarunt et abiurarunt publice et solempniter iuxta formam et seriem contenta in quibusdam scedulis suarum abiurationum huiusmodi in anglicis conceptis et per eorum singulos singulariter recitatis et manibus suis signo crucis signatis prestito primitus per eosdem et eorum quemlibet de peragendo penitentiam eis et eorum cuilibet per dominum reverendissimum patrem in ea parte iniungendam ad sancta dei evangelia per eorum singulos corporaliter tacta Juramento corporali. Quarum scedularum tenores sequuntur videlicet.

Cristoferus Grebill

Quo die veneris adveniente videlicet secundo die Maii Anno domini supradicto in Aula supradicta presentibus tunc ibidem Reverendo in Christo patre domino Johanne Roffen Episcopo ac venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall predicto, Thoma Wellys, Gabriele Silvester et Clemente Browne sacre theologie professoribus ac notariis superius specificatis coram prefato Reverendissimo patre pro tribunali sedente comparuit personaliter dictus Willelmus Carder habens hos diem et locum pro termino ad dicendum contra dicta testium predictorum. Iterum tunc ibidem in eundem Willelmum producta recitata et publicata ac per eosdem testes tunc ibidem coram dicto Willelmo facie ad faciem affirmata. Quibus sic gestis Ipse Willelmus Carder dixit quod noluit contradicere deposicionibus et attestacionibus huiusmodi. Et dixit insuper quod si male unquam sensit contra sacramenta ecclesie vel fidem catholicam penitet eum. Sed dicit quod non recordatur se unquam male sensisse seu dixisse contra sacramenta huiusmodi aut fidem catholicam. Interrogatus ulterius si habet aliquid aliud per eum allegandum quare sententia contra eum ferri non debeat respondet et dicit quod nichil habet aut vult allegare in ea parte. Quamobrem idem Reverendissimus pater sententiam contra eundem Willelmum Carder tunc ibidem tulit in scriptis per quam ipsum hereticum impenitentem et incorrigibilem declaravit et pronunciavit. Cuius sententie tenor sequitur. **In dei nomine Amen** Nos Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus In quodam negotio heretice pravitatis contra te Willelmum Carder de Tenterden nostre Cantuariensis diocesis laicum ac nostre jurisdictioni notorie subditum et subiectum coram nobis in Judicio personaliter comparentem, nobis super heretica pravitate huiusmodi detectum et delatum ac per nostram diocesim Cantuariensem antedictam notorie et publice in ea parte apud bonos et graves diffamatum, ex officio nostro mero rite et canonice procedentes, Auditis et intellectis ac cognitis causis rimatisque ac matura deliberatione discussis et ponderatis dicti negotii meritis, servatisque in omnibus et per omnia in eodem negotio de iure servandis ac quomodolibet requisitis pro tribunali sedentes, Christi nomine invocato et solum deum pre oculis habentes, Quia per acta actitata deducta probata et exhibita coram nobis in eodem negotio invenimus te per probationes legitimas coram nobis in hac parte judicialiter factas nonnullos et varios errores hereses et dampnatas opiniones iuri divino et ecclesiastico obviantes contrarios et repugnantes contra fidem orthodoxam et universalem catholicam et apostolicam ecclesiam determinatam et observatam tenuisse credidisse affirmasse predicasse et dogmatisasse, et presertim contra sacramenta altaris seu eucharistie penitencie ordinis et alia sacramenta et sancte matris ecclesie dogmata. Et quamvis nos Christi vestigiis inherendo, qui non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat, sepenumero conati fuimus te corrigere ac viis et modis licitis et canonicis quibus potuimus aut scivimus ad fidem orthodoxam et universalem catholicam et apostolicam ecclesiam determinatam et observatam ac ad unitatem eiusdem sancte matris ecclesie reducere, tamen invenimus te adeo dure cervicis quod tuos errores et hereses huiusmodi noluisti sponte et incontinenti confiteri Nec ad fidem catholicam et unitatem sancte matris ecclesie antedictam debite reverti et redire. Sed tanquam iniquitatis et tenebrarum filius in tantum indurasti cor tuum ut non velis intelligere vocem tui pastoris tibi paterno compacientis affectu, Nec velis piis et paternis monicionibus allici, nec salubribus reduci blandiciis. Nos vero nolentes quod tu qui nequam es fias nequior et gregem dominicum inficias tua heretice pravitatis labe, de quo plurimum timemus, merito, Idcirco de consilio Jurisperitorum nobis in hac parte assistentium cum quibus communicavimus in hac parte, Te Willelmum Carder predictum demeritis atque culpis per tuam dampnabilem pertinaciam aggravatis de et super huiusmodi detestabili heretice pravitatis reatu convictum, et ad ecclesie unitatem penitencialiter redire nolentem, hereticum hereticisque credentem ac eorum fautorem et receptatorem pretextu premissorum fuisse et esse cum dolore et amaritudine cordis judicamus et declaramus finaliter et diffinitive in hiis scriptis. Relinquentes te exnunc tanquam hereticum Judicio sive curie seculari. Teque Willelmum Carder predictum ut prefertur hereticum nichilominus in maioris excommunicationis sententiam occasione premissorum incidisse et incurrisse, Necnon excommunicatum fuisse et esse pronunciamus decernimus et declaramus etiam in hiis scriptis.

Sententia contra Carder

Vicesimonono die mensis Aprilis Anno domini millesimo quingentesimo undecimo in Capella manerii Reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati de Knoll decanatus de Shorham ecclesie Christi Cantuariensis Jurisdictionis immediate. Coram eodem Reverendissimo patre tunc ibidem pro tribunali

Judicialiter sedens, presentibus tunc ibidem venerabilibus venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall utriusque juris doctore eiusdem
Rmi patris Cancellario, Gabriele Silvester, Thoma Welles et Clemente Browne sacre theologie professoribus et aliis in presentia
Agnes etiam mei Thome Lawrence, Willelmi Potkyn et David Coop notariorum publicorum. Comparuit personaliter Agnes
Grebill. Grebill uxor Johannis Grebill senioris de Tenterden etatis lx annorum et ultra, quam idem Rmus pater ad sancta dei evangelia
per eam corporaliter tacta jurare fecit de fideliter respondendo certis articulis contra eam in negotio heretice pravitatis ex officio
dicti Rmi patris ministratis. Quorum articulorum tenor sequitur viz. **In dei nomine amen.** Nos Willelmus
permissione divina Cant archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus, tibi Agneti Grebill nostre Cant dioc
ac nostre jurisdictioni notorie subdite et subiecte ad meram anime tue correctionem necnon ad omnem juris effectum qui exinde
sequi poterit aut debebit obiicimus et articulamur coniunctim et divisim omnes et singulos articulos infrascriptos ac quamlibet
partem et particulam eorundem, Mandantes et precipientes quatenus eisdem omnibus et singulis singulariterque in eisdem contentis
plenam, integram et meram dicas veritatem sub pena iuris. In primis tibi obiicimus et articulamur quod tu fuisti et
i. es nostre Cant dioc ac nostre jurisdictioni notorie subditus et subiectus. Item quod tu plures annos elapsos omnes et singulos
ij. hereses errores et dampnatas opiniones subsequentes seu saltem eorum aliquos credidisti, docuisti, tenuisti, affirmasti et
predicasti viz. Quod in sacramento altaris sive eucharistie non est verum corpus Christi sed panis materialis. Item
iij. quod sacramenta baptismi et confirmationis non sunt necessaria ad salutem anime. Item quod vocalis auricularis sive verbalis
iiij. confessio peccatorum est facienda sacerdoti. Item quod nulla potestas fuit aut est sacerdotibus a deo collata magis quam laicis
v. in sacramentalibus ecclesie ministrandis, missis celebrandis aut aliis divinis officiis exequendis. Item quod matrimonii solem=
vj. satio non est necessaria ad anime salutem nec a deo divino instituta. Item quod sacramentum extreme unctionis non est utile
vij. aut necessarium ad anime salutem. Item quod imagines sancte crucis et crucifixi ac beate Marie virginis et aliorum
viij. sanctorum nullo modo sunt venerande, et quod venerantes huiusmodi imagines committunt idolatriam. Item quod peregrinationes ad loca
ix. sancta et devota, ubi solet populus christianus sanctos et reliquias eorum venerari, non sunt necessarie sive meritorie ad salutem
anime, sed dampnabiles, detestando huiusmodi peregrinationes et peregrinantes ad huiusmodi loca reprehendendo, dicendo huiusmodi peregrinantes
se peregrinando committere idolatriam. Item quod orationes non sunt effundende ad sanctos, sed ad solum deum qui solus audit ora-
x. tiones. Item quod panis benedictus et aqua benedicta non sunt maioris virtutis et efficacie post benedictionem factam a sacer-
xj. dote quam ante benedictionem. Item quod tu omnes et singulos hereses errores et dampnatas opiniones supradictas seu eorum
xij. aliquos credidisti, docuisti, tenuisti, affirmasti et predicasti etiam in presenti. Item quod tu omnia et singula premissa timore penarum solum
xiij. et ad evadendum penam es confessus, et si detecta per alios non fuissent nec timeres te posse convinci per testes, casu quo
illa negares, premissa nunquam sponte confessus fuisses, nec ea nunc sponte sed timore penarum confiteris. Item quod tu
cum aliis personis de prefatis heresibus erroribus et dampnatis opinionibus sermones communicantibus sepius et iteratis vicibus communicasti
et sic quod habuisti et habes libros continentes dictos errores.

Ad primum articulum respondet et fatetur. Ad secundum articulum respondet negative sic dicendo in vulgari viz. that she hath alwayes beleved in the sacrament of thaulter that it is the body of god. Ad tercium articulum respondet etiam negative dicendo sic, That she hath alwayes beleved and so doth beleve that by baptising the childe ys delyvered owte of oryginall synne. Ad iiiitum, vtum, sextum, septimum, viiium, ixum, xum, xium, xiium, xiiium et xiiiium articulos respondet negative ad singula contenta in eisdem.

Deinde prefatus Rmus pater in aula manerii sui de Knoll predict pro tribunali judicialiter sedens die et anno domini nunc predictis produci fecit contra prefatam Agnetem in negotio predicto ad convincendum eandem in premissis Agnetis predicta Willelmum Riche de Benynden, Johannem Grebill seniorem eiusdem Agnetis maritum, Johannem Grebill juniorem et Cristoferum Grebill ipsius Agnetis filios naturales, quos tunc ibidem jurari fecit ad sancta dei evangelia amore timore odio et favore postpositis de dicendo omnem et meram veritatem quam sciverint de opinionibus dicte Agnetis contra fidem catholicam et sacramenta ecclesie presentibus tunc ibidem.

Ultimo die mensis Aprilis anno domini supradicto in capella manerii dicti Rmi patris de Knoll predict idem Rmus pater pro tribunali sive judicialiter sedens presentibus tunc ibidem Rdo patre domino Johanne Exonien episcopo ac venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall utriusque juris, Roberto Woodward decretorum doctoribus, Gabriele Silvester sacre theologie professore, Roberto Afrow et aliis, in presentia etiam mei Thome Lawrence, Willelmi Potkyn et David Coop notariorum publicorum publicavit dicta et depositiones huiusmodi contra dictam Agnetem ut prefertur productorum et per eundem Rmum patrem secrete et singillatim examinatorum, et dicta ac depositiones huiusmodi in presentia dicte Agnetis publice perlegi fecit. Et assignavit eidem Agneti pro termino ad dicendum et proponendum omnia et singula que vellet contra huiusmodi testes et dicta eorundem que faciant pro defensione sua crastinum diem Veneris proximum. Que quidem Agnes tunc ibidem post publicationem et lecturam prefatarum attestationum publice et expresse negavit omnia et singula dicta testium predictorum et contradixit eisdem dicens quod ipsi testes perdiderunt se et animas suas sic deponendo, et quod penitet eam ipsos filios suos unquam peperisse. Quorum testium dicta et depositiones sequuntur viz.

John Grebill thelder of Tenterden sworn and examyned of the tyme whan his wif Agnes was first of the erroure ayenst the sacrament of thaulter that it was but very brede and not Cristes body flesshe and bloode, he seith that first aboute the ende of King Edwards daies the iiiith in the house of this deponent by the teching of John Ive and so furth fromthens dayly tyll this tyme of detection she hath contynued. And besides that whan his children Cristofer and John were aboute a vii yeres age, than this deponent taught them the said erro's ayenst the sacrament of thaulter in the presence of his said wif dyvers tymes in his owne house, she beyng alwayes of oon mynde in the said mysbelyve ayenst the sacrament of thaulter, that it was not Cristes body flesshe and bloode but only brede. Examyned how he knoweth that she was stedfaste in the said erro's, for he saith that she alwayes withoute contradiccion affermed his teching and said the said opynyon was goode and well contented that hir children aforsaid were of the said opynyons ayenst the sacrament of thaulter.

Examyned also of the opynyon of his wif touching pilgremage offerynges and worshipping of seynte images, he saith that she in likewise and at the same tyme whan John Ive and he taught hir of the said erro's ayenst the sacrament of thaulter, they taught hir also of the said opynions of pilgremage and worshipping of seyntes ymages and offerynges that they were not in any wise to be kept nor profitable for mannys soule, the which erro's she beleved as this deponent saith, and yet beleveth as farre as he knoweth. Examyned how he knoweth that, he saith that she alwayes affermed the same, and that from hir first belief she never dide offer to seyntes images nor yet would goo to pilgremage.

And divers tymes within his owne house in contynuyng in thesame errours ayenst pilgremage offeryngs and worshipping of seynts images contynually sithe hir first begynnyng till the season of this detection his said wif in the presence of hym and his said childern John and Cristofer affermed thesaid opynyons ayenst pilgremage offeryngs and worshipping of images and seynts to be good.

Examyned further of confession how his wif belevith therin / he saith that she belevid that confession made to a preest beyng the folower of peter / and beyng pure and clene in lif was good & profitable And no confession was good that was made to a preest not beyng of clene lif for he had no power to assoyle any man of his synnes / And bothe he and his wif and his said childern Cristofer & John were agreed togider by all thesaid tymes in his house never to make any confession of these aforsaid errours /. Examyned how thesaid Agnes belevith of holy brede and holy water / he saith that she belevid that they were no better / than other water and other brede / And in like wise did his sonnes by all the tyme abovesaid. Examyned how he knewe that / he saith that they brought home holy brede divers tymes to his house and ete it / And had noon other regard unto it / but as to other brede /.

Also the whiche said opynyons he saith that his said wif Agnes hath holden and belevid sithe thesaid terme aboute thende of kyng Edwarde the iiijth dayes till this tyme of detection / And within his house of Benynden divers tymes and specially the holydaies she hath comyned and defended thesaid opinions in his presence / And in the presence of his said .ij. sonnes Cristofer and John /.

Cristofer Grebill of Cranebroke the son of John Grebill thelder of thage of xxij yeres examyned the day and yere abovesaid and in the presence of the witnes abovesaid of the beleve of his moder Agnes Grebill specially first upon the sacrament of thaulter / Item upon confession to a preest / Item upon the sacrament of matrimony Item upon Cristenyng and bisshoppyng of childern. Item in goyng of pilgremage worshipping of seynts and offeryngs he answereth and saith that thesaid Agnes his moder held belevid taught and defended that the sacrament of thaulter was but brede and not the very body of Criste flesshe and blood / And that baptisme was nothing worth / for a childe putt into the founte was nomore the better than if he had be putt into other water / And that confirmacion ys a vayn thing and of noon effecte / And also that whan a man and a woman be contracted togider it is not necessary to solempnise it in the churche / And that the confession is sufficient to be made only to god and not to a preest / And over that / that goyng to pilgremage and offeryngs and worshipping of seynts images be not of any effecte nor to be doon / All the whiche said opinions and errours this Cristofer saith / that his fader and also Agnes his moder hath taught defended and held and also maynteyned and comyned of theym within the house of his said fader John Grebill thelder divers tymes by the space of these iij yeres last passed aswell in the holy daies as in the werkedaies /. Examyned howe oftentymes they did so comyned togider / he saith he cannot tell the certeyntie of tymes. Examyned howe he knoweth that his fader and moder Agnes dide so beleve / he answereth and saith that whan they comyned togider of theym / then thesaid John his fader and Agnes his moder affermed and taught that they were goode and laufull / and to be kept holden & maynteyned / And agrement was made amongest theym that noon of theym shuld discoure nor bewray the other of their belevis in any wise. Examyned by whom he was first inducted into those errours he saith that his fader and moder Agnes aforsaid taught this deponent and comyned divers tymes with this deponent in thesaid errours / but he saith that he hath no felyng in that matere of errours tyll he herd John Ive teche hym / and till he sawe in John Ives booke whiche was by the space of thre yeres past / Sith the whiche tyme thesame deponent saith that he had comunicacion with his saide fader & moder divers tymes in his saide faders house of thesaide matere of errours / And at all tymes founde his saide fader and moder holding mayntenyng and defending thesame opinions and comfortyng hym in the same / And at som tyme was present with his saide fader and moder / and hym in thesame comunicacion / And in thesaide house his broder John Grebill whiche he thynketh belevith as they dide / for he said nothing ayenst theym /.

John Grebill the yonger of Tenterden xx yeres of age son to John Grebill and Agnes sworn upon thevangelist / the xxix day of Aprill / and yere aforsaid by thesaid most reverend fader in god And in the presence of thesaide witnes by vertue of his othe. Examyned howe his moder hath & doth beleve / of the sacrament of thaulter / and goyng in pilgremage offeryngs and worshipping of seynts images he answereth and saith that in the house of his fader John Grebill in Benynden oftentymes as he resorted thider his saide fader John Grebill and also his moder Agnes Grebill beyng present / also his brother Cristofer taught comyned held and belevid that the sacrament of thaulter was not goddes body flesshe & blood but very brede wyllyng and advisyng hym to beleve in likewise / and so he dide till he was detected. Examyned how long tyme it is sithe / they first so taught and counselled hym / he saithe aboute xx monthes last past / And sithe that tyme divers dayes somtyme in the holydaies & somtyme in the werkdaies as he resorted thider / At the whiche tymes thesaid John Grebill his fader & Agnes his moder taught and defended as is abovesaid / saying that the sacrament of thaulter was but very brede / and not the body of Criste / And that they were not wise that otherwise wold beleve / And in like wise that pilgremage offeryngs and worshipping of seynts images was not to be doon / And he saithe that he never herd his fader nor moder nor Cristofer his broder holdyng nor teching any other opinions than ys thesaide errours ayenst the sacrament of thaulter / and pilgremage offeryngs and worshipping of seynts images as ferre as he can remember / ffor he saith that his fader and moder forsaid taught hym / and comyned with hym many tymes whan he was xiiij or xv yeres olde / And divers tymes sithens / but he never wolde receyve their techings nor geve any herte therunto tyll this yere last past /.

William Ryche of Benynden glover of the age of xl yeres sworn upon the holy evangelist by hym bodily touched the xxix daye of Aprill / before the most reverend fader in god / and wittenesses aforesaid / Examyned how he thynketh that Agnes Grebill the wif of John Grebill thelder of Benynden hath and doth beleve in the sacrament of thaulter / and other sacraments and teching of the churche / he answereth

and saithe that she hath and as he thynketh yet doth beleve that the sacrament of thaulter ys but very brede / and not the body of Crist flesshe and bloode / And also that the sacrament of matrimony is of noo effecte / nor yet the sacrament of baptyme nor the sacrament of extreme unction ys nothing worthe / And more that she dampneth pilgremage offeringe and worshipping of seyntes Images. Examyned howe he knoweth this / he answereth and saith that he hath ben dyvers tymes in the house of the said John Grebill at Benynden and specially last at Barthilmewtyde was xv. monethes / At the whiche tyme and dyvers other tymes bifore this deponent comuned wt the said John Grebill thelder in all the said errours and they to gider held and beleved as ys abovesaid / the said Agnes beyng present / and heryng and consentyng to the same / And beleving as they dide that the sacrament of thaulter was not the body of Crist but very brede And that the sacramentes of matrimony / baptyme confirmacion and extreme unction pilgremage goyng offeringes and worshipping of seyntes Images were not to be allowed but to be dampned as no thing worth beyng present / nomore at those comunications at any tyme had in the said Grebilles house at Benynden / but the same John Grebill thelder this deponent / and Agnes Grebill wife to the said John / and dystrawght yong woman doughter to the said John and Agnes Grebill /.

Quo die veneris videlicet secundo die mensis Maii Anno domini et loco immediate predictis Coram prelibato reverendissimo patre pro tribunali judicialiter sedente Comparuit personaliter prefata Agnes Grebill habens huiusmodi diem et locum ad dicendum contra testes si velit, que tunc et ibidem negavit omnes et singulas attestaciones predictorum testium dicens quod si et quatenus maritus et filii sui essent presentes et huiusmodi attestaciones suas affirmarent ipsa tamen negaret. Et deinde tunc ibidem introductis testibus predictis et personaliter constitutis et dicta sua predicta coram ipsam Agnetem facie ad faciem affirmantibus. Ipsa tamen omnino negavit et contradixit eisdem et nichil aliud pro se allegavit quare pro heretica pronunciari et declarari non debeat. Unde prefatus reverendissimus pater sententiam contra eandem in huiusmodi negocio in scriptis tulit diffinitivam. Presentibus tunc ibidem reverendo patre domino Johanne Roffen Episcopo venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall, Thoma Welles Clemente Browne doctoribus superius nominatis ac notariis superius specificatis. Cuius sentencie tenor sequitur verba. **In dei nomine amen** Nos Willelmus permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus. In quodam negocio heretice pravitatis contra te Agnetem Grebill nostre Cant dioc ac nostre Jurisdictionis notorie subditam et subiectam coram nobis in Judicio personaliter comparentem, nobis super heretica pravitate huiusmodi detectam et delatam, ac per nostram dioc Cant antedict notorie et publice in ea parte apud bonos et graves diffamatam, ex officio nostro mero rite et canonice procedentes auditis et intellectis visis cognitis rimatisque ac matura deliberacione discussis et ponderatis dicti negocii meritis servatisque in omnibus et per omnia in eodem negocio de iure servandis ac quomodolibet requisitis pro tribunali sedentes Christi nomine invocato et solum deum pre oculis habentes, Quia per acta actitata deducta probata et exhibita coram nobis in eodem negocio. Invenimus te per probaciones legitimas coram nobis in hac parte judicialiter fact nonnullos et varios errores hereses et dampnatas opiniones Juri divino et canonico obviantes contrarios et repugnantes contra fidem orthodoxam et universalem catholicam et apostolicam ecclesiam determinatam et observatam tenuisse credidisse affirmasse predicasse et dogmatizasse / et presertim contra sacramenta altaris seu eucharistie / et alia sacramenta et sancte matris ecclesie dogmata / Et Christi nos vestigiis inherendo / qui non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat / sepenumero conati fuimus te corrigere ac viis et modis licitis et canonicis quibus potuimus aut scivimus ad fidem orthodoxam / et universalem catholicam et apostolicam ecclesiam determinatam et observatam / ac ad unitatem eiusdem sancte matris ecclesie reducere / Invenimus te adeo duram cervicis quod tuos errores et hereses huiusmodi nolueris sponte et incontinenti confiteri / Nec ad fidem catholicam et unitatem sancte matris ecclesie antedictas debite reverti et redire / Sed tanquam iniquitatis et tenebrarum filia in tantum indurasti cor tuum ut non velis intelligere vocem tui pastoris tibi paterno compacientis affectu / Nec velis piis et paternis monicionibus allici nec salubribus reduci blandiciis. Nos vero nolentes quod tu que nequam es fias nequior / et gregem dominicum inficiat tua heretice pravitatis labes / de quo plurimum timemus inficias / Idcirco de consilio Jurisperitorum nobis in hac parte assistentium cum quibus communicavimus in hac parte te Agnetem predictam demeritis atque culpis per tuam dampnabilem pertinaciam aggravatis de et super huiusmodi detestabili heretice pravitatis reatu convictam et ad ecclesie unitatem penitencialiter redire nolentem hereticam hereticisque credentem ac eorum fautricem et receptatricem precedentium premissorum fuisse et esse cum dolore et amaritudine cordis iudicamus ac declaramus sententialiter et diffinitive in hiis scriptis. Relinquentes te exnunc tanquam hereticam Judicio sive curie seculari / Teque Agnetem predictam ut prefertur hereticam nichilominus in maioris excommunicacionis sententiam occasione premissorum incidisse et incurrisse / Necnon excommunicatam fuisse et esse pronunciamus decernimus et declaramus etiam in hiis scriptis /.

Sentencia contra Agnetem Grebill

Vicesimo octavo die mensis Aprilis Anno domini millesimo quingentesimo undecimo. In capella reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi permissione divina Cant Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati infra manerium suum de Knoll decanatus de Shorham ecclesie Christi Cant Jurisdictionis immediate / presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall utriusque Juris doctore / prefati reverendissimi patris Cancellario Thoma Welles Gabriell Silvester / Clemente Browne sacre theologie professoribus et pluribus aliis. Et in presentia mei Thome Laurence Walteri Potkyn et David Cooper notariorum publicorum coram eodem reverendissimo patre tunc ibidem pro tribunali judicialiter sedente / Comparuit personaliter Robertus Harryson nuper de parochia de Halden et nunc de hospitali domus sancti Johannis in parochia beate Marie de Northgate Cant dioc lx annorum etatis / quem idem reverendissimus pater ad sancta dei evangelia per eum tunc ibidem corporaliter tacta Jurare fecit de fideliter respondendo articulis contra eum in negocio heretice pravitatis ex officio eiusdem reverendissimi patris per ministratis / Quorum articulorum tenores sequuntur verba. **In dei nomine amen** Nos Willelmus permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus Tibi Roberto Harryson de Northgate nostre Cant dioc ac nostre Jurisdictionis notorie subdito et subiecto / Ad meram anime tue correctionem Necnon ad omnem Juris effectum qui exinde sequi poterit aut debebit obiicimus et articulamur / coniunctim et divisim omnes et singulos articulos infrascriptos Ac quamlibet partem et particulam

Robertus Harryson

eorundem Mandantes et precipientes quatinus eisdem omnibus et singulis singulariter que in eisdem continentur plenam
meram et nudam dicas veritatem sub pena Juris. In primis tibi obijcimus et articulamur Quod tu fuisti et es i
arc' Cant' dioc' et sue Jurisdiccionis notorie subditus et subiectus. Item quod tu per plures annos elapsos omnes et singulos ij
hereses errores et damnatas opiniones subsequentes seu saltem eorum aliquos credidisti docuisti tenuisti affirmasti et pre-
dicasti viz Quod in sacramento altaris sive eucharistie non est verum corpus Christi. Item quod sacramenta baptismi et con- iij
firmacionis non sunt necessaria ad salutem anime. Item quod vocalis auricularis sive verbalis confessio peccatorum non est fa- iiij
cienda sacerdoti. Item quod nulla potestas fuit aut est sacerdotibus a deo collata magis quam laicis in sacramentis ecclesie minis- v
trandis missis celebrandis aut aliis divinis officijs exequendis. Item quod matrimonij solemnisacio non est necessaria ad anime vj
salutem nec a Jure divino instituta. Item quod sacramentum extreme unccionis non est utile aut necessarium ad anime vij
salutem. Item quod Imagines sancte Crucis et Crucifixi ac beate Marie virginis et aliorum sanctorum nullo modo sunt venerande viij
sed quod venerantes huiusmodi ymagines committunt Idolatriam. Item quod peregrinantes ad loca sancta et devota ubi solet ix
populus exorare sanctos et reliquias sanctorum venerari non sunt necessarie sive meritorie ad salutem anime
sed damnabiles, detestando huiusmodi peregrinaciones et peregrinantes ad huiusmodi loca reprehendendo dicendo huiusmodi pe-
regrinantes sic peregrinando committere Idolatriam. Item quod oraciones non sunt effundende ad sanctos sed ad solum x
deum qui solus audit orantes. Item quod panis benedictus et aqua benedicta non sunt maioris virtutis aut xj
efficacie post benediccionem factam a sacerdote quam ante benediccionem. Item quod tu omnes et singulos hereses errores et xij
damnatas opiniones supradictas seu eorum aliquos credis doces tenes affirmas et predicas etiam in presenti. Item
quod tu omnia et singula premissa timore probacionum solum et ad evadendum penam es confessus Et si detecta per alios xiij
non fuissent nec timeres te posse convinci per testes casu quo illa negares premissa nunquam sponte confessus fuis-
ses, nec ea nunc sponte sed timore probacionum confiteris. Item quod tu cum aliis personis de heresibus erroribus xiiij
et damnatis opinionibus secum communicantibus sepius et iteratis vicibus communicasti, et ut quod habuisti et habes
libros continentes dictos errores.

Deinde Idem Robertus Harryson examinatus super eisdem articulis tunc et ibidem per prefatum Reverendissimum patrem respondet prout sequitur viz Ad primum articulum respondet et fatetur contenta in eodem esse vera. Ad secundum et tercium articulos respondet negative. Ad quartum articulum respondet negative, quia nescit aliter quomodo posset salvari ut dicit. Ad quintum sextum vij viij ix et x articulos respondet negative. Ad xj articulum respondet negative et quod credit quod bene prosunt aqua benedicta et panis benedictus et nunquam aliter credidit. xij et xiij articuli pendent ex negatis.

Deinde xxix° die mensis Aprilis Anno domini quo supra in Aula manerij dicti Reverendissimi patris de Knoll predicti prefatus Reverendissimus pater in presencia dicti Roberti Harryson produci fecit contra eundem ad ipsum convincendum in negocio predicto Willelmum Olberd de Godmersham Cristoferum Grebill Agnetem Ive et Laurencium Chetynden de quos idem Reverendissimus pater Jurare fecit ad sancta dei evangelia per eos et eorum quemlibet corporaliter tacta amoto timore odio et favore posthabitis de dicendo veram et integram veritatem quam noverint de opinionibus dicti Roberti contra fidem catholicam et sacramenta ecclesie presentibus tunc ibidem magistris Cuthberto Tunstall utriusque Juris doctore Thoma Welles Gabriele Silvester et Clemente Browne sacre theologie professoribus ac notarijs supradictis cum multis alijs.

Insuper ultimo die mensis Aprilis Anno domini predicto In Capella manerij de Knoll supradicti coram antedicto Reverendissimo in Christo patre pro tribunali Judicialiter sedente Comparuit personaliter dictus Robertus Harryson in cuius presentia Idem Reverendissimus pater tunc ibidem publicavit dicta et deposiciones testium predictorum contra eundem productorum et per eundem Reverendissimum patrem examinatorum et huiusmodi testium dicta in presencia eiusdem Roberti publice perlegi fecit et assignavit eidem Roberto ad dicendum contra eosdem testes et ad alia proponendum que faciant pro sua defensione citra diem veneris proximum in capella predicta ulteriusque ad procedi videndum ad ulteriora in huiusmodi negocio contra eundem Robertum presentibus tunc ibidem Reverendo patre Johanne Exonien Episcopo venerabilibusque viris magistris Cuthberto Tunstall utriusque Juris doctore Roberto Woodwarde decretorum doctore Gabriele Silvestre sacre theologie professore Roberto Alrond Artium magistro Johanne Peers in decretis baccallario ac pluribus alijs una cum notarijs prescriptis. Quorum testium dicta et deposiciones sequuntur videlicet.

Cristofer Grebill of Cranebroke Taylour of the diocese of Caunterbury of thage of xxvjti yeres sworn and examyned how Robert Harryson of seynt Johns of Caunterbury hath beleved in the vij sacramentes and other techinges of holy church he saith and deposith upon his othe that upon the even of the Assumpcion of our lady last past this deponent and the said Robert Harryson goyng by the waye betwen the grete Charte & Batrysden whan and where he hard the said Robert Harryson say that pilgremage goyng was not profitable to a mannys soule but it was but lost labour. And in lykewise the said Robert said of Indulgences & pardons to be of noon effecte nor profitt And that money or candels offered to Images in the churche was not profitable for mannys soule. Examyned who was then there present he saith that noon other persone or persones that herd the said comunicacion but oonly they twoo. Examyned further whether he had ever any comunicacion with the saide Harryson ayenst any of the vij sacramentes he saith and annswereth that there was never suche comunicacion betwixt theym ayenst any of the vij sacramentes. Item as touching pilgremage and offeringes to Images of seyntes this deponent saith that he and the said Harryson oonly by themself had diverse tymes comunicacions therof as is afore rehersed.

William Riche of Benynden of the diocese of Caunterbury glover of thage of xl yeres sworn and examyned how Robert Harryson of Caunterbury hath beleved and comyned of the sacrament of thaulter he saith and deposith that ij yeres passed at Tenterden upon seynt Markes day at a feyre kept there he had comunicacion with the said Harryson and herd hym say that the blissed sacrament of thaulter was not the very body of Crist but oonly materyall brede. Examyned who was moo present at that tyme of the said comunicacion he saith that ther was noon other body hard the said comunicacion but oonly they ij to his knowlege And at divers and sondry tymes sith that tyme this deponent saith that they ij hath comyned ayenst the blissed sacrament of thaulter aswell at Caunterbury as at Tenterden. Examyned who was present at the said comunicacion at Caunterbury this deponent saith that in the even or the day of the Translacion of

seynt Thomas was xij. moneth, he cam to the house of John Ive in Caunterbury in the company of the said Harryson at his desire where and whan they founde the said John Ive and William Olberd the elder And at the same tyme the said deponent wt the said Robert Harryson John Ive and William Olberd and eche oon of them had comunicacion and herd the said Robert and eche of theym say and speke ayenst the blessed sacrament of thaulter, saying and affermyng that it was not the verey body of Crist but oonly brede/

William Olberd Thelder of Godmersham of the dioc of Cantbury of thage of lx. yeres sworn and examyned how Robert Harryson of Cantbury hath beleved and comyned of the blessed sacrament of thaulter, he answereth and saith upon his othe that upon the fest of the Translacion of seynt Thomas ye last was was xij. moneth in the house of John Ive in Caunterbury decessid the same John Ive, Robt Harryson and William Riche and this deponent then and there had comunicacion togider ayenst the sacrament of thaulter And this deponent saith that then and there he herd the said John Ive, Robert Harryson and William Riche and eche of theym say and afferme that in the sacrament of thaulter was not the verey flesshe and body of Criste but oonly materiall bred, And so all they fowre persones and eche of theym then and there fully concluded and beleved /

Agnes Ive Wydowe of the parisshe of seynt George in Cantbury of thage of lx. yeres and more sworn and examyned how Robert Harryson of Cantbury hath beleved and comyned of the sacrament off thaulter and in other of the vij. sacramentes and techinges of the holy churche she saith and deposith that at this half the fest of All Seyntes last passed oon Elizabeth White of Caunterbury desyred this deponent to goo wt hir to Robert Harrysons house beside saynt Johns Hospitall yn Caunterbury and so she dide, And at their comyng togider thider to the said Robert Harryson he beyng there present, she hard hym speke and comyn of pilgremagis as she now remembreth and thynketh, And as this deponent thynketh and supposith that the said Harryson wolde have talked and had further comynicacion of other thingis touching the vij. sacramentes but that he was letted by the comyng yn into the said house of a certeyn broder of thospitall of seynt saynt Johns aforsaid, And otherwise she cannot depose of the said Harryson; but by the reporte and sayinge of hir husbond and of the said Elizabeth White divers and sondry tymes whom she hath herd divers tymes reporte that the said Harryson was of their secte beleve and opynyon ayenst the sacramentes of the churche /

Item Secundo die mensis Maij Anno dni et loco predictis Coram prefato Reverendissimo patre pro tribunali tunc ibidem judicialiter sedente Comparuit personaliter dictus Robertus Harryson habens hos diem et locum ex prefixione judiciali ad dicendum contra testes et ad proponendum quicquid noverit pro sua defensione legitima quare pro heretico convicto pronunciari et declarari non debeat, qui quidem Robertus tunc ibidem ut prefertur personaliter constitutus nichil allegavit aut proposuit pro se in ea parte set se ecclesie submisit, Unde dictus Reverendissimus pater sentenciam contra eundem in scriptis tunc ibidem tulit diffinitivam ipsum pro heretico impenitente et incorrigibili pronunciando et manui seculari relinquendo, Cuius sentencie tenor sequitur et est talis/ **In dei nomine Amen** Nos Willelmus permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus, In quodam negocio heretice pravitatis contra te Robertum Harryson Civitatis nostre Cant laicum ac nostre jurisdictioni notorie subditum et subiectum coram nobis in judicio personaliter comparentem, nobis super heretica pravitate huiusmodi detectum et delatum ac per nostram dioc Cant antedictam notorie et publice in ea parte apud bonos et graves diffamatum ex officio nostro mero rite et canonice procedentes, Auditis et intellectis visis cognitis rimatisque ac matura deliberacione discussis et ponderatis dicti negocij meritis circumstanciis quibuscumque in omnibus et per omnia in eodem negocio de iure servandis ac quomodolibet requisitis pro tribunali sedentes Christi nomine invocato et solum deum pre oculis habentes Quia per acta actitata deducta probata et exhibita coram nobis in eodem negocio invenimus te per probaciones legitimas coram nobis in hac parte iudicialiter factas nonnullos et varios errores hereses et dampnatas opiniones iure divino et ecclesiastico obviantes contrarios et repugnantes contra fidem orthodoxam per universalem catholicam et apostolicam ecclesiam determinatam et observatam tenuisse credidisse affirmasse predicasse et dogmatizasse et presertim contra sacramenta altaris seu eucharistie et alia sacramenta et sancte matris ecclesie dogmata, Et quia nos Christi vestigiis inherendo qui non vult mortem peccatoris sed magis ut convertatur et vivat sepenumero conati fuimus te corrigere, ac viis et modis licitis et canonicis quibus potuimus aut scivimus ad fidem orthodoxam per universalem catholicam et apostolicam ecclesiam determinatam et observatam ac ad unitatem eiusdem sancte matris ecclesie reducere, tamen invenimus te adeo dure cervicis quod tuos errores et hereses huiusmodi noluisti sponte et incontinenter confiteri, Nec ad fidem catholicam et unitatem sancte matris ecclesie antedictam debite redire et redire, Sed tanquam iniquitatis filius et tenebrarum filius in tantum indurasti cor tuum ut nolles intelligere vocem tui pastoris tibi paterno compacientis affectu, Nec velis piis et paternis monicionibus allici, nec salubribus reduci blandiciis, Nos vero nolentes quod tu qui nequam es fias nequior, et gregem dominicum inficias tua heretice pravitatis labe, de quo plurimum timemus infirmas, Idcirco de consilio iurisperitorum nobis in hac parte assistencium cum quibus communicavimus in hac parte te Robertum predictum de iniquitate absque relapsu per tuam dampnabilem pertinaciam aggravatis, ut et super huiusmodi detestabili heretice pravitatis crimine convictum et ad ecclesie unitatem penitentem redire nolentem hereticum, hereticis quoque credentem ac eorum fautorem et receptatorem prefato premissorum fuisse et esse cum dolore et amaritudine cordis iudicamus et declaramus sentencialiter et diffinitive in hiis scriptis, Relinquentes te hominem tanquam hereticum Iudicio sive curie seculari, Teque Robertum predictum ut prefertur hereticum nichilominus in maioris excommunicacionis sentenciam occasione premissorum incidisse et incurrisse necnon excommunicatum fuisse et esse pronunciamus decernimus et declaramus eciam in hiis scriptis/ Presentibus tunc ibidem Reverendo in Christo patre dno Johe Eronen Episcopo, ac venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall utriusque iuris doctore, Thoma Welles Gabriele Silvester et Clemente Browne sacre theologie professoribus, Edwardo notario supradicto ac multis aliis /

Sentencia contra Harryson

Certificatorium Regie maiestati

Excellentissimo principi et dno domino Henrico dei gracia Regi Anglie et Francie et dno Hibernie Illustrissimo Willelmus permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Salutem in eo per quem Reges regnant et principes dominantur. Vestre Regie celsitudini tenore presencium significamus quod quidem iniquitatis filij Willelmus Carder Agnes Grebill et Robertus Harryson propter

suos vanos damnatos et manifestos errores et hereses Necnon opiniones damnabiles contra fidem catholicam et sanctam matrem ecclesiam per eosdem et eorum quemlibet nonnullis modis et mediis doctas et predicatas per nos legitime et canonice convicti sunt et hereticos iudicati et eorum quilibet convictus et iudicatus est / Cum igitur sancta mater ecclesia non habeat quod ulterius facere debeat in hac parte vos regie celsitudini seu brachio vero seculari dictos hereticos et eorum quemlibet relinquimus / Datum in manerio nostro de Knoll secundo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo / Et nostre translacionis Anno octavo.

Octavo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo In Capella manerii Reverendissimi patris et domini Willelmi permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati de Lamehith / Coram eodem Reverendissimo patre pro tribunali iudicialiter sedente presentibus et assidentibus eidem venerabilibus viris magistris Johanne Colett sacre theologie professore, decano ecclesie Cathedralis sancti Pauli London, Thoma Wodyngton decretorum doctore Curie Cantuariensis Officiali, Cuthberto Tunstall utriusque iuris, Thoma Pertt legum, Gabriele Silvestre sacre pagine doctoribus. Comparuit personaliter Johannes Browne de Asshford Cantuariensis diocesis, quem idem Reverendissimus pater iurare fecit ad sancta dei evangelia de fideliter respondendo certis articulis contra eum in negocio heretice pravitatis ex officio dicti Reverendissimi patris ministratis / quorum articulorum tenores sequuntur videlicet /

In dei nomine Amen Nos Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis Le-
gatus Tibi Johanni Browne de Asshford nostre Cantuariensis diocesis ac nostre Jurisdictionis notorie subdito et subiecto ad meram anime Johes Browne
tue correctionem Necnon ad omnem Juris effectum qui exinde sequi poterit aut debebit obiicimus et articulamur coniunctim et divisim
omnes et singulos articulos infrascriptos ac quamlibet partem et particulam eorundem Mandantes et precipientes quatinus eisdem
omnibus et singulis singulariterque in eisdem contentis plenam integram et nudam condicas veritatem sub pena iuris. In primis tibi
obiicimus et articulamur quod tu fuisti et es nostre Cantuariensis diocesis ac nostre Jurisdictionis notorie subditus et subiectus / Item quod tu per plures
annos elapsos omnes et singulos hereses errores et damnatas opiniones subsequentes seu saltem eorum aliquos credidisti docuisti i.
tenuisti affirmasti et predicasti viz. Quod in sacramento altaris sive eucharistie non est verum corpus Christi sed panis ij.
materialis / Item quod sacramenta baptismi et confirmacionis non sunt necessaria ad salutem anime / Item quod oralis auricularis
sive vocalis confessio peccatorum non est facienda sacerdoti / Item quod nulla potestas sit aut est sacerdotibus a deo collata magis iij. iiij.
quam laicis in sacramentis ecclesie ministrandis missis celebrandis aut aliis divinis officiis exequendis. Item quod matrimonii so- v.
lemnizacio non est necessaria ad anime salutem nec a iure divino instituta / Item quod sacramentum extreme unctionis non est vj.
utile aut necessarium ad anime salutem. Item quod Imagines sancte Crucis et Crucifixi ac beate Marie virginis et aliorum vij.
sanctorum nullo modo sunt venerande: sed quod venerantes huiusmodi Imagines committunt ydolatriam / Item quod peregrinaciones viij.
ad loca sancta et devota ubi solet populus reponere sanctos et reliquias eorum venerari non sunt necessarie sive meritorie ix.
ad salutem anime sed damnabiles, detestando huiusmodi peregrinaciones ad huiusmodi loca reprehendendo, dicendo huiusmodi pere-
grinantes sic peregrinando committere ydolatriam. Item quod oraciones non sunt effundende ad sanctos, sed ad solum deum qui
solus audit orantes / Item quod panis benedictus et aqua benedicta non sunt maioris virtutis et efficacie post x.
benedictionem factam a sacerdote quam ante benedictionem. Item quod tu omnes et singulos hereses errores et damnatas xj.
opiniones supradictas seu eorum aliquos credidisti docuisti tenuisti affirmasti et predicasti etiam in publico / Item quod tu omnia xij.
et singula premissa timore probacionum solummodo et ad evadendum penam es confessus / Et si detecta per alios non fuissent / xiij.
nec timeres te posse convinci per testes casu quo illa negares premissa nunquam sponte confessus fuisses / nec ea sunt sponte
sed timore probacionum confitetus / Item quod tu cum aliis personis de prefatis heresibus erroribus et damnatis opinionibus xiiij.
secum communicantibus sepius et iteratis vicibus communicasti / et scis quod habuisti et habes libros continentes dictos errores.

Qui quidem Johannes Browne tunc ibidem examinatus et interrogatus de et super articulis huiusmodi, fatetur se fuisse et esse Jurisdictionis dicti Reverendissimi patris. Reliquos articulos omnes et singulos publice tunc ibidem negavit.

Et deinde tunc ibidem prefatus Reverendissimus pater produci fecit in testes contra dictum Johannem Browne ad convincendum eundem, Thomam Harwode de Rolvenden, Johannam Harwode eius uxorem, Philippum Harwode de eadem, et Willelmum Baker de   et eosdem in presencia dicti Johannis Browne ad sancta dei evangelia iurare fecit de dicendo veritate quam noverit de opinione dicti Johannis contra catholicam fidem et ecclesie sacrosancte determinacionem. **Qui quidem** testes sic iurati et in forma iuris examinati deposuerunt prout sequitur, videlicet.

Johane Harwode the wif of Thomas Harwode de Rolvenden of the diocese of Caunterbury sworne and examyned upon the beleve of John Browne of Asshford Cutler in the sacramentes of the church and the articles of the faith, she saith and deposith that about Cristmas was xij or xiij yeres the said John Browne came to the house of the husbond of this deponent. And then and there in an evenyng sittyng by the fire in the hall, hir said husbond, John Browne and this deponent hadde communicacion ayenst the sacrament of the aulter. And then and there they three togider concluded affermed held and beleved that the sacrament of the aulter was not the body of Crist flesshe and bloode, but only brede. And then and there aswell the said John Browne as hir said husbond commaunded and charged this deponent never to utter to any persone upon payne of hir lif of their forsaid communicacion ayenst the sacrament of the aulter, everyche of theym seyng that it shuld cost theym all their lyves, and be brent, and if it were uttered. Also this deponent saith that aboute Shroftide was xj or xij yeres past this deponent and hir said husbond went unto the house of the said John Browne in Asshford where and when this deponent, hir said husbond and the said John Browne sittyng all togider there by the fire etyng and drynkyng had communicacion ayenst worshipping of images of seynts and goyng on pilgremage. Then and there Elizabeth the wif of John Browne beyng present at the said communicacion concluded helde beleved and affermed and everyche of theym concluded helde beleved and affermed that goyng on pilgremage was nothing ellys but to spent money in waste, better then to goo on pilgremage. And that worshipping of images of our lady and other seyntes was not to be doon, for our lady and all seyntes were in heven and therfore their images shuld not be worshipped in erthe. And that it avayleth not to offer or sett upp a candell before any image in churches, saying that it was nothing worthe.

William Baker sworne and examyned upon the opinions of John Browne ayenst the sacramentes of the church saith that upon our lady day called the Annunciacion last past was xij monethes in a gardeyn at Charte but who oweth the gardeyn he cannot tell, this deponent and John Browne had communicacion togider of the payne of purgatory, And then and there the said John Browne said that there was no purgatory, but

oonly in this world And after that a man was decessid he shulde goo streyght to heven or to hell att which tyme he saith that they had noon other comunication there / Also this deponent saith / that vpon seynt Dunstons daye last paste / in the house of this deponent / the said John Browne Thomas Mannyng and this deponent / had comunication ayenst the sacrament of the aulter / And they and there the said Browne said that the sacrament of the aulter that the preest helde betwene his handes was not the body of Criste flesshe & bloode / but oonly brede / And so the said John Browne Thomas Mannyng than and there and eueryche of them helde beleved and affermyd / And furthermore the said John Browne than and there said that they shulde trust to god in heven / and trust not to that / no moo then beyng present as he remembreth / Also this deponent saith aboute Cristmas last past as he remembreth betwene the house of this deponent and a chapell called Mylkehouse wtin the parisshe of Cranebroke / as this deponent and the said Browne walked by the waye the said John Browne said vnto this deponent / That worshipping of Images and goyng on pilgremage was but Idolatrye / no moo then beyng present /.

Thomas Harwode of Rolvenden .lxiiij. yeres of age sworne and examyned vpon the beleve of John Browne of Asshford ayenst the Sacramentes of the churche / saith that vpon a Saterday aboute Mighelmas day was xii. monethes in the house of the said John Browne then and there said / that the sacrament of thaulter was but oonly brede / and not cristes bodye / nomoo then beyng present as he saith but the said John Browne / and this deponent / And he saith that he neuer comuned with the said John nor neuer herde hym comyn at any other tyme /. Examyned further saith that the said John Browne of Asshford came to the house of this deponent in Rolvenden where and when the said John Browne this deponent and Johane his wif and nomoo presentes then beyng present in an evenyng sittyng by the fyre / in the hall of this deponent had comunication ayenst the sacrament of thaulter / And they and there they thre togider concluded affermed held and beleved / that the sacrament of thaulter was not the body of Criste flesshe and bloode but oonly brede And they and there / this deponent in the presence of the said John Browne / charged and comaunded his said wif that she shuld not vtter nor disclose / their said comunication vpon payne of her lif / Also this deponent saith that aboute Shroftyde was .ii. or iii. yeres passed this deponent and Johane his wif and the saide John Browne / sittyng all togider by the fyre / etyng and drynkyng had comunication ayenst worshipping of Images of seyntes and goyng on pilgremage / and they and there the said John Browne / this deponent / and Johane his wif concluded helde beleved and affermed / and eueryche of them held concluded & affermed that the money that was offred to the Images was but spent in waste /.

Philipe Harwode de Rolvenden .xxxv. yeres of age sworn and examyned saith that John Browne Cutler of Asshford vpon seynt Annes daye was xii. monethes betwene the house of the said John Browne and the parisshe churche of Asshford comuned wt the said Philippe ayenst the sacrament of thaulter Saying that the sacrament of thaulter was not god but oonly brede / And also that worshipping of Images in the churche was not to be doon for they were made wt mannys handes / And the seyntes were in heven / And as he remembreth he hadde neu more comunication wt the said John Browne / nor the said John Browne wt hym but oonly that oon tyme / Moreouer he saith that the said John Browne bade hym that he shuld kepe counsaill of the said comunication / ffor and if it were knowen they shuld be vndoon there by / And he saith that there was nomany present but they /.

Deinde xvjmo die mensis Maii Anno dni et loco suprascriptis predictis Coram prefato Rmo patre Judicialiter pro tribunali sedente assidente eidem Rdo patre Roffen Epo presentibus tunc ibidem etiam venerabilibus viris Cuthberto Tunstall vtriusque Juris Gabriele Silvester Clemente Browne et petro potkyn legum doctoribus et aliis / Comparuit personaliter prefatus Johannes Browne / Cui idem Rmus pater ministravit articulos subsequentes videlicet /.

Tibi Johanni Browne obiicimus et articulamur. Quod tu olim Coram Rmo patre et dno dno Johanne Cardinali Cant Archiepo omnes hereses contra fidem catholicam et ecclesiam apostolicam et sancte matris ecclesie dogmata pro eo et ex eo quod tunc coram eodem certos articulos contra doctrinam sancte matris ecclesie sapientes et expresse per eandem sanctam ecclesiam reprobatos tenuisti et affirmasti et credidisti in presentia dicti Rmi patris Cardinalis expresse et in scriptis publice et solemniter abiurasti. Cuibus articulis idem Johannes respondit prout sequitur in vulgari videlicet.

The said John examyned vpon the article abouesaid saith / that he was abiured before my lord Morton Cardynall and Archebisshop of Caunterbury at Maidston aboute seynt Bartholomewe tyde was xvi. yeres paste / for holding ayenst the sacrament of thaulter / and confession and goyng to pylgremage / and he bare a faggot for his penaunce /. And the same errours he lerned of oon John Kirke which was brenned as he thynketh att Halden in the diocese of Cantbury / And he saith that he dide abiure the said errours the tyme and place abouesaid.

Preterea tunc ibidem in presentia dicti Johis Browne idem Rmus pater perlegi fecit dicta testium supranominatorum contra dictum Johem vt prefertur productorum et huiusmodi dicta et depositiones publicavit / Cuibus dictis et depositionibus sic publicatis et perlectis. Ipsisque testibus huiusmodi sua dicta et depositiones facie ad faciem coram ipso Johanne affirmantibus / Dominus assignavit eidem John Browne diem crastinum proxime futurum ad dicendum allegandum et exponendum quod faciat pro eius defensione legitima in hac parte /.

Item xvijo die mensis Maii Anno dni et loco quibus supradictis / coram eodem Rmo patre tunc ibidem Judicialiter sedente assidente eidem Rdo patre et dno domino Ricardo Norwicen Epo presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall vtriusque Juris / Roberto Woodward legum Gabriele Silvestre sacre pagine doctoribus / et Johanne Estefeld ac aliis / Comparuit personaliter dictus Johannes Browne / quem idem Rmus pater interrogavit si quid haberet proponendum aut allegandum quod faciat ad sui defensionem / Cum quidem Johannes nichil allegavit aut proposuit in ea parte / Unde idem Rmus pater tunc ibidem tulit finalem contra eundem in scriptis / per quam ipsum Johannem pro heretico relapso et incorrigibili condempnavit / et manum secularem relinquendum decrevit / Cuius sententie tenor sequitur et est talis / **In dei nomine amen** Nos

Willmus

Snia ct / Browne

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus In quodam negotio heretice pravitatis et relapsus in eandem contra te Johannem Browne de Asshford nostre Cant dioc laicum ac nostre Jurisdictioni notorie subditum et subjectum coram nobis in Judicio personaliter comparentem ex officio nostro mero rite et legitime procedentes / Auditis et intellectis visis cognitis ruminatisque ac matura deliberatione discussis et ponderatis dicti negotii meritis / Servatisque in omnibus et per omnia in eodem negotio de Jure servandis et quomodolibet requisitis pro tribunali sedentes et solum deum pre oculis nostris habentes Quia per acta actitata deducta et probata coram nobis in negotio antedicto ac per te confessata recognita et exhibita etiam coram nobis in eodem Invenimus te / postquam nonnullos hereses errores et dampnatas opiniones Juri divino et determinationi sancte matris ecclesie obviantes repugnantes et contrarias coram recolende memorie domino Johanne Morton miseratione divina tituli sancte Anastasie sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Cant Archiepiscopo predecessore nostro Judice in ea parte competenti in Judicio in forma ecclesie consueta manifeste et solempniter abjurasti / in easdem hereses errores et dampnatas opiniones hujusmodi recidisse et recidivasse ac eos et eas tam in nostra dioc Cant antedicta quam alibi in dicta nostra provincia Cant animo deliberato asseruisse tenuisse credidisse affirmasse et docuisse / Te Johannem Browne predictum de consilio Jurisperitorum hic presentium et nobis assidentium et assistentium in hereses et errores predictos / alias per te solempniter abjuratos fuisse et esse manifeste recidivum et relapsum pronunciamus decernimus et declaramus per hanc nostram sententiam diffinitivam / quam ferimus in hiis scriptis / Teque eundem Johannem Browne Curie sive Judicio seculari ad omnem Juris effectum qui exinde sequi debeat aut poterit / relinquendum fore decernimus / et sic relinquimus per presentes /

Excellentissimo principi etc ut supra. Datum in manerio nostro de Knoll xix° Maii. Anno domini M ccccc xi. Et fuit traditus eodem die.

Octavo die mensis Maii Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo In Capella manerii Reverendissimi patris et domini domini Willelmi permissione divina Cant Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati de Lamehith coram eodem Reverendissimo patre pro tribunali Judicialiter sedente presentibus et assidentibus eidem venerabilibus viris magistris Johanne Colett sacre theologie professore decano ecclesie Cath sancti pauli London / Thoma Wodyngton decretorum doctore Curie Cant officiali Cuthberto Tunstall utriusque Juris doctore Thoma Pette legum Gabriele Silvestre sacre pagine doctoribus et pluribus aliis Comparuit personaliter Edwardus Walker de Maidston Cutler Cant dioc. Cui idem Reverendissimus pater Jurare fecit ad sancta dei evangelia de fideliter respondendo certis articulis contra eum in negotio heretice pravitatis ex officio dicti Reverendissimi patris ministratis. Quorum articulorum tenores sequuntur videlicet

Edwardus Walker

In dei nomine amen Nos Willelmus permissione divina Cant Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis Legatus Tibi Edwardo Walker de Maidston nostre Cant dioc ac nostre Jurisdictionis notorie subdito et subjecto ad meram anime tue correctionem / necnon ad omnem Juris effectum qui exinde sequi poterit aut debebit objicimus et articulamur conjunctim et divisim omnes et singulos articulos infrascriptos ac quamlibet partem et particulam eorundem / mandantes et precipientes quatenus eisdem omnibus et singulis singulariterque in eisdem contentis plenam meram et puram respondeas veritatem sub pena Juris /

i. In primis tibi objicimus et articulamur / Quod tu fuisti et es nostre Cant dioc ac nostre Jurisdictionis notorie subditus et subjectus /

ii. Item quod tu per plures annos elapsos omnes et singulos hereses errores et dampnatas opiniones subsequentes / seu saltem aliquos credidisti docuisti tenuisti affirmasti et predicasti videlicet / Quod in sacramento altaris sive eucharistie non est verum corpus christi sed panis materialis /

iii. iiii. Item quod sacramenta baptismi et confirmationis non sunt necessaria ad salutem anime / Item quod vocalis

v. vocalis auricularis sive verbalis confessio peccatorum non est facienda sacerdoti / Item quod nulla potestas fuit aut est sacerdotibus a deo collata magis quam laicis in sacramentis ecclesie ministrandis missis celebrandis aut aliis divinis officiis exequendis /

vi. Item quod matrimonii solempnisatio non est necessaria ad anime salutem nec a Jure divino instituta /

vii. Item quod sacramentum extreme unctionis non est utile aut necessarium ad anime salutem /

viii. Item quod imagines sancte Crucis et Crucifixi ac beate Marie virginis et aliorum sanctorum nullo modo sunt venerande / sed quod venerantes hujusmodi imagines committunt ydolatriam /

ix. Item quod peregrinationes ad loca sancta et devota ubi solet populus peregrinari sanctos et reliquias sanctorum venerari / non sunt necessarie sive meritorie ad salutem anime sed dampnabiles / detestando hujusmodi peregrinationes / et peregrinantes ad hujusmodi loca reprehendendo / dicendo hujusmodi peregrinantes sic peregrinando committere ydolatriam /

x. Item quod orationes non sunt effundende ad sanctos / sed ad solum deum qui solus audit orantes /

xi. Item quod panis benedictus et aqua benedicta non sunt majoris virtutis et efficacie post benedictionem factam a sacerdote quam ante benedictionem /

xii. Item quod tu omnes et singulos hereses errores et dampnatas opiniones supradictos seu eorum aliquos credis doces tenes affirmas et predicas etiam in presenti /

xiii. Item quod tu omnia et singula premissa timore probationum solum / et ad evadendum penam es confessus / Et si detecta per alios non fuisses nec timeres te posse convinci per testes / casu quo illa negares premissa nunquam sponte confessus fuisses nec ea nunc sponte / sed timore probationum confiteris /

xiiii. Item quod tu cum aliis personis de prefatis heresibus erroribus et dampnatis opinionibus secrete communicantibus sepius et iteratis vicibus contraxisti / et vos quod habuisti et habes libros continentes dictos errores /

Qui quidem Edwardus Walker tunc ibidem examinatus et interrogatus de et super articulis hujusmodi fatetur se fuisse et esse Jurisdictionis dicti Reverendissimi patris Reliquos articulos omnes et singulos publice tunc ibidem negavit /

Et deinde tunc ibidem prefatus Reverendissimus pater produci fecit in testes contra dictum Edwardum Walker ad convincendum eundem / Stephanum Castelyn de Tenterden Cutler / Willelmum Baker de Cranebroke / Robertum Reynold de Benynden / Johannem Bampton de Bexsted / Robertum Bright de Maidston et Willelmum Riche de Benynden In presentia dicti Edwardi Walker ad sancta dei evangelia Jurare fecit de dicendo veritatem quam noverit de opinione dicti Edwardi contra catholicam fidem et ecclesie universalis determinationem / Quorum dicta et depositiones sequuntur videlicet.

Stephyn Castelyn de Tenterden Cutler of the age of xxvi yeres sworne and examyned upon the opinions of Edward Walker ayenst the sacramentes of the churche saith that aboute Christmastyde was xii monethes in the house of the said Edward Walker at Maidston in the kechyn by the fyre on the evenyng the said Edward Walker / Robert Hylles and this deponent comyned togider ayenst the sacrament of thaulter And then and there they thre and eche of theym concluded and said that the sacrament of thaulter was but oonly brede don in a mynde to call people togider / And god was oonly in heven / And also as he remembreth they comyned agaynst pilgremages.

William Baker of Cranebroke Wever sworne and examyned upon the opinions of Edward Walker ayenst the sacramentes of the churche etc / saith that on Maye day was xii yeres this deponent Stephyn Castelyn and Robert Reynold were togider with Edwarde Walker in the same Edwardes house at Maidston / Where and when this deponent, Edward Walker Stephyn Castelyn and Robert Reynold and everyche of them comyned held concluded and beleved that the sacrament of thaulter that the preest doth holde above his hede at the sacryng tyme was not Cristes body flesshe and blode but oonly brede. Item this deponent saith

that at Cristmas was xv. monethes upon Childermas nyght / this deponent John Bampton William Riche and another yong man of Bamptons acquayntaunce came togider to the house of Edward Walker of Maideston / At which tyme thesaid William Baker John Bampton William Riche and thesaid yong man off Bamptons acquayntaunce and euerych of theym comyned held concluded and beleved that the sacrament of the aulter that the preest did hold above his hede at the sacryng tyme was not Criste body flesshe and bloode / but oonly brede / Also this deponent saith that he did rede unto John Bampton William Riche Edward Walker and to thesame yong man Walkers acquayntaunce upon thesaid Childermas nyght in the house of thesaid Walker a booke of Mathewe / which yn was conteyned the gospell in Englisshe / to the which redyng thesaid John Bampton William Riche Edward Walker and thesaid yong man were wele contented and pleased / Saying that it was pitie that it might not be knowen openly / the which redyng in thesaid booke as they understode it was ayenst the sacramentes of thaulter / baptisme / matrymony and preesthode /. Examyned where thesaid booke is become / he saith that John Bampton receyved it of hym / and where thesaid Bampton hath bestowed it he cannot tell / Also this deponent saith that on May daye before rehersed in thesaid house of Edward Walkers this deponent / Edward Walker Stephyn Castelyn and Robert Reynold and euerych of theym had comunycacion ayenst pilgremage and worsshippyng off seyntes and of offeryngs. And they and there they and euerych of theym concluded that it shuld not be profitable for mannys soule /. In somoche that after thesaid comunycacion this deponent which was mynded to goo and offer to the Roode off grace ouerturned his mynde and went not thider / but gave his offeryng to a poore man.

Robert Reynold / Sworn and examyned upon the opinion of Edward Walker ayenst the sacramentes of holy churche saith that on May daye was v. yeres this deponent / Stephyn Castelyn William Baker & Edward Walker of Maideston in the house of thesaid Walker comyned togider ayenst the sacrament of the aulter / And they & that they concluded beleved held and defended / and so euerych of theym held concluded beleved and defended that the sacrament of thaulter was not Cristes body flesshe and bloode / but a thing made in mynde and for the remembraunce of Criste for the people / for Cristes owne body was in heven and his worde was in erthe / Also this deponent saith that about seynt Bartilmewtyde was xv. monethes in the house of thesaid Walker this deponent thesaid Edward Walker / John Bampton and Stephyn Castelyn had comunycacion togider ayenst the sacrament of thaulter / than and there all they togider as this deponent now remembreth concluded that the sacrament of the aulter was but materiall brede & not the body of Criste /.

John Bampton of Bersted xxxiij. yeres of age sworn and examyned upon the opinion of Edward Walker ayenst the sacramentes of the churche saith that about Cristmas was xv. monethes in an evenyng in the house of Edward Walker of Maideston William Baker or Stephyn Castelyn did rede in a booke to this deponent William Riche and Edward Walker and as he remembreth Thomas Feld they beyng present there / and taught ayenst the sacrament of thaulter / Saying that it was but brede made by man / and not Cristes body flesshe and bloode / To the which teching all they that is to say this deponent William Baker William Riche and Edward Walker gave credence faith and assent without contradiccion / And as touchyng Thomas ffeld he nowe remembreth not wheder he were there present or no / but as he thinketh he was there / and did holde like opinion / as all they did att that same tyme /.

Robert Bright of Madeston of thage of lx. yeres cordyner sworn and examyned the xxj^th day of May The yere of our lord m^l v^c xj. Saith that he hath dwelt in Maideston these v. yeres last passed And v. yeres next before that he dwelled at Berghstede / and was born at Bersold besid Ippeswiche from whens he departed more then xx. yeres past /. Examyned upon the first article concernyng the sacrament of thaulter he saith that he hath beleved that the sacrament of thaulter was not Cristes verey body flesshe and bloode / but oonly brede / Examyned how long tyme he hath so beleved and by whom he was first induced so to beleve / he answereth and saith that about Midsomer last past as he can remembre beyng in the house of John Bampton of Berghstede / thesame John Bampton said and taught this deponent that the sacrament of the aulter was not the body of god flesshe and bloode as preestes said it was / but it was oonly brede and geven from god / ffor Criste hymself in his owne body gave brede to his disciples / and not his owne body / And so doo preestes in likewise geve brede that cometh from god in remembraunce of the brede geven by Criste in his maundy / According to the which teching this deponent saith that he did beleve that the sacrament of thaulter was not Cristes body but oonly brede / And that after that tyme divers and sondry other tymes this deponent comyned with thesaid John Bampton in thesame Johns house holding and affermyng that the sacrament of thaulter was not Cristes body / And he saith that there were present togider in thesaid John Bamptons house at after none / on Midsomer day last past / thesaid John Bampton his brother / Richard Bampton of Boxley Thomas ffeld and this deponent / And at Cristmas last past were present in thesame house of John Bampton William Baker of Cranebroke Stephyn Castelyn thesaid John Bampton / Ric Bampton / Thomas ffeld William Riche and this deponent / At the which bothe tymes all the forsaid named persones and euerych of theym comyned held beleved and affermed / that the sacrament of thaulter was not the body of Criste but oonly brede. Item he saith that at Cristmas aforsaid there was also a yong person of a xxx. yere of age yn the company and comunycacion aforsaid which yong man cam wt William Riche as this deponent remembreth / but he knoweth not his name / Also this deponent saith that at Cristmas aforsaid in the nyghte tyme all thesaid persones togider went from John Bamptons house to the house of Edward Walker of Maideston And there all they togider wt thesaid Edward Walker / and the wif of thesame Walker comyned held assented and affermed wtout contradiccion ayenst the blessed sacrament of thaulter / that it was nott Cristes verey body / flesshe and bloode / but oonly brede / And as they were so comynyng the wif of thesaid Walker said / Syrs it is not good that ye talke moche here / of thies maters / for the Jaylers wif will take hede to you yf ye come hider / And also be ware for sum folkes walk comyng hider among. And therupon forthwith came yn the Jaylers wif / And they cessed of their comunycacion /.

William Riche of Benynden of thage of xl. yeres sworn the vj^th day of Maye Anno dni m^l v^c xj. saith that on seynt Stephyns day at nyght was xv. monethes came unto his house William Baker off Cranebroke / and John Bampton of Otham which lay at this deponentes house all that nyght / And on seynt Johns day next folowyng they there went to Otham at John Bamptons house / At all the which places and tymes they iij. togider and euerych of theym / and also a yong man that came with Bampton –

commyned ayenst the sacrament of thaulter and held and mayntenyd that the sacrament of thaulter was not Cristes body but oonly brede / he saith also that from John Bamptons house / they went to Walkers house in Maidestone / where and when the said John Baker John Bampton William Riche and Edward satt drynkyng / and began to commyn of their maters forthwith they came thidder that is to say ayenst the sacrament of the aulter / and held and belevid they .iiij. all togiders / that it was not goddes body but brede oonly / how be it he saith their talkyng was not long / bicause the Jaylers wif and another woman came into the house where they sate talking / And therfor Edward Walker beyng aferde to be suspectid and espied spake to that other .iij. sayng / Sirs drynke yt and make yt mery / and high you from hens agayn / And so they departed agayn /.

Item decimo die mensis Maij predicti Anno et loco quibus supra coram dicto Reverendissimo patre tunc ibidem pro tribunali judicialiter sedente assidente eidem Reverendo patre Roffensi Episcopo / presentibus tunc ibidem venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall Gabriele Silvestre Clemente Browne / Thoma Perte / Petro Potkyn doctoribus et pluribus aliis Comparuit personaliter prefatus Edwardus Walker In cuius presencia idem Reverendissimus pater publicavit dicta testium predictorum et huiusmodi dicta et deposiciones tunc ibidem publice perlegi fecit / Et assignavit eidem Edwardo diem lune proximum futurum ad allegandum proponendum et excipiendum quod faciat pro sua licita defensione / quare pro heretico convicto declarari non debeat /.

Quo die adveniente / videlicet duodecimo die mensis Maij predicti Anno et loco quibus supra / Coram eodem Reverendissimo patre judicialiter pro tribunali sedente presentibus personis suprascriptis nominatis Comparuit personaliter Edwardus Walker predictus habens hodie diem ad proponendum allegandum et excipiendum contra testes et eorum dicta quod faciat pro sua defensione licita / Quem idem Reverendissimus pater interrogavit tunc ibidem si quid haberet sic allegandum et proponendum qui concedit huiusmodi testes falso deposuisse contra eum et se non novisse aliquem eorum preter Stephanum Castlyn. Deinde testibus huiusmodi ibidem adductis coram eo et eorum dictis et deposicionibus tunc ibidem publice iterum in presencia dicti Edwardi perlectis / testibus antedictis huiusmodi sua dicta et deposiciones facie ad faciem contra ipsum Edwardum affirmantibus Ipse tamen Edwardus constanter negavit ut prius /.

Insuper tercio die mensis Septembris Anno domini predicto In Capella dicti Reverendissimi patris de Maidestone presentibus tunc ibidem coram eodem Reverendissimo patre assidente eidem Reverendo patre Cronien Episcopo / et domino priore de Ledys / presentibus quoque venerabilibus viris magistris Cuthberto Tunstall Gabriele Silvestre supranominatis et magistro Thoma Myllyng in utroque Jure baccallario ac pluribus aliis Comparuit personaliter dictus Edwardus Walker et tunc ibidem negavit ut prius singula contra eum obiecta / Unde prefatus Reverendissimus pater judicialiter pro tribunali ut prefertur sedens tulit sentenciam contra eundem in scriptis per quam ipsum hereticum impenitentem et incorrigibilem pronunciavit et declaravit / ac manui seculari relinquendum fore decrevit Cuius sentencie tenor sequitur et est talis / In dei nomine amen Nos Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus / In quodam negocio heretice pravitatis contra te Edwardum Walker nostre Cantuariensis diocesis / ac nostre jurisdictioni subditum et subiectum coram nobis in Judicio personaliter comparentem / nobis super heretica pravitate huiusmodi detectum et delatum ac per partem diocesis Cantuariensis antedicte notorie et publice in ea parte apud bonos et graves diffamatum / ex officio nostro mero rite et canonice procedentes / Auditis et intellectis visis cognitis finaliterque ac matura deliberacione discussis et ponderatis dicti negocii meritis servatisque in omnibus et per omnia in eodem negocio de jure servandis ac quomodolibet requisitis pro tribunali sedentes Christi nomine invocato / et solum deum pre oculis habentes / Quia per acta actitata deducta probata et exhibita coram nobis in eodem negocio Invenimus te per probaciones legitimas coram nobis in hac parte judicialiter factas / Nonnullos et varios errores hereses et dampnatas opiniones Juri divino et canonico obviantes contrarios et repugnantes contra fidem orthodoxam et universalem catholicam et apostolicam ecclesiam determinatam et observatam tenuisse credidisse affirmasse predicasse et dogmatizasse et presertim contra sacramentum altaris seu eucharistie / et alia sacramenta et sancte matris ecclesie dogmata / Et quamvis nos Christi vestigiis inherendo qui non vult mortem peccatoris / sed magis ut convertatur et vivat / sepenumero conati fuimus te corrigere / ac viis et modis licitis et canonicis quibus potuimus aut scivimus ad fidem orthodoxam et universalem catholicam et apostolicam ecclesiam determinatam et observatam / ac ad unitatem sancte matris ecclesie reducere / tamen Invenimus te adeo duri cervicis / quod tuos errores et hereses huiusmodi nolueris sponte et incontinenter confiteri / Nec ad fidem catholicam et unitatem sancte matris ecclesie antedicte debite venire et redire / Sed tanquam iniquitatis et tenebrarum filius in tantum indurasti cor tuum / ut non velis intelligere vocem tui pastoris / tibi paterno compacientis affectu / Nec velis piis et paternis monicionibus allici / nec salubribus reduci blandiciis / Nos vero volentes quod tu qui nequam es fias nequior / et gregem dominicum inficiat tua heretice pravitatis labe de quo plurimum timemus inficias / Ideirco de Jurisperitorum consilio nobis in hac parte assistencium cum quibus communicavimus in hac parte / te Edwardum Walker predictum demeritis atque culpis per tuam dampnabilem pertinaciam aggravatis / ut et huiusmodi detestabili heretice pravitatis reatu convictum et ad ecclesie unitatem penitencialiter redire nolentem / hereticum hereticisque credentem / ac eorum fautorem et receptatorem pretextu premissorum fuisse et esse cum dolore et amaritudine cordis / judicamus et declaramus finaliter et diffinitive in hiis scriptis / Relinquentes te exnunc tanquam hereticum Judicio sive curie seculari / Teque Edwardum predictum ut prefertur hereticum nichilominus in maioris excommunicacionis sentenciam occasione premissorum incidisse et incurrisse / Necnon excommunicatum fuisse et esse pronunciamus decernimus et declaramus eciam in hiis scriptis /.

Sentencia contra Walker

Excellentissimo principi et domino domino Henrico dei gracia Regi Anglie et Francie et domino Hibernie Illustrissimo Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie primas et apostolice sedis legatus Salutem in eo per quem reges regnant et principes dominantur. Vestre Regie celsitudini tenore presencium significamus / quod quidam iniquitatis filius Edwardus Walker propter suos varios dampnatos et manifestos errores et hereses necnon opiniones dampnabiles contra fidem catholicam et sanctam matrem ecclesiam per eundem nonnullis modis et mediis doctas et predicatas per nos legitime et canonice convictus est et hereticus judicatus. Cum igitur sancta mater ecclesia non habeat quod ulterius facere debeat in hac parte vestre Regie celsitudini et brachio vestro seculari dictum hereticum relinquimus / Datum in manerio nostro de Knoll tercio die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo / Et nostre translacionis Anno octavo /.

In the name of God Amen Before you Maister Robert Woodward Commissary unto the most reverend fader in god my lord William Archebisshop of Caunterbury Primate of all England I Symon Piers of the parisshe of Waldersshare / in the diocise of Caunterbury of my pure harte and free will confesse and knowlege that in tymes past I have beleved saide holden affermed and taught of tharticles of the faithe and of the doctrine of the church otherwise then the holy church of Rome and universall church of god techeth holdeth and observeth and certayn open dampnable errours and heresies contrary to the true Catholike faithe and determinacion of holy church I have bothe openly and secretly holden beleved affermed and taught / and specially amongest other these errours folowing that is to wite That almighty god oure lorde Jhesu Crist very god eternall without begynnyng and very man incarnate takyng flesshe and blode of the most pure and glorious virgyn oure lady Seynt Mary was

Abiuracio Simonis Peris /.

god and man Incarnate / at the begynnyng of the worlde / and before he was conceyved and borne of his said blessed moder and virgyn mary. Wherfore I the said Simon Wolling hereafter to beleve in the faith of Crist and of his church and to folowe the trew doctrine of the same with a pure hart forsake and utterly despise my said erroure and dampnable opinion and confesse it to be contrary to the faith of Cristes holy church and the determinacion of the same And therfore the saide erroure heresie and opinion in especiall and all other errours heresies false doctrines and dampned opinions contrary to the faith of Crist and of the church aforsaid. I in lyke wise abiure forsake and utterly renownce here before you and all the honorable audience here assembled / And over that I swere by theis holy evangelies by me bodily here touched that from hensforth I shall never holde teche nor affirme the forsaid erroure heresy and dampnable opinion / nor any other ayenst the faithe of Cristes holy church and determynacion of the same / nor yet shall by myself or any other persone pryvately or apertly defende mayntayn socoure favoure or supporte any person that to my knowlege holdeth beleveth affirmeth or techeth any suche erroures heresies or dampnable opinions / or any persone that is suspected of the same /. And if I may knowe hereafter any persone giltye or suspect of suche erroures heresies or suche false and dampnable opinions / or any persone holding or keping any prevy companyes assembles or false doctrynes or any opinions contrary to the comen doctryne of the church aforsaid / or if I may knowe of their fautours comforters councelours or defensours or any that have suspect bookes quayres or other writinges of any suche erroures heresies or dampnable opinions I shall without delaye geve knowlege unto my said lorde Archebisshop of Caunterbury / or unto the ordinary or ordinaries of the same persones or els unto his or their successours and officers / so god me helpe and holydome and by theis holy evangelies In witnes wherof to theis presentes I have with myn owne hande made a signe of the holy crosse /. ✠

Facta fuit premissa abiuracio per prefatum Simonem pred' et per eundem perlecta in forma predicta xvjo die mensis May Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo in ecclesia Cath' Christi Cant' coram Commissario prefato presentibus tunc et ibidem magistris Roberto Goseburne in artibus magistro Johanne Williamson in decretis bacallario et Rogero Dowdewelle in legibus baccallario / Johanne Colman et Thoma Laurence notariis publicis scribis in hac parte assumptis et aliis quampluribus testibus /.

Sentencia contra Willelmum Pelland

In dei nomine amen Nos Robertus Wodelarke decretorum doctor Reverendissimi in Christo patris et domini domini Willelmi permissione divina Cant' Archiepiscopi totius Anglie primatis et apostolice sedis legati in sua Civitate et diocesi Cantuar' Commissarius generalis contra te Willelmum Pelland de Tenterden Cant' dioc' ac nostre Iurisdictionis notorie subditum et subiectum coram nobis in Iudicio personaliter comparentem ex officio nostro mero rite et canonice procedentes. Quia tu ex fama publica et aliis verisimilibus coniecturis nobis de et super heretica pravitate nimium suspectus fuisti, unde iuxta Iuris exigentiam purgationem canonicam ex tuis in hac parte consensu et petitione tibi indicendam fore decrevimus. In qua quidem tua purgatione huiusmodi omnino defecisti Cuius pretextu te super huiusmodi heretica pravitate convictum invenimus / Ideirco nos Robertus Commissarius antedictus de consilio Iurisperitorum nobis assistencium cum quibus communicavimus in hac parte pro tribunali Iudicialiter sedentibus / abiurata parte primitus omni heretica pravitate secundum formam ecclesie consuetam / ac prestita cautione de parendo Iuri et stando mandatis ecclesie ac de peragendo penitentiam per nos tibi in hac parte assignatam et assignandam ab excommunicationis sententia quam ea occasione incurristi te absolvimus, et sacramentis ecclesie ac communioni fidelium restituimus In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen /. Et quia in deum omnipotentem et sanctam ecclesiam catholicam predictis modis deliquisti te Willelmum Pelland in Monasterium de Boxley Cant' dioc' ad perpetuam illic peragendam penitentiam detrudendum esse adiudicavimus et decrevimus / Ita quod a dicto Monasterio ultra spacium duorum miliarium non exeas aut recedas / sed illic tua vita durante pane doloris et aqua angustie sustentandum esse volumus decrevimus et mandamus per hanc nostram finalem diffinitivam quam ferimus et promulgamus in his scriptis / Tibi insuper iniungentes quod vita tua durante quolibet die veneris coram summo altari dicti Monasterii genubus flexis more penitentali vicies quinquies Pater noster / Ave maria / et semel Credo devote dicas /. Reservata prefato Reverendissimo patri et suis successoribus Cant' Archiepiscopis duntaxat potestate penam sive penitentiam supradictam / si eidem Reverendissimo patri Archiepiscopo et suis successoribus huiusmodi Iustum visum fuerit mitigandi / seu alias commutandi. ✠

xvjmo die mensis decembris / Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo. In ecclesia Christi Cant' lecta fuit per dominum Commissarium predictum presentibus tunc et ibidem

Contra Julianam Hilles de Tenterden etc. In prioratu domus sancti Sepulcri etc. / ultra spacium duorum miliarium /.

1795

Q Registrum Cantuar' faciat fidem

Utrum autem Registrum Domini Cant' Archiepi pro se potest facere plenam fidem de quo per Aretinum in c. cum causam est, de qua probat pars dominorum Episcoporum contra eundem dnm Cant adeo innititur dictis illius Aretini qd pollicetur se stare dtis eiusdem Scz qd Registrum dti dni Archiepi Cant non faciat pro se plenam fidem contra eosdem. Sed advertendum est qd si singula membra distinctionis quam facit bene considerentur apparebit nullum alium scribentem unqz magis confirmasse sive corroborasse plenam fidem Registrorum et presertim registri Cantuar Aret in dto c. cum causam ./ &

Et primo videtur Aretinus dicere in principio primi articuli qd si reperiatur scriptura privata in loco publico inter scripturas publicas et sub publica custodia adhibetur fides tali scripture private Nam sicut pars dominorum Eporum fatetur si reperiatur scriptura in Archivo publico cum ceteris requisitis hoc est secundum eos ut postea patet qd sit signata signo et manu Comentariensis cum aliis requisitis secundum eos illa scriptura facit plenam fidem modo vz qd ista scriptura de qua Aretinus facit mentionem sit scriptura omnino privata. Quia si esset scriptura publica ista requisita que requiruntur secundum eos non essent necessaria neqz aliquo modo requirentur quia scriptura publica per se facit plenam fidem sine istis requisitis Ergo omnino sequitur fore intelligend Aretinum loqui de scriptura privata hoc etiam expresse sentit Aretinus in c. cum causam in prin° vers. circa primum ibi 4° vz qd multo minus Et ubi etiam plus dicit Aretinus qd si liber reperiatur in Camera Episcopi qui olim fuit in Archivo publico qd tali libro plena fides adhibetur et non requiritur secundum eum qd talis scriptura privata quantum ad hoc Scz ut faciat plenam fidem sit continue in Archivo publico sz sufficit si constat eam aliquando fuisse in Archivo publico licet nunc non sit alleyat c. Audientiam de prescriptio ./ &

Preterea Dni Epi dicunt qd publicum Archivum et inter scripturas publicas et sub fideli custodia non sufficiunt ad hoc ut scriptura privata faciat plenam fidem nisi illa scriptura sit signata manu et solito signo Comentariensis Sed hoc non videtur verum quia tunc illa scriptura esset publica et solum per se faceret fidem plenam et sic Archivum publicum et alia non essent necessaria ut supradictum est Et preterea idem Aret in vers tu autem adverte dicit qd ubi Jo. Andree requirit iiij^or ad hoc ut scriptura privata faciat plenam fidem Scz qd sit posita in Archivo publico et qd sit in fideli custodia et inter scripturas publicas et quarto qd in Judiciis communiter recitetur et scriptura au^ta. Et Dni Epi alia requirunt Scz signum Comentariensis et alia Ipe tamen Aretinus dicit qd predta tria sufficiunt et hoc quartum addit per Jo. An. est superfluum alleyat tex. cum glo. prima in au^ta ad hec C. de fide Instrumentorum et l. census et monumenta ff de proba. et in dto c. ad Audientiam adeo qd postea in vers preterea in fine ponit istam opinionem pro firmo multo magis quintum additum per dominos Epos non requiritur Scz de signo et manu Comentariensis. &

Preterea plus dicit Aretinus qd licet scriptura illa privata nunqz fuit in Archivo publico neqz sub fideli custodia neqz inter scripturas publicas ad huc tamen talis scriptura privata facit plenam fidem si in Judiciis coiter recitetur ut au^ta et sic quartum solum per se est sufficiens ut talis scriptura faciat plenam fidem propter antiquitatem temporis hoc pz secundum eundem Aretinum in vers preterea &c. &

Quid autem si reperiatur scriptura in Archivo publico sub fideli custodia et non inter scripturas publicas quia forte in illo Archivo non sunt alique scripture publice sz omnes sunt private scripture quod est dicendum respondet idem Aretinus in vers ista conclusio et ponit dua membra quorum ultimum optime facit pro Domino Archiepo Cantuar. et si in eius registro non essent alie scripture qz private In primo dicit qd si omnes scripture in Archivo pu^co sunt private et nulla ibm est scriptura pu^ca tunc si ille scripture private sunt diversorum generum non faciunt plenam fidem Sz si sunt eiusdem generis ut sunt omnes libri in ipo officio Regri dni Cant qui sunt de approbacionibus et insinuationibus testamentorum et nulle alie cause sunt tractate in ipo officio Registri nisi que concernunt testamenta faciunt plenam fidem secundum eu Hosti. et Jo. An. tunc quia Jura simpliciter dicunt qd libri censuales vel cotidiani facit fidem ut l. censualis C. de dona. l. census et munimenta C. de proba. non destinguendo utrum isti libri sunt conscripti cum scripturis autenticis vel non cum quia deputato loci publici et custodia pu^ca non videtur ob aliam causam facta nisi ut conserventur fides gestorum et per quod satis videtur actum qd detur fides illis scripturis ./ &

Et quod talis scriptura privata producta de Archivo publico et de publica custodia faciat plenam fidem Aretinus allegat. l. §. eisdem temporibus ff de origine et ibi est glo. iuxto verbo eidem precedentem quem tex. ita inducit Aretinus populus constituit duos ediles qui preessent custodie domus in qua reponebant omnes suas leges quem locum sive domum glo. ibi dicit esse Archivum publicum. modo dicit tex. cum oreretur questio inter patres et plebem de plebiscitis an essent servanda id est an haberent vim legis lata erat lex Hortensij per quam legem Hortensij constitutum est quatenus plebiscita haberentur pro legibus et haberent parem auctoritatem cum alijs legibus unde dicit Aretinus si dubitetur que erant plebiscita datur fides illis scripturis privatis que inveniuntur in ipso Archivo et sic solum publicus locus et publica custodia licet ibi non sint alie scripture publice faciunt plenam fidem adhiberi scripture private cum ille scripture licet private sint eiusdem generalis unde probat alia ratione ut si scriptura incisa sit vel ere vel ligno et posita in loco publico auctoritate superioris dicitur scriptura auctentica ad probandum illud quod in scriptura continetur ut est casus quem reputat singularem in dicta l. 2da § exactis in versi. pro Rostris ff de origi. iuris ergo id videtur esse dicendum inquit Aretinus in scriptura que reponitur in publico loco cum custode publico ad custodiam licet non sit inter scripturas publicas Si enim superior videtur approbare scripturam ut auctenticam quando eam facit poni in loco publico ut ex eo omnes possint instrui cum alias si scriptura non esset auctentica non plene instrueret ita sic non videtur alia causa quare scriptura reponatur in loco publico ad custodiam sub custode publico nisi ut faciat fidem.

Et in tantum inquit Aretinus quod talis scriptura sit producta de Archivo publico facit fidem ut fides sit ei adhibenda non solum contra subditos infra suum territorium sed et extra territorium etiam contra dictam extraneam et tertiam personam quod est verissimum inquit Aretinus de iure veritat. cum Bal. in l. exemplo. C. de proba. tenere quod talis scriptura non facit fidem extra suum territorium nisi contra suum subditum hec Aret. in versi. sed restat in conclusio cum multis alijs suis rationibus quas ibi affert.

Similiter scriptura que longissimo tempore est habita pro vera opinione est autentica et facit plenam fidem exemplum in Cronicis et in libris historialibus et licet quidam doctores videantur hoc limitare dupliti limitatione tamen Aret. reprobat utramque limitationem ut dicit quod precedens dictum est verum hec dicuntur secundum Aretinum in primo suo membro appendendo ea que episcopi voluerunt ponderari ut inde videantur pro eis facere sed omnino contra eos.

De ordinibus tempore vacacionis celebrat

Thomas Noyse Bathon et Wellen dioc ad titulum hospitalis sci Johis bapte Civitatis Wellen
Willmus Hoper Bathon et Wellen dioc ad titulum prioratus montis acuti
Johannes Rye Exon dioc per lras dim ad titulum hospitalis sci Johis bapte Civitatis Exon
Johannes Catcot Bathon et Wellen dioc ad titulum prioratus bte Marie de Bruton
David ap John ap Thomas Meneven dioc per lras dim ad titulum monasterii de Alba Landeff
Jacobus Harbound Sar dioc per lras dim ad titulum collegii de Otery
Ffrater Johannes Bartram frater hospitalis sci Johis bapte ville de Brigwater
Walterus Trockwell Bathon et Wellen dioc ad titulum hospitalis sci Johis bapte de Brigwater
Ricus Hacker Bathon et Wellen dioc ad titulum prioratus montis acuti

Presbiteri

Johannes Gryffith Meneven dioc per lras dim ad titulum Monasterii sci Johis Evangeliste Carmerdyn
Ricus Lloyde Meneven dioc per lras dim ad titulum prioratus de Cardygan
Johannes Trygge Bathon et Wellen dioc ad titulum prioratus Taunton
Johannes Bowdyn Exon dioc per lras dim ad titulum Abbathie de Tavestoke
Thomas Wyke Exonien dioc per lras dim ad titulum Monasterii de Tavestoke
Thomas Hull Exonien dioc per lras dim ad titulum Monasterii de Newnham
Robertus Cocke Exonien dioc per lras dim ad titulum prioratus de Launston

Recepta per magistrum Johannem Pekham Reverendissimi in Cristo patris et domini domini Willelmi dei gracia Cant Archiepi Commissarium in dioc Bathon et Wellen Racione spiritualitatis et Jurisdictionis eiusdem a vicesimo quarto die mensis Januarij Anno dni Millimo quingentesimo tercio usque vicesimum diem mensis Octobris Anno dni Millimo quingentesimo quarto Et Anno Consecracionis dicti Reverendi patris primo hec sunt et sequuntur viz

Pro Institucionibus beneficiorum

Dni Johnis Ord cantariste sce Katerine de Woullavyngton	vjs viijd
Dni Johis Haa vicarij de Hugysshe	vjs viijd
Magri Thome Tremayne vicarij de Canyngton	vjs viijd
Venerabilis pris Thome Tinen epi vicarij de Wedmore	vjs viijd
Magri Robti Stafford vicarij de Stawey	vjs viijd
Magri Johis Walgrave Rcoris de Charleton makarell	vjs viijd
Dni Simonis Everdon Rcoris de Kenamgre	vjs viijd
Dni Thome Hawys Rcoris de Hetfeld	vjs viijd
Dni Johannis Opton vicarij de Southpederton	vjs viijd
Dni David Brolton Rcoris de Charlcombe	vjs viijd
Dni Johannis Hull Cantariste de Sokestoke	vjs viijd
Dni Johis Sydnam Rcoris de Brusshford	vjs viijd
Dni Thome Blakborowe Rcoris de Marynesfurke	vjs viijd
Dni Henrici Sutton Rectoris de Melton Seynt lo	vjs viijd
Dni Johis Kyng Rcoris de Maunstrowe	vjs viijd
Dni Nich Nyell Cantariste sci Johis bapte de Woullavyngton	vjs viijd
Magistri Thome Goldwege vicarij de Cheddre	vjs viijd
Dni Thome Hutchyns vicarij de Dysshell	vjs viijd
Magri Georgij Trebilian Rcoris de Wotyscomb	vjs viijd
Magri Rogeri Church vicarij de Northcory	vjs viijd
Dni Johis Jeffery Rcoris de Obley	vjs viijd
Dni Rici Dale vicarij de Leng	vjs viijd
Dni Johis Burch vicarij de Compton dando	vjs viijd
Dni Johannis Hyket vicarij de Tykenham	vjs viijd
Dni Rici Worthyngton Rcoris de Kyngweston	vjs viijd
Dni Willi Clyff Rcoris de Whateley	vjs viijd
Dni Robti Ffaryngdon cantariste de Alrey	vjs viijd
Dni Willi Capron vicarij de Northcory	vjs viijd
Dni Johannis Bradey Rcoris de Ore	vjs viijd
Dni Walteri Peret Rcoris de Berwyke	vjs viijd
Venerabilis pris Maronens epi vicarij de Banwell	vjs viijd
Dni Willi Brisset Rcoris de Brecy	vjs viijd
Dni Thome Payne Rcoris de Elme	vjs viijd
Dni Johannis Helyar Cantariste de Brigwater	vjs viijd
Dni Johannis Wyke Rcoris de Kelston	vjs viijd
Dni Willi Hatcombe vicarij de Haselbery	vjs viijd
Dni Robti Heyron Rcoris de Bathealton	vjs viijd
Dni Johis Ffreyhet Cantariste de Wyke perham	vjs viijd
Dni Johis Knyght portionarij de Crukehorn	vjs viijd
Dompni Thome Chard monachi prior de monte acuto	vjs viijd
Dni Thome Wadeley Rcoris de Bere	vjs viijd
Dni Johis Asshe Rcoris de Alnesford	vjs viijd
Magri Johis Thomas Rcoris de Charleton Musgrave	vjs viijd
Dni Johis Lasse Rcoris de Stokelinch Maudeleyn	vjs viijd
Dni Johis Chapman vicarij de Bakwell	vjs viijd
Dni Johis Togood vicarij de Netherstowey	vjs viijd

Summa — xvli vjs viijd

Recept' pro celiar' Inquisic' viz

Pro inquisicione ecclie de Melton Seyntlowe	viijs
Ecclie pochialis de Berwyke	viijs
Tercie ptis porcionis ecclie de Crukhorn	xs
Sum̃	xxvjs

Recept' pro celiar' consecrac' videl't

Ecclie de Harlyche	vjli xvjs viijd
Ecclie de Perot	vjli vjs viijd
Ecclie de Beryngton	vjli vjs viijd
Sum̃	xxli

Recept' pro finibus testamentoȝ viz

Pro fine testamenti Johis Hambruge	vjs viijd
Willi George	vjs
Roni de Melton Seyntlowe	vs
Elinore Style	vjs
Thome Fforde	vjs
Mathei Ffyssher	vjs
Isabelle Ffyssher	xld
Ricardi Gryffeth	vjs
Matildis Hawkyns	vs
Hugonis Chamburlayn	vjs
Johannis Kymbruge	xld
Willi Holway	vjs
Johannis Bolldewey	vjs
Stephani Wethyrmie	vjs
Johannis Hardy	vjs
Johannis Lentall	viijd
Alicie Spyne	vjs
Johannis Crosse	xxd
Duorum testamentorum de Lenge	viijd
Alicie Tanner	iijs iiijd
Johannis Broke	xld
Johannis Mayle	xxd
Johannis Coke de Chilwaye	viijd
Johanne Bote	xld
Johannis Tilman	viijd
Willi Wolverhell	xld
Ricardi Colman	iijs
Thome Cresse	xld
Thome Wyne	vjs viijd
Thome Segar	vjs viijd
Thome Hamode	iijs
Thome John	xxd
Johannis Edward	xld
Johannis Smyth	vjs
Alicie Bonde	vjs
Willi Donet	vs
Ricardi Cape	xxd
Petri Hamstede	xxd
Willi Blondon	xld
Johannis at Barne	vjs
Ricardi Coche	xxd
Johannis Mynter	viijd
Johannis Walkere	vjs viijd
Johannis Cowdewent	vs
Johannis Cause	vjs viijd
Johannis Everard	xld
Roberti Kepe	xxd
Johannis Burland	iijs iiijd
Thome Skore	xld
Hugonis Breyse	viijd
Johannis Ffontnay	iijs
Johanne Burland	xld
Johannis Huchyns	viijd
Nich'i nuper vicarii Walton	xld
Ricardi Wery	vjs viijd
Thome Pytte	vjs
Roberti Stokelandgate	xxd
Johannis Trulle	xld
Ricardi Gylys	vjs
Johannis Sealer	xld
Johannis Halcoke	xld
Margarete Thomas	xld
Henrici Coton	xld
Johannis Adruge	xld
Johannis Ketemer	xld
Ricardi Aylward	xld
Henrici Justys	xld
Johannis Cotton	xxd
Magistri Johis Stevyns canonici Welles	vjs
Johannis Balam	iijs
Johannis Smyth	xxd
Johannis Pedewell	xld
Johannis Ffardyng	xld
Johannis Tralnay	xxd
Ricardi Toker	iijs iiijd
Willi Shetok	iijs
Agnetis Torre	vjs
Cristine Heyball	iijs iiijd
Johannis Hannewayne	xld
Ricardi Baker	xld
Johannis Halse	iijs iiijd
Henrici Sealer	vjs
Alicie Dyxesham	vs
Nich'i Crane	xld
Thome Stevyns	vjs
Thome Baker	xxd
Isabelle Cocke	vs

Sum̃ — xli iijs iiijd

Correctiones criminum et corporum redemptiones hic sequuntur

Inprimis pro redempcione penitencie Johannes Thomas	vj s viij d
Dnorp	x s
Johannes Marshall	vj s viij d
Petri Mocke	v s
Johannes Brok	v s
Johannes Myllward	vj s viij d
Johannis Hoper	vj s viij d
Cuiusdam mulieris de Whitechurch	vj s
Johannis Potelwyn	vj s viij d

Summa —— xl s viij d

Nomina in beneficiis non residencium et corporum non residencium

Inprimis de rectore de Lughborowe	vj s viij d
De rectore de Crokeham	vj s viij d
De rectore de Cherlinche	vj s viij d
De rectore de Shepton Malet	vj s viij d

Summa —— xxvj s viij d

Fines decedencium ab intestato

Item pro fine duorum decedencium ab intestato	vj s viij d

Summa —— vj s viij d

Pensiones vacacionis beneficiorum et denarii sancti petri

Item pro pensionibus ecclesie de Butley pro abbate Glaston	vj s viij d
Item pensioni ecclesie de Corysbell	iij s iiij d
Item pro pensione ecclesie de Yebill	iij s iiij d
Item pro denariis Sancti Petri	xij li xvj s
Item pro emolumentis debitis domino reverendissimo patri racione vacacionis Cancellariatus ecclesie Cathedralis Wellensis	xxxij li xj s iiij d

Summa —— xlviij li vij s

Summa totalis oneris predicti —— iiij^{xx} iiij li xvj s

Unde

Solutum ad manus Magistri Thome Mellet de mandato dicti Reverendissimi patris per manus dicti Magistri Johannis Beckham Commissarii et vicarii generalis	xxxj li vj s
Item solutum eidem Magistro Thome Mellet per manus Willelmi Potkyn xxvj^{o} die Marcii	v li xvj s
Item solutum eidem Magistro Thome per manus Reverendi patris domini Thome dei gratia Tinensis Episcopi	vj li xvij s iiij d
Item solutum ad manus dicti magistri Thome Mellet per dictum dominum Thomam Tinensem Episcopum xxiij^{o} die mensis Novembris	vj li xiij s iiij d
Item solutum ad manus eiusdem magistri Thome Mellet xv^{mo} die dicti mensis Novembris per manus Robertum Dyker	xx li
Item solutum Collectori domini nostri Pape pro denariis Sancti Petri	xj li xv s
Item dictus Magister Johannes Beckham petit allocari pro expensis per ipsum et alios Officiarios ibidem tempore dicte vacacionis factis	vj li iij s iiij d

Summa soluta —— lxxxviij li xiij s

Memorandum quod vicesimo die mensis Octobris Anno domini Millesimo quingentesimo quarto de mandato dicti Reverendissimi patris Archiepiscopi Cantuariensis et sub sigillo eiusdem emanavit commissio dictis Magistris Philippo Agard decretorum doctori Willelmo Spekington et Johanni Berkeley Iuris baccalariis commissariis sive vicariis in spiritualibus generalibus pro liberacione spiritualitatis Civitatis et diocesis Bathon et Wellen sub modo et forma consuetis / Iuribus consuetudinibus dignitate et prerogativa dicti Reverendissimi patris et ecclesie sue metropolitane Christi Cant in omnibus semper salvis /

Liberacio spiritualitatis Civitatis et diocesis Bathon et Wellen /

Vacacio Sedis Episcopalis Exoniensis per Obitum bone memorie domini Johannis Arundell nuper Episcopi ibidem videlicet a Quintodecimo die Mensis Marcii Anno domini Millesimo Quingentesimo tercio usque ad diem mensis Decembris extunc proximum sequentem et Reverendissimi in cristo patris ac domini domini Willelmi permissione divina Cantuariensis Archiepiscopi totius Anglie Primatis et Apostolice Sedis Legati Translacionis Anno Primo

Sedes Exonien.

Vicesimo sexto die dicti mensis Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo quarto In loco consistoriali Exoniensi coram egregiis viris Magistro Thoma Madyngton Decretorum doctore et Magistro Johanne Ryce in legibus Baccalario presentibus tunc ibidem Magistris Jacobo Harrys Willelmo Salky et Johanne Scote Notariis publicis ac multis aliis Comparuit personaliter Magister Willelmus Potkyn publicus auctoritate apostolica Notarius quasdam Commissionis literas a predicto Reverendissimo patre emanatas et dictis egregiis viris directas tunc ibidem presentavit et exhibuit Ex parteque dicti Reverendissimi patris et eius nomine dictos Magistros Thomam Madyngton et Johannem Ryce ac eorum utrumque supplicavit quatinus easdem literas ac eorum utrumque in se assumere ac iuxta tenorem vim formam et effectum earundem procedere dignarentur Qui quidem egregii viri ob Reverenciam supradicti Reverendissimi patris committentis omnibus supradictis commissionis literis tunc et ibidem publice alta voce et intelligibili lectis per dictum Willelmum Potkyn perlectarum ea qua decuit Reverencia in se suscipientes iuxta omnem tenorem vim formam et effectum huiusmodi literarum procedendum fore decreverunt ac processerunt. Eorumque uterque decrevit et processit Quarum literarum tenores sequuntur in hec verba

Tenor Commissionis

Willelmus permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice Sedis Legatus Ad quem omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exoniensem pertinuit sede plena ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilectis nobis in Christo Magistris Thome Madyngton decretorum doctori et Johanni Ryce in legibus Baccalario Salutem graciam et benedictionem Cum omnis et omnimoda Jurisdiccio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exoniensem qui pro tempore fuerit nostre Cantuariensis ecclesie Suffraganeum sede Exoniensi plena spectabat ipsa sede per mortem bone memorie domini Johannis nuper dei gracia dicte ecclesie cathedralis Exoniensis Episcopi iam vacante ipsiusque Jurisdiccionis exercitium ad nos dicteque nostre Cantuariensis ecclesie nomine de Jure prerogativa et consuetudine hactenus usitatis et observatis huiusmodique prescriptis pacifice et quiete notorie dinoscitur pertinere Nos de vestris fidelitate et circumspeccionis industria in hac parte confidentes vos vicarios delegatos et Commissarios nostros in spiritualibus generales et Custodes spiritualitatis Civitatis et diocesis Exoniensis predictarum preficimus constituimus et deputamus omnemque et omnimodam Jurisdiccionem spiritualem et ecclesiasticam competentem Episcopo Exoniensi de consuetudine vel de Jure sede plena ipsiusque Jurisdiccionis exercitium vobis coniunctim et divisim committimus per presentes Ad visitandum ecclesiam cathedralem Exoniensem predictam in personis rebus et membris omniaque et singula Monasteria Abbathias et Prioratus ac alia loca pia tam religiosorum quam hospitalia quecumque Clerumque et populum dictarum Civitatis et diocesis Ad Inquirendum insuper per vos alium seu alios ad id deputandum seu deputandos a vobis super quibuscumque excessibus culpis criminibus seu delictis quibuscumque commissis seu committendis dicte sedis vacacione durante quorum Inquisicio visitacio cognicio correccio et punicio ad forum ecclesie et superioritatem Episcopi Exoniensis de Jure vel consuetudine poterint pertinere Ipsosque et ea ibidem reperta detecta et inventa corrigendum et canonice puniendum et ad amovendum a beneficiis et officiis ac administracionibus ecclesiasticis eosdem subditos quos de Jure noveritis amovendos Ac dimittentes et recipientes in Civitate et diocesi predictis beneficia ecclesiastica ad firmam illicite canonice puniendum Necnon recipiendum Juramenta obediencie et obligacionem canonicam a quibuscumque subditis dictarum Civitatis et diocesis qui sede plena Episcopi Episcopo illius loci seu nobis racione visitacionis et Jurisdiccionis ad nos spectantium ut premittitur ad Juramenti prestacionem vel obligacionem sunt astricti Necnon ad sequestrandum per vos alium seu alios quoscumque fructus redditus et proventus beneficiorum ecclesiasticorum et alia bona quecumque Civitatis et diocesis predictarum seu alia que casu quocumque de Jure constitucione seu consuetudine premissis fuerint sequestranda et sequestra huiusmodi custodiendum custodirique faciendum seu faciendum per alios custodiri. Ac correctores et sequestratores generales et speciales ac alios Officiarios et Ministros in dictis Civitate et diocesi dicta vacatione durante deputandi et ordinandi, iuxta formam in dictis Civitate et diocesi hactenus et antiquitus usitatam, decetiam ad recipiendum pro nobis et nomine nostro Iuramenta correctorum et sequestratorum ac aliorum officiariorum et ministrorum predictorum in hac parte prestari hactenus consueta. Necnon negotia et causas electionum quarumcumque de quibuscumque personis in Abbates et Abbatissas priores priorissas seu ad alias prelaturas et dignitates officia vel beneficia ecclesiastica quorumcumque Monasteriorum prioratuum seu ecclesiarum aliarum quarumcumque Civitatis et diocesis Exoniensis pro tempore vacationis dicte Exoniensis ecclesie iam instituta factarum celebratarum seu imposterum faciendarum et celebrandarum, ipsasque electiones et ipsarum causas cum suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis examinandi et plenius discuciendi, et easdem electiones confirmandi et infirmandi prout dictaverint canonice sanctiones. Personas quascumque ad huiusmodi Monasteria prioratus ecclesias seu dignitates Officia vel beneficia electas et eligendas admittendi et recipiendi. Et eas in Abbates Abbatissas priores et priorissas ac ad prelaturas et dignitates officia vel beneficia ad quas seu que electe fuerint iuxta Iuris exigentiam preficiendi. Presentationes quascumque ad beneficia dictarum Civitatis et diocesis vacantia et vacatura recipiendi et scribendi, super Inquisitionibus capiendi super vacationibus huiusmodi et aliis articulis debitis et consuetis. Permutationum quoque causas de beneficiis ecclesiasticis quibuscumque supradictis faciendi audiendi examinandi et eas discuciendi. Necnon et Resignationes beneficiorum huiusmodi ex causis premissis faciendi recipiendi et acceptandi. Ac permutationes ipsas approbandi et auctorizandi sive utraque pars de dictis Civitate vel diocesi fuerit sive una. Personas quascumque idoneas ad quecumque beneficia predicta presentatas et imposterum presentandas admittendi et eas in beneficiis huiusmodi canonice instituendi et induci faciendi et demandandi. Litteras tam dimissorias quam recomendaticias quibuscumque beneficiatis dictarum Civitatis et diocesis et aliis personis idoneis faciendi. Necnon commissionem et licentiam cuicumque Episcopo catholico sedis apostolice graciam et executionem sui officii obtinenti Clericos tam Religiosos quam Seculares quoscumque in dictis diocesi Exoniensi debitis temporibus ad omnes tam minores quam sacros ordines canonice et ordinandi concedendi et faciendi ordinandosque huiusmodi examinandi et recipiendi seu recipi et examinari faciendi prout ad Episcopum Exoniensem pertinet sede plena. Necnon ad inquirendum seu inquiri faciendum de et super appropriationibus quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum seu quarumcumque pensionum vel portionum dictarum Civitatis et diocesis quibuscumque Monasteriis personis seu locis appropriatis nos quoque de Iure nominibus beneficiorum portionum vel pensionum ac personarum et locorum quibus ipsa beneficia portiones seu pensiones appropriantur et ex suggestionibus in ea parte deductis ex causis appropriationum huiusmodi certificandi. Rectores quoque et vicarios ecclesiarum parochialium predictarum Civitatis et diocesis ad personaliter residendum per quascumque censuras ecclesiasticas compellendi. Testamenta etiam quorumcumque in dictis Civitate et diocesi decedentium quorum insinuacio et approbatio ad Episcopum Exoniensem vel ad alios decanum et capitulum sive communiter archidiaconos plebanos et alios quoscumque sede plena debeant pertinere insinuandi et approbandi. Administrationes quoque bonorum huiusmodi defunctorum et aliorum quorumcumque etiam ab intestato decedentium executoribus huiusmodi testium nominatis seu aliis personis quibus de Iure fuerit faciendum et videbitur fidelius expedire in forma Iuris committendi. Necnon compotum calculum sive ratiocinium eorum executorum sive administratorum huiusmodi audiendi discuciendi et eos a compoto sive ratiocinio ulteriori acquietandi et finaliter liberandi. Iurisdictionem quoque quorumcumque inferiorum in dictis Civitate et diocesi pro tempore visitationis huiusmodi nomine nostro inibi exercendi suspendendi, eosque ad hoc si oporteat compescendi. Necnon clericos quoscumque coram quibuscumque Iusticiariis seu Iudicibus secularibus in causis sanguinis vel super felonia quacumque in dictis Civitate et diocesi indictatos impetitos sive convictos vendicandi exigendi petendi et recipiendi. Ac huiusmodi clericis omnibus et singulis de et super felonia sicut premittitur convictis purgationes canonice indicendi, ipsasque talibus indictatis prout casus et Iuris ratio exigit admittendi. Ac purgatos huiusmodi iuxta Immunitatem ecclesiasticam talibus clericis vel ordini clericali hactenus indultam et concessam ab ipsis criminibus Innocentes atque Immunes declarandi, sicque a Carceribus prout moris est quotiens opus fuerit relaxandi atque liberandi. Necnon omnimodam et ordinariam Iurisdictionem spiritualem et ecclesiasticam ad Episcopum Exoniensem sede plena ad nos ut premittitur ipsa sede iam vacante spectantem exercendi, Omnemque quoque Iurisdictionem et possessiones nostras continuandi et nomine nostro et ecclesie nostre predicte defendendi. Necnon omnia alia et singula emolumenta spiritualia et ecclesiastica ad nos et ecclesiam nostram Cantuariensem ratione vacationis sedis Exoniensis predicte qualitercumque spectantia petendi et recipiendi, et de receptis litteras solutionum faciendi et litteras acquietancie liberandi. Ac usurpata et attemptata in contrarium per quamcumque viam Iuris remedium revocandi et reformandi. Contra usurpatores attemptatores et transgressores huiusmodi procedendi. Contradictores et rebelles per quascumque censuras ecclesiasticas canonice puniendi et compescendi. Ac eosdem ad comparendum personaliter seu alias legitime coram nobis seu Commissariis nostris in Audiencia nostra ubicumque in provincia nostra Cantuariensi fuerimus citandi et premuniendi. Alium vel alios in premissis aut eorum quolibet loco vestro deputandi, et ei sive eis vices vestras circa premissa in singulis in singulis decanatibus aliisque locis et corporibus quibuslibet dicte Ciuitatis et dioc. Exon. prout nobis melius visum fuerit committendi ac insuper omnia alia et singula facienda exercenda et expedienda que de iure vel consuetudine facienda fuerint in hac parte et que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna vobis de cuius fidelitate in hac parte confidimus plenarie vobis coniunctim et diuisim committimus potestatem assumpto per vobis magistro Willelmo Potkyn auctoritate apostolica notario in Registrarium et Scribam vestrum Quem in custodem et Registrarium ac ad exercendum officium Registrarii et Scribe in eadem pro tempore dicte vacationis duraturum assignamus ordinamus et deputamus per presentes. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in manerio nostro de Lamehith quintodecimo die mensis Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo tercio et nostre Translacionis Anno primo.

Alia commissio

Willelmus permissione diuina Cantuar. Archiepiscopus totius Anglie Primas et apostolice sedis Legatus ad quem omnimoda et omnimodo Iurisdictio spiritualis et ecclesiastica que ad Episcopum Exoniensem pertinuit sede plena ipsa sede iam vacante notorie dinoscitur pertinere Dilectis nobis in Christo Magistro Thome Rodyngton decretorum Doctori et magistro Johanni Rype in legibus bacallario Salutem graciam et benedictionem. Ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis causis et negociis ecclesiasticis in Curia Consistorii Episcopalis Exoniensis ex officio mero aut promoto siue ad cuiuscumque partis instanciam vel ad quarumcumque partium instanciam motis siue mouendis vel ad ipsum consistorium pro tempore vacationis sedis Episcopalis predicte legitime deuolutis siue deuoluendis et de iure ac consuetudine ibidem tractandis ipsasque et ea cum omnibus et singulis suis emergentibus incidentibus dependentibus et connexis quibuscumque audiendum discutiendum decidendum et fine debito et canonico terminandum puniendum et corrigendum partibusque quibuscumque Iusticie complementum ministrandum Et generaliter omnia alia et singula faciendum exercendum et expediendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna et que ad Officialem dicti Consistorii sede plena de iure seu consuetudine pertinuerunt seu pertinere debuerunt vobis de cuius fidelitate et circumspectionis industria plurimum confidimus coniunctim et diuisim tenore presentium committimus vices nostras cum potestate censuras ecclesiasticas quascumque canonice fulminandi Vosque Officiales dicti Consistorii ordinamus preficimus et deputamus per presentes ad nostre voluntatis beneplacitum tantummodo duraturum. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat. in manerio nostro de Lamehith quintodecimo die mensis Marcii Anno domini Millesimo quingentesimo tercio et nostre Translacionis Anno primo.

Instituciones beneficiorum tempore huiusmodi vacacionis facte sequuntur videlicet

Ecclesie paroch. de Combe in Tenhed

Item xviij° die mensis Marcii supradicti Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Lamehith Johannem Crede artium magistrum ad ecclesiam parochialem de Combe in Tenhed dicte Exoniensis dioc. per mortem naturalem domini Petri Andrewe capellani ibidem vltimum et Immediatum Rectoris eiusdem vacantem ad quam per prouidum virum Thomam Brandon militem iure et titulo Elizabethe domine ffitz Waryn vxoris sue verum patronum eidem vicario generali presentatus extitit in propria persona sua admisit et Rectorem canonice instituit in eadem cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis Curam animarum parochianorum eiusdem Iuribus et consuetudinibus etc. Et Recepto ab eodem magistro Johanne Crede canonice obedientie Iuramento Scriptum fuit pro ipsius inductione Archidiacono siue eius officiali ut est moris.

Ecclesie parochialis de Roughburgh

Item eodem xviij° die mensis Marcii Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Lamehith dominum Gilbertum ffitz Harald capellanum ad ecclesiam parochialem de Roughborowe per mortem vltimi Incumbentis ibidem vacantem ad quam per honorabilem virum Johannem Bourghchier Militem dominum ffitz Waryn verum dicte ecclesie patronum eidem vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit et Rectorem canonice instituit in eadem cum suis Iuribus et pertinentiis vniuersis Curam animarum parochianorum eiusdem sibi in domino committendo Iuribus et consuetudinibus etc. Et Recepto ab eodem domino Gilberto canonice obedientie Iuramento Scriptum fuit pro ipsius Induct.

Ecclesia parochialis Sancti Silini in Sufland

Item dicto xxiij° die mensis Marcij idem vicarius in spiritualibus generalis apud Lamehith magistrum Walterum Gudman ad ecclesiam parochialem Sancti Silini de Sufland Exoniensis diocesis per mortem naturalem domini Johannis Luke ultimi rectoris eiusdem vacantem ad quam per providum virum Johannem Arundell armigerum verum dicte ecclesie patronum eidem vicario generali presentatus existit in persona sua propria admisit ipsumque rectorem in eadem instituit cum suis iuribus et pertinenciis universis curam animarum etc. iuribus etc. Et prestito per eundem magistrum Walterum canonice obediencie iuramento scriptum est fuit pro ipsius inductione etc.

Vicarie perpetue ecclesie parochialis Sancti Olavi de Poghwylle

Item eodem xxiij° die mensis Marcij idem vicarius in spiritualibus generalis apud Lamehith Robertum Walsh in artibus magistrum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis Sancti Olavi de Poghwylle Exoniensis diocesis per mortem domini Ricardi Jaye ultimi vicarii eiusdem vacantem ad quam per religiosos viros priorem prioratus Sancti Stephani de Lanceston et eiusdem loci conventum dicte Exoniensis diocesis veros eiusdem ecclesie patronos eidem vicario generali presentatus existit in persona sua propria admisit et vicarium perpetuum de continuo residendo et personaliter ministrando in eadem iuxta formam constitucionum legatorum in hac parte editarum premunitus iuratum canonice instituit in eadem cum suis iuribus et pertinenciis universis curam animarum parochianorum etc. iuribus etc. Et recepto ab eodem magistro Roberto Walsh canonice obediencie iuramento scriptum est fuit pro ipsius inductione archidiacono Cornubie aut eius Officiali prout est moris

Vicarie perpetue ecclesie parochialis de Bukkelond monachorum.

Item xxv^to die eiusdem mensis Marcij idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' magistrum Robertum Austyn alias Emmby in utroque iure baccalarium ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Bukkelond monachorum Exoniensis diocesis per mortem domini Nicholai Jakys ultimi et immediati vicarii eiusdem vacantem ad quam per religiosos viros abbatem domus sive monasterii beate Marie de Bukland et eiusdem loci conventum ordinis Cisterciensis Exoniensis diocesis veros eiusdem ecclesie patronos eidem vicario generali existit presentatus in persona magistri Johannis Lympyn auctoritate apostolica notarii procuratoris sui in hac parte sufficienter constituti admisit et ipsum vicarium perpetuum de continuo residendo et personaliter ministrando in eadem iuxta formam constitucionum legatorum in ea parte editarum premunitus iuratum canonice instituit in eadem cum suis iuribus etc. curam animarum etc. Et iuribus etc. Ac prestito per eundem magistrum Johannem Lympyn procuratorem canonice obediencie iuramento scriptum est fuit pro eius inductione archidiacono Totton' aut eius Officiali etc.

Vicarie perpetue ecclesie parochialis Sancti Wynnoci

Item xxviij° die eiusdem mensis Marcij idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' Thomam Morys in artibus magistrum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis Sancti Wynnoci in Cornubia Exoniensis diocesis per mortem domini Willelmi Kylleyolle ultimi vicarii ibidem vacantem ad quam per venerabiles viros decanum et capitulum ecclesie cathedralis Sancti Petri Exon' veros eiusdem ecclesie patronos eidem vicario generali existit presentatus in persona sua propria admisit et vicarium perpetuum de continuo residendo etc. premunitus iuratum canonice instituit in eadem cum suis iuribus et pertinenciis universis curam animarum parochianorum etc. iuribus etc. Et prestito per eundem magistrum Thomam canonice obediencie iuramento scriptum est fuit pro ipsius inductione Officiali peculiaris iurisdictionis decani et capituli ecclesie cathedralis Exon'.

Cantarie perpetue de Westburne

Item penultimo die dicti mensis Marcij idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' dominum Thomam Choldwell capellanum ad cantariam perpetuam de Westbourne Exoniensis diocesis per mortem domini Johannis Bird ultimi cantariste ibidem vacantem et ad quam per probum virum Johannem Copelston armigerum verum eiusdem cantarie patronum eidem vicario generali existit presentatus in persona sua propria admisit et capellanum perpetuum de observando statuta et ordinaciones dicte cantarie iuxta fundacionem et ordinacionem eiusdem canonice instituit in eadem cum suis iuribus et pertinenciis universis iuribus et consuetis etc. Et prestito per eundem dominum Thomam canonice obediencie iuramento scriptum est fuit pro eius inductione archidiacono Totton' aut eius Officiali

Ecclesie parochialis de Asshebury

Item ultimo die mensis Marcij supradicti idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' dominum Ricardum Carlyon capellanum ad ecclesiam parochialem de Asshebury Exoniensis diocesis per liberam resignacionem domini Laurencii Dotson ultimi et immediati rectoris ibidem in manibus eiusdem vicarii generalis factam et per eundem admissam vacantem ad quam per religiosos viros priorem prioratus Sancti Stephani de Lanceston et eiusdem loci conventum ordinis Sancti Augustini Exoniensis diocesis veros eiusdem ecclesie patronos eidem vicario generali existit presentatus in persona venerabilis viri magistri Thome Tongott utriusque iuris doctoris procuratoris sui in hac parte sufficienter constituti admisit ipsumque rectorem in eadem instituit cum suis iuribus et pertinenciis universis curam animarum etc. iuribus etc. Et prestito per eundem magistrum Thomam Tongott procuratorem canonice obediencie iuramento et scriptum fuit pro ipsius inductione archidiacono Totton' sive eius Officiali etc.

Item quinto die mensis Aprilis Anno domini millesimo quingentesimo quarto Idem
vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' Johannem Harrys ad prebendam de Dene in ecclesia
parochiali de Chymlegh Exon' dioc' per mortem domini Johannis Atwille ultimi prebendarii ibidem vacantem
ad quam per preclarum virum dominum Edwardum Courteney comitem Devon' verum eiusdem prebende
patronum eidem vicario generali extitit presentatus in persona magistri Thome Wyse in legibus bacallarii
procuratoris sui in hac parte sufficienter constituti admisit ipsumque prebendarium in eadem instituit cum suis
iuribus et pertinenciis universis iuribus et consuetudinibus etc. Et prestito per eundem magistrum Thomam Wyse
procuratorem canonice obediencie iuramento Scriptum est fuit pro ipsius induccione archidiacono Barn' aut eius officiali

Prebende de Dene in ec
parochiali de Chymlegh

Item xiiij° die mensis Aprilis supradicto Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon'
dominum Johannem Raymond capellanum ad ecclesiam parochialem de Lesnewith in Cornubia Exon' dioc'
per mortem domini Willelmi Hylle ultimi rectoris ibidem vacantem ad quam per probum virum Willelmum Denys armigerum
verum eiusdem ecclesie patronum vicario predicto generali extitit presentatus In persona sua propria admisit ipsumque rectorem
in eadem instituit cum suis iuribus et pertinenciis universis Curam etc. animarum etc. iuribus etc. Et prestito per eundem
dominum Johannem Raymond canonice obediencie iuramento Scriptum est fuit pro ipsius induccione archidiacono Cornubie sive eius
officiali

Ecclesie parochialis de
Lesnewith

Item xxij° die eiusdem mensis Aprilis apud Lameth Idem vicarius in spiritualibus
generalis dominum Thomam Haydon capellanum ad ecclesiam parochialem de Morton Hampstede Exon'
dioc' per mortem domini Johannis Newman ultimi rectoris ibidem vacantem ad quam per preclarum virum dominum
Willelmum Courtnay militem verum eiusdem ecclesie patronum predicto vicario generali extitit presentatus In
persona sua propria admisit ipsumque rectorem in eadem instituit cum suis iuribus et pertinenciis universis Curam
etc. animarum etc. iuribus etc. Et prestito per eundem dominum Thomam Haydon canonice obediencie iuramento Scriptum
est fuit pro ipsius induccione

Ecclesie parochialis de Morton
Hampstede

Item xvij° die mensis Maii Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' dominum
Thomam Stervynge capellanum ad ecclesiam parochialem de Horewode Exon' dioc' per mortem domini
Thome Sherwode ultimi rectoris ibidem vacantem ad quam per probos viros Jacobum Selynger Johannem
Wyllemott Johannem Dowles et Johannem Dokelond racione feoffamenti per Johannem Pastlowe
eisdem facti veros patronos eiusdem ecclesie predicto vicario generali extitit presentatus in propria persona
sua admisit ipsumque rectorem in eadem instituit cum suis iuribus et pertinenciis universis Curam etc. animarum etc.
iuribus etc. Et prestito per eundem dominum Thomam Stervynge canonice obediencie iuramento Scriptum est fuit pro
ipsius induccione archidiacono Barn' aut eius officiali

Ecclesie parochialis de
Horewode

Item xxij° die mensis Maii Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon'
Johannem Graynfyld clericum infra sacros constitutum ad ecclesiam parochialem beatissime virginis
Marie de Bedeford Exon' dioc' per mortem naturalem magistri Roberti Cornewall ultimi rectoris ibidem
vacantem ad quam per probum virum Thomam Graynefyld militem verum eiusdem Ecclesie
patronum eidem vicario generali extitit presentatus In persona sua propria admisit ipsumque rectorem in
eadem instituit cum suis iuribus et pertinenciis universis Curam etc. animarum etc. iuribus etc. Et prestito per eundem Johannem
Graynefyld canonice obediencie iuramento Scriptum est fuit pro ipsius induccione archidiacono Barn' sive eius officiali

Ecclesie beate Marie
de Bedeford

Item ultimo die eiusdem mensis Maii Idem vicarius generalis apud Otery dominum
Willelmum Wekelfare presbiterum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Sydmouth Exon' dioc' per liberam
resignacionem domini Johannis Hoper nuper vicarii ibidem factam et per eundem vicarium generalem admissam vacantem
ad quam per Religiosas mulieres Elizabeth Abbatissam monasterii Sancti Salvatoris ac beate Marie
virginis et Brigitte de Syon ordinis sancti Augustini Sancti Salvatoris nuncupati et eiusdem loci Conventum
veras eiusdem ecclesie patronas dicto vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit
et vicarium perpetuum de continuo residendum et personaliter ministrandum in eadem iuxta formam constitucionum
legatinarum etc. prius tamen iurato canonice instituit in eadem etc. Cura etc. animarum etc. iuribus etc. Et recepto ab eodem
domino Willelmo canonice obediencie iuramento Scriptum est fuit pro ipsius induccione archidiacono Exon' aut eius officiali

Vicarie perpetue ecclesie
parochialis de Sydmouth

Item

Ecclesie parochialis Sancti Pauli Civitatis Exon'

Item eodem ultimo die Maii Idem vicarius generalis apud Exon' dominum Johannem Lyssshop presbiterum ad ecclesiam parochialem Sancti Pauli Civitatis Exon' per liberam resignationem Magistri Willelmi Toke ultimi Rectoris ibidem in manibus dicti vicarii generalis factam et per eundem admissam vacantem ad quam per venerabiles viros decanum et capitulum ecclesie cathedralis beati Petri Exon' veros eiusdem ecclesie patronos eidem vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit ipsumque Rectorem in eadem instituit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curam que animarum etc. Iuribus etc. Et prestito per eundem dominum Johannem Lyssshop canonice obedientie iuramento. Scriptum que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Exon' sive eius officiali etc.

Vicarie perpetue ecclesie parochialis Sancte Cirie de Mylverton

Item tercio die mensis Junii Anno domini supradicto Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' Magistrum Rogerum Langman in artibus Magistrum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis Sancte Cirie de Mylverton Exon' diocesis per mortem domini Laurentii Trebey ultimi vicarii eiusdem vacantem ad quam per religiosos viros priorem monasterii sive prioratus Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli de Plympton et eiusdem loci conventum ordinis Sancti Augustini Exon' diocesis veros eiusdem ecclesie patronos presentatus extitit dicto vicario generali in persona domini Ricardi Kyston procuratoris sui ad hoc sufficienter constituti admisit ipsumque vicarium in eadem de continuo residendo et personaliter ministrando iuramentis innato prestito iuxta formam constitutionum legatinarum etc. instituit cum suis iuribus etc. Curam que animarum etc. Iuribus etc. Et prestito per eundem dominum Ricardum procuratorem canonice obedientie iuramento. Scriptum que fuit Archidiacono Exon' sive eius officiali pro inductione eiusdem.

Ecclesie parochialis de Marysshefyld

Item eodem die mensis Junii Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' dominum Ricardum London capellanum ad ecclesiam parochialem de Marysshefyld Exon' diocesis per liberam resignationem domini Willelmi Turner ultimi Rectoris ibidem in manibus dicti vicarii generalis factam et per eundem admissam vacantem ad quam per discretum virum Anthonium Worth verum eiusdem ecclesie patronum eidem vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit ipsumque Rectorem in eadem instituit cum suis iuribus et pertinentiis universis Curam que animarum etc. Iuribus etc. Et prestito per eundem dominum Ricardum London canonice obedientie iuramento. Scriptum que fuit pro ipsius inductione Archidiacono

Vicarie perpetue ecclesie parochialis Sancte Breace

Item undecimo die eiusdem mensis Junii Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Polympton Magistrum Thomam Godolghan ad perpetuam vicariam ecclesie parochialis Sancte Breace in Cornubia Exon' diocesis per mortem domini Willelmi Peers ultimi vicarii ibidem vacantem ad quam per venerabilem virum Anthonium permissione divina Abbatem monasterii beate Marie de Hayles et eiusdem loci conventum ordinis Cisterciensis Wigorniensis diocesis veros eiusdem ecclesie patronos dicto vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit ipsumque vicarium perpetuum de continuo residendo et personaliter ministrando in eadem iuxta formam constitutionum legatinarum in hac parte editarum iuramento innato canonice instituit in eadem cum suis iuribus et pertinentiis universis Curam que animarum etc. Iuribus etc. Scriptum que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Cornubie sive eius officiali. Et prestito per eundem canonice obedientie iuramento.

Ecclesie parochialis Sancti Melani aliter Mellyn

Item xxvi^to die mensis Junii Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Marcaunte Johannem Mawe clericum ad ecclesiam parochialem Sancti Melani aliter Sanct Mellyn Exon' per mortem Johannis Rosswarn ultimi Rectoris eiusdem vacantem ad quam per honorabilem virum Egidium Dawbney militem dominum Dawbney Camerarium domini nostri Regis verum dicte ecclesie pro hac vice patronum dicto vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit ipsumque Rectorem in eadem instituit cum suis iuribus etc. Curam que animarum etc. Iuribus etc. Scriptum que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Cornubie sive eius officiali

Ecclesie beate Marie de Morto

Item Sexto die mensis July Anno domini Millesimo quingentesimo quarto apud Lamehith Idem vicarius in spiritualibus generalis Magistrum Johannem Belinchamp clericum ad ecclesiam parochialem beate marie de Morto in Cornubia Exon diocesis per mortem magistri Johannis Holte ultimi Rectoris eiusdem vacantem Ad quam per probum virum Willelmum Houghton armigerum verum dicte ecclesie Jure hac vice sive defunctum patronum dicto vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit ipsumque Rectorem in eadem instituit cum suis Juribus et pertinentiis universis Curam que animarum etc. Juribus etc. Et prestito per eundem Magistrum Johannem Belinchamp canonice obedientie Juramento Scriptum que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Cornubie sive eius Officiali

Vicarie perpetue ecclesie parochialis sancti Paulini

Item octavo die mensis July Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon dominum Willelmum Nedercote clericum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis Sancti Paulini in Cornubia Exon diocesis per liberam resignationem magistri Thome Bodolham in manibus dicti vicarii generalis factam ac per eundem admissam vacantem Ad quam per venerabiles viros Anthonium permissione divina Abbatem Monasterii beate marie de Hayles et eiusdem loci Conventum ordinis Cisterciensis Wigorniensis diocesis veros eiusdem ecclesie patronos dicto vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit ipsumque vicarium perpetuum de continuo residendum et personaliter ministrandum ~~in eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis~~ iuxta formam constitutionum legatinarum in hac parte editarum primitus Juratum canonice instituit in eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Curam que animarum etc. Juribus etc. Et prestito per eundem dominum Willelmum Nedercote canonice obedientie Juramento Scripto que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Cornubie sive eius Officiali

Vicarie perpetue ecclesie parochialis de Lamerton

Item decimo die eiusdem mensis July Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon Magistrum Robertum ffrost in legibus baccalarium ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Lamerton dicte Exon diocesis per mortem domini Johannis Hallet ultimi vicarii eiusdem vacantem Ad quam per venerabiles patrem Ricardum Abbatem Monasterii beate marie sanctique Rumoni de Tavystoke ordinis sancti Benedicti et eiusdem loci Conventum Exon diocesis veros eiusdem ecclesie patronos dicto vicario generali extitit presentatus in persona magistri Johannis Rympyn auctoritate apostolica Notarii publici procuratoris sui sufficienter constituti admisit ipsumque vicarium perpetuum de continuo residendum et personaliter ministrandum iuxta formam constitutionum ~~pro~~ legatinarum in hac parte editarum primitus Juratum canonice et instituit in eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Curam que animarum etc. Juribus etc. Et prestito per eundem procuratorem nomine domini sui canonice obedientie Juramento Scripto que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Totton sive eius Officiali

Ecclesie parochialis sancti Edmundi super pontem de Exa Civitatis Exon

Item undecimo die eiusdem mensis July Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon Matheum Lelloys clericum ad ecclesiam parochialem Sancti Edmundi situatam super pontem de Exa extra portam occidentalem Civitatis Exon per mortem domini Willelmi Mountague ultimi Rectoris eiusdem vacantem Ad quam per Maiorem Ballivos et Communitatem dicte Civitatis Exon veros dicte ecclesie patronos eidem vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit ipsumque Rectorem in eadem instituit cum suis Juribus etc. Curam que animarum etc. Juribus etc. Et prestito per eundem Matheum Lelloys canonice obedientie Juramento Scripto que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Exon sive eius Officiali

Ecclesie parochialis de Tresme

Item xiiij° die eiusdem mensis July Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon dominum Thomam Kelworthy capellanum ad ecclesiam parochialem de Tresme Exon diocesis per mortem domini Roberti Keynsham ultimi Rectoris eiusdem vacantem Ad quam per venerabilem patrem Abbatem Monasterii beate marie de Bukfast et eiusdem loci Conventum veros eiusdem ecclesie Patronos dicto vicario generali extitit presentatus in persona sua propria admisit ipsumque Rectorem in eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis instituit Curam que animarum etc. Juribus etc. Et prestito per eundem dominum Thomam canonice obedientie Juramento Scriptum que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Exon sive eius Officiali

Vicarie perpetue ecclesie parochialis de Lodiswell

Item xvj° die eiusdem mensis July Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon dominum Nicholaum Morton capellanum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Lodiswell Exon diocesis per liberam resignationem domini Roberti Smyth ultimi vicarii ibidem in manibus dicti vicarii generalis factam et per eundem admissam vacantem Ad quam per probum virum Rectorem Cantarie sive Collegii beate Marie de Slapton ac Socios eiusdem veros eiusdem ecclesie Patronos eidem vicario generali extitit presentatus in persona propria admisit ipsumque in vicarium perpetuum de continuo residendum et personaliter ministrandum iuxta formam constitutionum legatinarum in hac parte editarum primitus Juratum canonice instituit in eadem cum suis Juribus et pertinentiis universis Curam que animarum parochianorum etc. Juribus et consuetudinibus etc. Et prestito per eundem dominum Nicholaum Morton canonice obedientie Juramento Scriptum que fuit pro ipsius inductione Archidiacono Totton sive eius Officiali ut est moris

Vicarie perpetue ecclesie poch' de North Pydertwyn

Item xxiiij° die mensis July Idem vicarius in spiritualibus generalis apud Exon' dominum Johannem Wylsshe capellanum ad vicariam perpetuam ecclesie parochialis de Northe Pydertwyn dicte Exon' dioc' per liberam resignationem domini Robti Maston vltimi vicarii in manibus dicti vicarii generalis fact' et per eundem vicarium admissam ad quam per venerabilem patrem Abbatem Monasterii Beate Marie Sancti que Rumoni de Tavystoke dicte Exon' dioc' ordinis Sancti Benedicti et eiusdem loci conventum veros eiusdem ecclesie patronos dicto vicario generali exhibit' presentatus in persona sua propria admisit ipsum que vicarium in eadem de continuo residend' et personaliter ministrand' iuxta formam constitutionum legatorum in hac parte edit' primitus iurat' instituit canonice in eadem cum suis iuribus et pertinenciis universis Curam que animarum suarum iuribus suis Et prestito per eundem dominum Johannem Wylsshe canonice obedientie Juramento Scriptum que fuit pro ipsius Inductione archidiacono Cornubie aut eius Officiali

Ecclesie paroch' de Charles

